justa causa consentire permutationi ,  
quæ cederet in evidentem Ecclesiæ uti-  
litatem , nam etiam tunc , eo invito ,  
permutatio sustineretur , Tondat. ibid.  
num. 22.
- 39 Sextō , quod permutatio debet fieri de  
Beneficio cum alio beneficio , non au-  
tem cum alia re spirituali , veluti de Bene-  
ficio cum decimis , vel de Beneficio cum  
Cappella , aut legato missarum , Tondut.  
loc.cit. n.25. & 26. neque debet esse triangu-  
laris , veluti si Titius resignet unum Be-  
neficiū in favorem Joannis , ipse Jo-  
annes resignet suum Beneficiū , non in  
favorem Titii , sed in favorem alterius ,  
quia esset simoniaca , Barbos. loco alleg.  
num.13.
- 40 Septimō , quod pro validitate per-  
mutationis requiritur , quod permutantes  
post secutam permutationem vixerint  
spatio viginti dierum , quia regula Can-  
cellariae Apostolice de infirmis includit  
etiam causam permutationis , Tondut. ubi  
sup. num.30. Card. de Luca de Benef. discep.  
40. num.17.
- Eod. tit.2. form.19. pag.80.*
- Num.4. Resignatio Beneficij simplicis  
42 facienda coram alio legitimo Receptore ,  
& Collatore per Procuratorem , fieri po-  
terit modo sequenti .
- „ N. impulsu devotionis ductus in-  
„ grediendi Religionem N. (vel quia  
„ provisus de....) optans , & cupiens  
„ Beneficiū simplex , quod possidet  
„ sub Tit. S. N. in Ecclesia N. Diocese-  
„ sis N. erectum , & spectan. ad colla-  
„ tionem N. resignare , idèo in mani-  
„ bus prædicti N. collatoris per D. N.  
„ Procuratorem suum ad hoc ab eo spe-  
„ cialiter constitutum , prout de suā  
„ procurationis mandato legitimè per  
„ Instrumentum rogat. manu N. No-  
Monacelli , Formul. Suppl.
- „ tarii publici sub die ... fidem fecit ex  
„ prædicta causa , sponte , purè , & li-  
„ berè , ac simpliciter resignavit , & re-  
„ signat ; ipseque N. collator coram me  
„ &c. resignationem hujusmodi sicut  
„ præmittitur , in manibus ejus factam  
„ admisit , & acceptavit , præstito per  
„ eundem N. nomine , quo supra , pro-  
„ curatario juramento ad Sancta Dei  
„ Evangelia corporaliter tacta , quod  
„ in dicta resignatione non intervenie-  
„ rit dolus , neque fraus , aut alia quæ-  
„ vis illicita pactio , nec tacita , neque  
„ expresa , & ita &c.
- Num. 8. Præter casum ibi relatum  
circa occultum crimen simoniacæ , quæ-  
ri etiam solet , an Beneficiatus , qui de-  
lictum occultum patravit , propter quod  
in foro externo esset Beneficio privandus ,  
valeat tuta conscientia illud retinere , vel  
potius illud resignare teneatur ? Quarant.  
in summ. Bullar. verb. Beneficior. resignatio  
ad Bullam Pii 4. in addit. pag. mihi 104.  
tenet , quod non compellatur in foro in-  
teriori resignare , cùm nemo debeat pœnam  
exequi contra se ipsum .
- Verum suam opinionem limitat tri-  
pliciter . Primo , nisi initium sit vitio-  
sum , puta per ingressum simonicum ,  
aut aliam illicitam intrusionem . Secun-  
dò nisi à jure addatur , ut etiam in foro  
conscientia non possit illud retinere , ut  
habet Concilium Tridentinum , loquens  
de fructibus Beneficij residentialis pro ra-  
ta temporis absentie . Tertiò , nisi ab ipso  
jure declaretur inhabilis ad illud obtinen-  
dum , ut habetur In eod. Conc. sess. 25. cap.  
4. de reform. Quartam fallentiam addit  
Garc. de Benef. part. II. cap. 10. num. 18.  
& seqq. nempe nisi à jure addatur , quod  
qui committit tale crimen , ipso jure Be-  
neficio privetur .
- Ad gravitatem autem labis simoniacæ  
relevandum , adduco hic notabilem con-  
stitutionem Eugenii IV. impressam in Bul-  
lario , tom. I. pag. 272. in ordine la 7. se-  
quentis tenoris .
- „ Eugenius Episcopus &c. cùm de-  
„ testabile scelus simoniacæ pravita-  
„ tis , tam Divinarum scripturarum ,  
„ quam sacrorum Canonum auctoritas  
„ abhorreat , & damnet . Nos conside-  
„ rantes , quod plures pœnarum gravi-

A 3 „ tas,

„ tas, quām Dei timor avertete solet à  
 „ voluptate peccandi, ac summis desi-  
 „ deiis affectiones, ut hoc pestiferum  
 „ vitium, non ex usu solū, sed etiam  
 „ ex mentibus hominum, saltem pro-  
 „ pter pœnarum metum penitus evella-  
 „ tur.

„ §. I. Prædecessorum Ronianorum  
 „ Pontificum vestigiis inhærendo, ac  
 „ etiam omnes, & singulas excomini-  
 „ nationis, suspensionis, & interdi-  
 „ cti sententias, censuras, atque pœ-  
 „ nas dudum à Pontificibus prædictis,  
 „ & pro talibus reputatis contra Simo-  
 „ niacos quomodolibet latae, & quas  
 „ illos cujuscumque Status, gradus, Or-  
 „ dinis, conditionis, vel præminentia  
 „ fuerint, etiam si Cardinalis, Pa-  
 „ triarchali, Episcopali, Regali, Re-  
 „ ginali, vel alia quavis Ecclesiastica,  
 „ seu mundana Dignitate prefulgeant,  
 „ & eorum quemlibet, tam manife-  
 „ stum, quām occultum, ipsas incur-  
 „ rere volumus, confirmantes, & in-  
 „ novantes, auctoritate Apostolica de-  
 „ claramus, quod omnes illi, qui si-  
 „ moniacè ordinati fuerint, à suorum  
 „ sint Ordinibus suspensi, per electio-  
 „ nes verò, postulationes, confirmatio-  
 „ nes, seu qualsvis alias dispositio-  
 „ nes, quas Simoniaca labē fieri conti-  
 „ gerit, & quæ viribus omnino ca-  
 „ reant, in Ecclesiis, Monasteriis,  
 „ Dignitatibus, personalibus Officiis,  
 „ Ecclesiasticis quibusvis Beneficiis,  
 „ aut aliquo eorum, cuicunque jus nul-  
 „ latenus acquiratur, nec inde faciat  
 „ aliquis fructus suos, sed ad omnium  
 „ illorum, quæ percepere, restitu-  
 „ tionem, sub anima suæ periculo sit  
 „ astrictus. Statuentes prætereà, quod  
 „ universi, & singuli, etiam præmis-  
 „ sa dignitate prædicti, qui quomodo-  
 „ libet dando, vel recipiendo simoniā  
 „ comiserint, aut quod illa fiat media-  
 „ tores extiterint, seu procuraverint,  
 „ sententiam excommunicationis incur-  
 „ rant, à qua nisi à Romano Pontifice  
 „ pro tempore existenti non possint abfol-  
 „ vi, præterquam in mortis articulo  
 „ constituti.

„ §. II. Et ut hujusmodi labis conta-  
 „ gium frequentius reprimatur, om-

„ nibus, & singulis Ecclesiasticis, sacer-  
 „ doribusque personis cujuscumque Di-  
 „ gnitatis, status, gradus, Ordinis, seu  
 „ conditionis fuerint, in virtute Sancte  
 „ Obedientie districte injungimus, & eos  
 „ omnes, quos simoniā commississe,  
 „ vel procurasse, aut in ea mediatores esse  
 „ sciverint, Pontifici prædicto, vel ejus  
 „ Camerario, aut cui idem Pontifex du-  
 „ xerit committendum, per se, vel per  
 „ alios revelare quām citius non omit-  
 „ tant, quod si non fecerint, absolvi-  
 „ non debeant, donec prædicta revelent.  
 „ Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S.  
 „ Grisogonum anno 1474. Pontificatus  
 „ nostri anno quarto.

Ex hac Bulla non solū roboratur  
 sententia *Quaranta mos suprà allegata*<sup>49</sup>  
 circa obligationem restituendi fructus  
 perceptos Beneficii, labē simoniaca ob-  
 tenti, quamvis occulta; sed sit quoque  
 evidens, quod in hoc simoniæ delicto  
 secretum naturale non obligat, & illud  
 sciens sub tali sigillo, non solū Judi-  
 ce interrogante, imò & sponte revela-  
 re tenetur, quia pertinet ad corruptio-  
 nem Ecclesiasticorum Spiritualem, &  
 vergit in damnum boni publici, & Be-  
 neficiati, & contra hoc delictum quis  
 obligari non poterit per secreti commis-  
 sum, quia frangeret fidem, quam debet  
 Pontifici, ut docet *D. Thom. 2. 2. quest.*  
*70. art. 1. ad 2.*

*Tit. 3. form. 1. pag. 9c.*

*Num. 1. Signa veræ vocationis illo-  
 rum, qui ad Ordines promoveri cupiunt,*<sup>51</sup>  
*sunt*

Honestas vitæ, morum probitas.

Doctrinæ ornatus.

Desiderium serviendi Deo.

Decentia habitus.

Delectatio functionum Ecclesiæ.

Si non se ingerant malis artibus, & via  
 indirecta, ut ingrediantur in Eccle-  
 siam.

Qui enim requisita *Concilii Trident.*<sup>52</sup>  
*cap. 4. 5. 6. & 16. sess. 25. de reform.* non  
 habent, non sunt ad Ordines admit-  
 tendi, ut plenius mandavit Episcopis  
*Sac. Congreg. Immun.* scilicet in *Pede-*  
*mon-*

Montana 27. Febr. 1658. & in Anglonen.  
15. Julii 1664. teste Riccio in Synop. verb.  
Ordo num. 2.

Tit. 4. form. 2. pag. 105.

3. tit. 5. num. 25. vers. item valeat. Quo- 60  
ties autem vota examinatorum sint paria  
Episcopus suo voto potest accedere ad  
examinatum, qui medietatem vocum re-  
portavit, eadem Sacr. Congreg. in Maria-  
nen. 9. Septembri 1669.

Eod. tit. 4. form. 17. pag. 120.

Num. 1. Confraternitates aggregatae 61  
Archiconfraternitatibus Urbis, præce-  
dente licentia testimoniali Ordinarii ad  
formant constitutionis Clementis VIII.  
subsunt Ordinario, eidemque tenentur  
ratioitem administrationis reddere Sacr.  
Congr. Concilii in Potentina Aggregatio-  
nis 29. Maii 1683. lib. 35. Decr. fol. 148. &  
149. Confraternitates autem Rosarii, li-  
cet plures in eoderi loco erigi non pos-  
sint, juxta prædictam Clem. VIII. con-  
stitutionem, adhuc tamen si reperiantur  
erectæ ab antiquo, & longo tempore,  
sunt tolerandæ, quando timeantur scan-  
dala, ultimam supprimendo: secunda  
tamen non frueretur indulgentiis, sed  
pro his esset recurrendum ad Papam, ut  
respondit eadem Sacr. Congreg. in Valenti-  
na Societatis Rosarii 2. Augusti 1687.

Tit. 5. form. 2. pag. 127.

Num. 7. cum decreto ibi allegato,  
nempè, quod Cappella, seu Oratorium 63  
suum in Claustro Atrii Palati gaudet  
privilegio publicæ Ecclesiæ, quando ac-  
cessus patet omnibus, & non habet ja-  
nuam immediate ad Palatium, concor-  
dat alia resolutio Sac. Congr. Concilii ema-  
nat. in Compjana 31. Maii 1704. confir-  
mata 8. Augusti 1705.

Num. 14. Papa præsumitur se con- 64  
formare velle dispositioni juris commu-  
nis, ut ibi dixi, quia ei convenit sen-  
tentia Cassiodori lib. 10. cap. 16. quam  
refert Pithœus in cod. de leg. & contr. leg.  
4. que ait: Nam cum Deo præstante pos-  
simus omnia, sola nobis licere credimus  
laudanda.

Num. 25. Licet verum sit, quod 65  
Episcopus in visitatione exigere non  
valeat vecturas equorum: debentur ta-  
men ipsi, & sociis ejus victualia, tam

A 4 pro

pro se ipsis, quam etiam pro illorum equis,  
ut de communi tradunt *Genuen. in prax.*  
*cap. 21. num. 12. Ventrizgl. in prax. part. 2. an-*  
*not. 24. §. 2. num. 4. Fagnan. in cap. procura-*  
*tiones, num. 16. de tens.*

*Eod. tit. 5. form. 3. pag. 140.*

66 *Num. 6. An autem in Synodo Pro-*  
*vinciali sit invitandus Episcopus exem-*  
*ptus, qui est in Provincia, & an hic*  
*teneatur accedere. Respondendum vide-*  
*tur cum distinctione, juxta diversitatem*

67 *loci, & casuum. Si enim Episcopus exem-*  
*ptus est in Provincia Romana, in qua*  
*nullus datur Metropolitanus, idest in-*  
*tra centum milliaria ab Urbe, tunc non*  
*tenerit accedere, quamvis Metropolitanus*  
*invitans sit sua Cathedra vicinior,*  
*Card. de Luca de proœm. discept. 1. num. 5.*  
*6. & 9. Sacr. Congreg. Concilii in Nullius*  
*Provincia Senen. 17. Julii 1700. in qua*  
*resolutum fuit, Vicarium Orbitelli Nulli-*  
*lius existent. intra Provinciam Romanam,*  
*non teneri accedere ad Concilium Pro-*  
*vinciale Senen.*

68 *Si autem Episcopus exemptus sit in*  
*alia Provincia, & adhuc nec ipse,*  
*nec antecessor Metropolitanum ad for-*  
*mam Concilii Trident. capit. 2. sess. 24.*  
*de reformat. elegit, si nolit Metropo-*  
*litanum invitantem eligere, pariter in-*  
*teresse non cogitur; quia prima electio*  
*est in sua facultate, ut colligitur ex ver-*  
*bis Concilii ibi: Itidem Episcopi, qui*  
*nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem*  
*vicinum Metropolitanum semel eligant,*  
*in cuius Synodo Provinciali cum aliis in-*  
*tereſſe debeant.*

69 *Si vero Metropolitanum invitantem*  
*Episcopus antecessor elegit, suc-*  
*cessor Episcopus invitatus, & vocatus,*  
*tenerit intervenire, quia electio semel*  
*facta successores ligat, nec revocari,*  
*aut variari potest, Genuen. in prax. cap. mi-*  
*hi 87. num. 2. Barb. in d. cap. 2. Concilii n. 16.*  
*S. Cong. Concilii in Beneventana 8. Maii*  
*1684. in qua cum quæſitum esset, an*  
*Episcopus Triventinus Provinciae Be-*  
*neventanae, cuius antecessores Archiepi-*  
*scopum Lancianen. elegerant (qui nul-*  
*lum habet suffraganeum) teneretur in-*  
*tervenire Concilio Provinciali Bene-*

ventano, responsum fuit, Negative.  
Alii autem Prælati loci exempti intra fi-

nes Dioceſis tenentur Synodo interveni-

re Dioceſanæ, ſicuti alii Rectores Nulli-

lius, qui ab Episcopo, qui eſt vicinior,

visitari poſſunt vigore cap. 9. ſeff. 24. Nicol.

in floſc. verb. *Synodus, n. 3.*

Num. 15. Adverte ibi, quod electio  
Examinatorum Synodalium facienda eſt <sup>70</sup>  
in Synodo formaliter convoca-  
ta, non autem in Congregatione Cleri,  
quamquam denominaretur Congregatio  
Synodal: Prout declaravit *Sacr. Con-*  
*greg. Conc. in Concord. 8. Maii 1684.* in  
qua cum ferè per ſeculum Judices, & Ex-  
aminatores Synodales electi fuissent in  
Congregatione, quæ ſingulo anno con-  
vocabatur cum interventu capituli, & <sup>71</sup>  
omnium Parochorum sub denominatione  
Synodali, attento communi errore, &  
bona fide, concurſum, de cuius validitate  
dubitabatur, sustinendum putavit, ad-  
ditio, *Et ad mentem: & mens fuit, quod*  
*injungeretur Episcopo, ut cogeret in fu-*  
*turum Synodum ſolemnier, & deputaret*  
*Examinatores Synodales.*

Num. 21. Ibi dicta de duratione Officii <sup>72</sup>  
Examinatorum, intellige, quod illud  
poſſint exercere uſque ad novam Syno-  
dum, licet ſingulo anno non conve-  
etur, ſi poſt annum ex electis in Synodo  
ſuperſit ſaltem ſex, ut in caſu ibidem  
relato. Nam ſi tranſacto anno ſuper-  
ſent tantum ex eis quatuor, aut quinque  
& coram tribus, vel pluribus ex iphis  
haberetur concuſus, nullus eſſet: quia  
in hoc caſu illi quatuor, ſeu quinque ſu-  
perſites Officium valide exercere non va-  
lent: ſed celebranda eſt nova Synodus,  
vel debet obtineri facultas à Sacra Con-  
gregatione, ut Episcopus illis uti poſſit,  
vel alios in locum demortuorum ſubroga-  
re *Nicol. lucubr. can. l. 3. tit. 5. n. 14. verb.*  
*Item nullum, Ventrizgl. in prax. part. 2. an-*  
*not. 5. §. 1. num. 43.*

Num. 26. Quia statuta, & ordinatio-  
nes Synodales (de quibus ibi fit mentio) <sup>73</sup>  
non ſolum obligant ad pœnam tempo-  
rale, ſed etiam ad culpatum, quando ex  
gravitate materie, aut ex forma verbo-  
rum appareret talem existere intentio-  
nem conditoris. Sanum consilium erit,  
ſi Episcopus in illis ſuam intentionem

ex-

explicet, & declareret, scilicet velle, vel Congreg. Rit. in Placentina 30. Aprilis 1701. & in Aliphana 18. Martii 1702.  
nolle obligare ad utramque: præterim ubi res non sit gravis, nec nimis urgens; ita enim faciente evitabuntur peccata, & offensa Dei, ut monet *Pac Jord. tom. 2. lib. 8. tit. 2. num. 1.*

*Eod. tit. 5. form. 7. pag. 152.*

- 74 *Num. 8.* Quòd licentia laborandi diebus festis de præcepto sit danda ab Episcopo in scriptis, ut ostendi possit judicibus laicis, prætentendibus inobser vantiam diei festi, declaravit quoque *Sacr. Congreg. Immunit. in Castren. 2. Maii 1629.* quam refert *Ricc. in Synop. in verb. festi dies.* Prohibere autem potest Episcopus diëtis diebus, ne siant larvæ, nec ducantur publicæ choreæ, *Sac. Congreg. Concil. in Cesenaten. 26. Februar. 1693.* in qua approbarum fuit decretum Synodi, quo ista prohibebantur.
- 75 *Num. 22.* Quamvis Episcopus adhibito consilio Capituli præfigat, & dirigat, ac transferat Processiones, non tamen potest pervertere, & immutare ritum Processionum præscriptum à Cærimoniali, & Rituali Romano, neque de consensu Capituli, *Sac. Rit. Congreg. in Cajetana 26. Januarii 1658.*

- 77 *Num. 29.* Regulares non debent accedere ad Processiones publicas cum cruce, & numero duorum tantum Religio forum, *Sac. Congreg. Concilii in Aquen. 9. Junii 1708.* in responsione ad *Secundum*, neque eorum Laici deferentes Crucem in Processionibus, vel candelabra, debent uti Alba, seu Dalmatica, seu Pluviali, ut respondit *Sacr. Congreg. Rit. in Casenat. ad 6.* & quòd talis usus non sit permittendus, declaraverat *29. Maii 1659.*

- 79 *Num. 31.* PP. Dominicaní possunt prohibere aliis Regularibus, ne in die Dominica infra octavam Corporis Christi peragant Processionem Sanctissimi Sacramenti: non tamen valent prohibere Processionem S. Antonii Patavini (quatenus dicto die occurreret) PP. Conventualibus, dummodo fieret diversahora, & data prælatione temporis PP. Dominicanis de mane, vel de Vespere *Sacr.*

*Regulares in Processionibus 81*  
deferre non debent Galerum, sive Pileum, non obstante prætenso solito, *Sac. Congreg. Rit. 30. Augusti 1664.* cum faculta te data Episcopo illos cogendi ad depo nendum, etiam censuris: quod Decre tum eadem Congregatio innovavit, & servari mandavit in *Aquipendii 26. Aprilis 1692.* contra PP. Augustinianos, & Min. Conventuales.

Adde, quòd in Processione, in qua 83  
deferritur SS. Sacramentum, vel Lignum Sanctissimæ Crucis, tam Clerici Regulares, quam Sæculares, omnesque Laici incedere debent detecto capite: in aliis verò Processionibus Clerici deferentes Reliquias, & omnes Sæculares comitan tes incedere debent detecto capite, alii verò Clerici tecto capite cum bireto, ut respondit *d. Sacr. Congreg. Rit. in Cajetana 2. Septembbris 1690.* referente *Card. Homodeo.* Episcopus verò deferens reliquiam Ligni SS. Crucis in Pontificalibus poterit incedere cum Mitra, *d. Congregat. Rit. in Matheranen. 14. Junii 1692.* In Processione autem solemni Corporis Christi, quando Processio sistit, 84  
Sacerdos celebrans, Subdiaconus, & Diaconus non debent sedere, neque in scaanno, neque in sedibus, *d. Sacr. Congreg. Rit. in Hispalen. 21. Januar. 1690.* in responsione ad 4.

Si autem aliqua Processio fieret de no te, non debet inferri in Ecclesiis Monialium, ut præter decreta ibi allegata prohibuit recenter *Sacr. Congreg. Episcop. literis Enciclicis pro Regno Siciliæ*, modo sequenti.

„ Effendo pervenuto à notizia di N. „ Signore, che contro la forma de De creti generali della Sact. Congreg. „ de' Vescovi, e Regolari, ne' Mona sterj di Monache in alcune Città di „ coresto Regno per occasione di feste, „ che si celebrano nelle lor Chiese nell' „ ammettersi le Zitelle all'abito, & al la professione, & in congiuntura del le Processioni, che si faranno di notte „ da capitoli delle Chiese cattedrali, e da „ collegiate, com'anche da regolari, e da „ al-

altri luoghi pii, e Confraternità, e per altre funzioni Ecclesiastiche, si tengono aperte le Chiese, e Parlatorii, anche in tempo di notte in grave pregiudizio dell' osservanza regolare, la Santità Sua, che continuamente invigila al buon governo delle spose di Gesù Cristo, volendo rimediare à tale inconveniente, mi ha comandato d'ingiungere strettamente à ciascuno Ordinario del medesimo Regno, acciò uniformandosi alla dispositione de detti Decreti generali della Sac. Congreg. ordini espressamente ( come dovrà fare anche V. S.) sotto pena di privazione di voce attiva, & passiva all' Abbadesse, e Superiore, & ancò dell' Interdetto d'apporsi alle lor Chiese in caso di disubbidienza, di far chiudere affatto le Chiese, clausure, e Parlatorii de lor Monasterii all' Ave Maria, & anche per qualche spazio di tempo avanti, in modo, che dopo l' Ave Maria non vi sia ingresso, ò dimora di qualunque persona, e che perciò tutte le funzioni, che svolgono farsi nelle lor Chiese, si comincino in tempo, & ore tali, che siano terminate prima dell' Ave Maria. Non mancherà per tanto, &c. Roma 6. Settembre 1709.

Come Fratello.

Mazara al Vescovo.

G. Card. di Carpegna.

Ferd. Arcivesc. di Nicaea Segn.

Eod. tit. 5. form. 8. pag. 117.

<sup>88</sup> Num. 15. Porta Domus habitata à Laicis, vel à Clericis, non Patrochis, quæ habet aditum immediatè ad Ecclesiam, vel Ecclesiae Sacristiam, debet claudi, ut mandant Decreta Sacr. Congreg. Immun. relata à Ricc. in Synop. var. Porta num. 1. & seqq.

<sup>91</sup> Num. 20. Adde ibi, quodd' cantilenæ, seu laudes nissomate Italico exaratae, possunt prohiberi ab Episcopo, ne canantur, etiam in Ecclesiis Regulatum Sacr. Congreg. Rit. in Novarien. 7. Aut-

gusti, 1628. & hoc auctoritate tributa à Conc. Trid. in Decreto de evit. in celebr. missar.

Eod. tit. 5. form. 9. pag. 166.

<sup>90</sup> Num. 2. Decretis ibi relatis, quibus confirmantur edicta Episcoporum super delatione habitus talaris Clericorum, adde aliud recenter emanatum in Ruben. 18. Augusti 1708. quo approbatur edictum Episcopi injungentis delationem habitus talaris in Ecclesiis, illarumque ingressu, & egressu, aliisque functionibus Ecclesiasticis, moderatis poenis arbitrio Eminentissimi Praefecti.

<sup>91</sup> Num. 6. Episcopus Sarnen. prohibuerat suis Clericis ludum alearum, & novationem sub poena suspensionis ipso facto incurrienda: at habitu recursu à Presbyteris illius Civitatis Sacr. Congreg. Concil. hæc sub die 23. Aprilis 1703. rescriptum edictum sustineri, sed moderata pena exalta inferenda.

<sup>92</sup> Num. 14. Ritus in missali prescriptum, qui non servat, & Rubricas pro libito negligit, & spernit, sine culpa esse non potest Biss. Hierurg. lit. R. num. 90. § 3. ubi hæc habet. Si autem delinquatur omittendo in materia notabiliter, sanè erit mortale, & idem tenet Bartholom. à Plathæ in opulculo Trid. sacr. cap. 5. § grande argomento, in fin.

<sup>93</sup> Num. 34. Sicuti damnatus ad perpetuum carcerem non amittit Beneficium, nisi in sententia exprimatur, ut ibi, ita Clericus perpetuo damnatus ad triremes, sive transmissofer, sive non, non amittit canoniciatum, sed Episcopus ad illius non residentiam debet procedere ad privationem, prout de jure, ut respondit Sacr. Congreg. Concil. in Asculana Distributionum 13. Augusti 1707. in responsione ad 1.

Eod. tit. 5. form. 15. pag. 181.

<sup>94</sup> Num. 28. Tertio decimo ibi notandum, quodd' Legatus de latere, sive Nunclius Apostolicus non possunt propria auctoritate alienationem bonorum Ecclesiæ permettere, nisi expresse eis in fa-

90 facultatibus à Papa concedatur Zecch. de Republ. Eccles. de stat. legat. num. 4. vers. legatus vero Rot. decis. 689. num. 7. p. 4. recto. 3. & coram Merlin. decis. 218. nu. 8. Tond. qu. benef. tom. 2. p. 3. cap. 200. post num. 43. facult. 59. ideoque talis facultas nisi explicitè legatur concessa, denegata censeatur Rot. cor. Greg. decis. 287. num. 8.

96 Hanc autem facultatem exercet in vim C. terrulas 12. qu. 2. Capitulum Lateranense prò bonis spectantibus ad Ecclesiás fundatas in solo dicta Basílicæ, ut respondit Sac. Congr. Concilii in Militen. in tertia causæ repropositione ad 6. dubium 17. Novembri 1703. in qua declaratum fuit, quod in alienatione exiguarum rerum sitarum in præfato solo Lateranensi, juxta dispositionem dicti Textus, requiratur licentia Capituli, non autem Episcopi ad 8. & 9. dubium, & quod talis facultas, cum sit actus jurisdictionis, possit per Capitulum specialiter subdelegari.

Eod. tit. form. 17. pag. 185.

98 Num. 16. Amplia ibi dicta, quod nec Commissario depurato ad examinandos testes in causa Immunitatis nihil debeatur pro viaticis, & cibariis, ut ipsa Congreg. declaravit in una Viterbiens. 25. Septembris 1708. teste Ricc. in Synop. verb. pecunia num. 2.

Tit. 6. form. 4. pag. 190.

99 Num. 4. Pœna Clericorum suscipientium tutelas sine licentia superioris, si sint in factis constituti, est suspensio: hanc enim pœnam important verba finalia Canonis Concilii generalis Calcedonensis relati in cap. ult. 86. dist. ibi: Si quis vero transgressus fuerit hæc præcepta, correctioni Ecclesiastice subjaceat, ut explicat ibi gloss.

100 An autem ea, quæ statuta sunt de Clericis in dicto Canone, locum quoque habeant in Episcopo? DD. variè loquuntur: aliqui enim tenent, quod Episcopi non solum testamentariam, & dativam, sed neque legitimam tutelam suscipere queant, ut sunt Carol. de Graff. de effect.

16. num. 20. Barb. in cap. Cyprianus, num. 2. 21. quest. 3. Gratian. disc. 830. num. 18. quorum opinio innititur in Aut. de Sanctis Ep. §. Deo autem amabiles.

101 Alii dicunt, quod Episcopi possint suscipere tutelam miserabilium personarum, & inter hos numerantur Sabell. in summa divers. tract. §. Clericus num. 8. ubi allegat Rot. decis. 377. par. 17. recent. Pac. Jord. to 2. lib. 11. nro. 13. num. 113. in fin.

102 Alii vero sustinent, quod si Clerici, ita, & Episcopi possint esse, si velint, Tutores legitimi per text. in d. cap. fin. 86. dist. ubi eis, id expressè permittitur, & quod per hunc textum remaneat correcta supra allegata Authentica de Sanctiss Episc. gloss. in d. cap. fin. verbo tutela Graff. decis. aur. p. 2. lib. 3. cap. 2. num. 17. Nicol. in flore. verb. Episcopus, num. 50. Passer. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 2. num. 130.

103 Alii demum resident in sententia, quod Episcopi possint quidem suscipere tutelam miserabilium personarum, sed quod illam administrare debeant per Archipresbyterum, vel Archidiaconum juxta dispositionem Textus in cap. Episcopus dispositionem 88. dist. Sylvestr. in verb. tutel. q. 3. quem refert, & sequitur Gavant. in manual. verb. tutela. Zecch. de republ. Eccles. tit. de Cler. num. 7. vers. decimo non debent.

104 Et hæc quarta sententia mihi magis placet, quia tutor videtur, etiam si agatur de legitima Agnatorum tutela, & in praxi amplectentur: nam licet tertia DD. sententia in jure verior appareat, adeò ut Episcopus tutelam legiūmam suscipiens, nullam in foro externo pœnam incurrit: non tamen sic in interno; quia cum sacri canones mandent, quod Episcopi abslineant omnino à negotiis, & administratione rerum sacerularium, ut habetur in c. te quidem, & c. Clericum, §. ex his omnibus 11. quest. 1. & 88. dist. per tot. & illos custodiret, & observare teneantur, cap. cum quibus 24. quest. 3. & cap. igitur 26. quest. 2. neque ab eis præsumptione discedere debeant, ut monet Sperell. decis. 110. n. 27. non debent tutelam legitimam suscipere, & per se ipsos administrare sine licentia S. Congreg. prout fieri solet, & de qua testatur Ni-

*Nicol. lucubr. civil. lib. I. tit. 14. §. penult.*  
Est enim hic verum illud proverbiale di-  
ctum.

106 Quisquis plus justo non sapit, ille sa-  
pit.

Ceterum licentia, sive indulsum susci-  
piendi, & administrandi tutelam testa-  
mentariam, & dativam Clericis in sacris,  
non datur ab Ordinario, imo, & à Sac.  
Congreg. denegatur, ut testatur *Pignatell.*  
*consult. 10. num. 11. tom. 5.* ubi quamplura  
decreta allegat.

*Eod. tit. 6. form. 6. pag. 197.*

107 Num. 12. PP. Minores de observantia  
S. Francisci habent specialia indulta colli-  
gendi eleemosynas pro subsidio locorum  
Terræ Sanctæ: imo quia Ordinarii loco-  
rum tenentur illos subditis commendare,  
ideò quories sint à dictis PP. requisiti,  
poterit committi Vicariis foraneis qua-  
statio tali forma.

„ Bramando io, che nei luoghi della  
„ mia Diocesi (ò Giurisdizione) siano  
„ esequite le constituzioni, ò Breve  
„ Apostolici de Sommi Pontefici, con  
„ qual si raccomanda agli Ordinarii la  
„ questua dell'eleemosine per il suffidio,  
„ e mantenimento de Luoghi Sagri di  
„ Terra Santa, ne' quali il Nostro Di-  
„ vinissimo Salvatore ha adempite l'O-  
„ pere della nostra Redenzione, tenuti,  
„ e custoditi da' PP. Minori Osservanti  
„ di S. Francesco, i quali per le frequen-  
„ ti vanie, & aggravj della tirannide  
„ Turchesca hanno bisogno d'esser solle-  
„ vari, e soccorsi con l'elemosine, &  
„ ajuti caritativi de fedeli, colla presen-  
„ te commetto à V.S.di dar ordine, e ri-  
„ cordo tanto al P. Predicatore dell'im-  
„ minente Avvento, che verrà à predi-  
„ care in cotesta Terra, quanto all'altro  
„ che predicherà nella futura prossima  
„ Quaresima, di raccomandare dal Pul-  
„ pito al popolo nei giorni più solenni,  
„ e di concorso, una, e due volte, l'opera  
„ suddetta, & ella deputerà in detti gior-  
„ ni persone pie, che la raccolgano, &  
„ à suo tempo rimetterà poi quà nelle  
„ mani di N. Sindico di detti PP. tutta la  
„ quantità, che si sarà raccolta con ri-  
„ portarne dal medesimo la ricevuta da

„ trasmettersi in Roma nelle mani del  
„ Sindico generale a disposizione del P.  
„ Commissario di Terra Santa. Esequi-  
„ ca V. S. con attenzione la commissio-  
„ ne, perchè l'opera è acerissima al Si-  
„ gnore, e resto, &c.

## ADNOTATIONES.

**E BREVI APOSTOLICI.** Idest <sup>108</sup> Breve Urbani VIII. impressum in Bulla-  
rio to.5. conf. 177. Breve Innocent. X. pa-  
riter impressum in eodem tom. 5. conf. 11.  
& Breve Clementis X. impressum in co-  
dem Bullario in tom. 6. conf. 39. in quibus  
committitur Ordinariis locorum recolle-  
ctio eleemosynarum pro subsidio loco-  
rum Terræ Sanctæ,

**DI TERRA SANTA.** Civitas Hierusalem, Metropolis hujus Terra, capra <sup>109</sup>  
fuit à Maumetanis anno 1008. à Christianis  
verò recuperata anno 1099. seù ut alii  
volunt. 1110. Duce Gottifredo Bullione,  
Deindè à Saladino Rege Babiloniae, &  
Saracenorum Domino oppugnata, ite-  
rum in Infidelium manibus reincident an-  
no 1187. Et tandem Civitate Ptolemaïdæ,  
vulgo Acri, seu Acon in Siria, cum  
munitissima Arce, ab iisdem Saracenis  
superata, & aliis Urbibus captis, &  
depopulatis, à tota Terra Sancta, insigni  
cæde anno 1291. Nicolao IV. in sede Pe-  
tri sedente, Christifideles (Dei permis-  
sione admirabili, & stupenda) depulsi  
sunt: eodemque anno Deo dilecta Do-  
mus, incarnatione Dominica illustris, è Si-  
ria pariter cum Religione discessit, An-  
gelorum manibus è Nazareth in Dalma-  
tiā maximo miraculo translata est, ut  
testatur *Bzov. ad annum 1291. §. 4.*

In qua Ptolemaidæ expugnatione fa-  
ctum illud admirandum accidisse narratur,  
quod Moniales, quæ in celebri Mo-  
nasterio ibi erecto sub regula S. Clarae  
morabantur, audita Arcis expugna-  
tione, metuentes Saracenorum violen-  
tiā, & jacturam virginitatis, omnes  
novaculis sibi nasum abscederunt, &  
faciem gladiis deturparunt, quo spe-  
culo à Barbaris viso, nec unam ex eis  
retigerunt, sed gladio eorum omnes  
pe-

perierunt, & martires evaserunt: Hæ Religiosæ Virgines securæ fuerunt exemplum Ebbæ Abbatissæ, & Sociarum Collinganensis Cœnobii, quæ anno 870. Danis Regnum Angliae vastantibus, ne eorum honestas periculum subiret, & fædaretur, nasum, & labrum superiorem novaculis sibi præciderunt: unde Dani fuientes in Cœnوبium ingressi id admirantes & indignè ferentes, igne in Monasterium injecto omnes combustæ fuere, ut Bzorius narrat.

*L'opra è accettissima al Signore. Sic terminatur Epistola, quia ita loquitur Breve Urbani VIII. ad demonstrandum, quod hodie porridentes manus adjutrices huic, vel aliis operibus, non lucrantur indulgentias, quæ olim concedebantur iis qui subsidia charitativa subministrabant, juxta dictum Navar. cons. 34. de penitent. & remiss. quia Pius V. in sua confit. 30. Bullar. tom. 2. pag. 214. hujusmodi indulgentias absulit, & revocavit, prout declaravit Sacr. Congreg. Concilii in Trisigen. ita indulgentiarum 15. Novemb. 1697.*

*Quare advertant Episcopi, quod si aliquæ indulgentiæ super hac re circumferri audierint, illas apocryphas esse judicent, nisi nova concessio authenticè exhibeatur.*

*Eod. tit. 6. form. 7. pag. 199.*

*Num. 10. Quod Episcopus non possit concedere Judici laico licentiam exhumandi cadavera, vel testes examinandi in loco immuni, pro facienda recognitione corporis delicti, præter ibi allegata, patet ex aliis decretis collectis à Ricc. in Synop. in verb. Episcopus quo ad immunitatem, num. 26. & 27. Et in verb. recognitio corporis delicti, num. 8. & seqq. Imò, quod nec Legatus à Latebre possit mandare examinari testes, aut recognitiones fieri corporis delicti in locis immunibus sine speciali facultate Sedis Apostolicae, probat idem Ricc. in verb. Legatus, num. 3. ubi decreta produgit.*

*Eod. tit. 6. form. 8. pag. 200.*

*Num. 4. Regula est, quod configuentes ad Palatum Episcopi gaudent immunitate, & si inde extrahantur, ibidem sint restituendi: at quando Episcopus mandat configitum in suo Palatio carcerari, tunc Reus non gaudet immunitate, ut respondit Sac. Congreg. in Signina 31. Julii 1703. lib. 1. Decret. Vallen. pag. 506. à tergo relata à Ricc. in Synop. verb. Palatum, num. 9.*

*Eod. tit. 6. form. 10. pag. 205.*

*Num. 1. Adde ibi, quod, si aliquis Patronus laicus, vel Confraternitas pro augmento Divini cultus velit in Regulares aliquam Ecclesiam jam erectam transferre, & consensum Episcopi requireret, poterit licentiam concedere formula sequenti.*

### FORMULA

*Decreti concessionis Ecclesie.*

*U* T Ecclesiam sub invocatione S. N. sitam, & erectam in Loco N. hujus nostræ Diœcesis, N. Patronus PP. Ordinis N. concedere, & in eos transferre possit, & valeat, consensum, & beneplacitum nostrum præstamus, constito jam nobis ex actis nostræ curiæ dictum N. concedentem, & transferre volenter esse Patronum legitimum dictæ Ecclesiae, salvis tamen juribus Ecclesiarum Parochialium, & tertii, quatenus alteri in ea jus fuerit quæsumus, & dummodo Religiosi prædicti acquirentes, in actu acceptationis, & receptionis dictæ Ecclesiae de manu Patroni valide renuntiant juri sepulchrorum, adeout in ea neminem preter proprios Religiosos ad sepulturam recipere non valent, & copiam concessionis hujusmodi authenticam in termino exhibeant in nostra Cancellaria. Et ita, & non alias licentiam damus,

*&*

» & Decretum interponimus omni, &c.  
» Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

### ADNOTATIONES.

**116 CONCEDERE, ET IN EOS TRANSFERRE.** Fit mentio de sola Ecclesiæ materialis translatione, nam si cum Ecclesiæ fabrica concederentur, & transferrentur etiam bona, & jura illius, solus assensus Episcopi non sufficeret, quia ipse statum formalem Ecclesiæ immutare non potest, cum solus Papæ habeat plenam bonorum Ecclesiæ administrationem, inferiores vero Prælati meram gubernationem, & usum, ut pluribus relatis auctoritatibus firmat Pacion, de locat. cap. 14. num. 13. & 14.

**117 RELIGIOSI PRÆDICTI ACQUI RENTES** Ecclesiæ, & Oratoria publica de manu laicorum. Regulares non valent recipere sine expresso consensu Episcopi, ut habetur in cap. nullus de jure pat. & in cap. cum, & plantare de privileg. Idedque laici Patroni Ecclesiæ in consulto Ordinario illas in Regulares transferre non possunt. Et licet Jus patronatus in eos validè donationem transferat absque Episcopi licentia, & beneplacito, ut volunt Barbos. de potest. Episcop. alleg. 71. num. 11. & 26. Tambur. de jur. Abbat.

**118 1om. 1. disp. 9. quest. 2. num. 2. Vintrigl. in prax. part. 1. annot. 1. §. 2. num. 26.** hoc intelligitur de translatione juris spirituati annexi, quod laici habent ex reservatione in fundatione Beneficii respectu ad præsentationem Clerici instituendi; non autem de donatione, & translatione, quæ pertinet ad proprietatem fabricæ Ecclesiæ, & illius tituli, quam Laici Patroni nulliter faciunt quoties Episcopi consensu deficiat, ut distinguunt Tambur. loc. cit. vers. ad argumenta, Barbos. in d. cap. cum & plantare, num. 12. de privil.

**119 DE MANU D. PATRONI.** Scilicet

cet per fundi donationem, & Ecclesiæ constructionem: Si enim non constaret Laicum, seu laicos transferentes esse Patronos legitimo titulo, sed esse Curiales, seu Administratores, aut detentores, tunc Ecclesia censeretur libera, & constructa ex fidelium oblationibus, & non posset à laicis prescribi, & effici Patronata, nec concedi Regularibus, Vivian. de Jurep. lib. 1. cap. 2. num. 58. & lib. 2. cap. 9. num. 10. & 12. & lib. 4. cap. 8. num. 6.

**120 VALIDE RENUNCIENT JURI SEPULCRORUM.** Supponit in formula, quod Ecclesia, quæ transfertur in Regulares, non habeat jus sepeliendi, & idem ad evitandas contentiones, quæ frequenter oriuntur ratione funerum inter Ecclesiasticos cum populi admiratione, & scandalo; Episcopus, five jure ordinatio, ut hic, five jure delegate Papæ, aut Sacr. Congregationis translationi, & concessioni contentiens, debet pro bono pacis, & concordie hanc renuntiationem exigere, & Religiosi illam concordare, prout licet, & validè facere, & admittere possunt juxta punctualem text. in cap. 1. de part. in 6.

Si vero Ecclesia, quæ Regularibus conceditur, jus sepeliendi haberet, tunc reservare debet Episcopus, quod saltem quartam funeralē Parochis de jure debitam solvant, non obstante, quod iuxta ordinis privilegia eam solvere non tenentur.

**121 Num. 22.** Quod solus Episcopus concedat jus sepeliendi, non autem Vicarius Generalis, tener Passerin. de Statut. hom. 2. qu. 187. art. 4. n. 370.

**122 Num. 23.** Non solum debet Episcopus in concessione licentiae pro constructione Oratorii publici conditionem apponere, ne celebretur in eo missa in solemnioribus anni Festis, sed etiam potest decreto Synodali statuere, ut diebus festis de praæcepto missæ celebrari non debeant in Oratoriis, & Ecclesiæ ruralibus, nisi celebrata Missa in Ecclesia Parochiali, ut declaravit Sacr. Congr. Concilii in S. Agathe Gotchorum 25. Maii 1652. lib. 19. Decr. fol. 191. confirmata in Camerinen. 30. Augusti 1704. favore Pat.

126 Parochiæ Sancti Pauli Loci Flastræ contra Cappellanum Villæ collis; ita tamen, ut missa Parochialis hora opportuna celebretur.

127 Num. 25. & 29. Adde resolutionem Sacr. Congreg. Rit. in Ferentina 27. Novembri 1706. in qua, cùm Ecclesia Cathedralis fuisset pluribus in locis restaurata, & magna in parte renovata, & de illius consecratione signa nullibi apparerent, neque aliae probationes existenter, adhuc quia in præteritum Festum Dedicationis fuerat celebratum dicta die, responsum fuit: *Non indigere nova consecratione, & Dedicationis Festum posse transferri ab Episcopo ad aliam diem fixam, amplius non immutandam*, prout antea quoad secundam partem resolutum fuerat in alia Comen. 22. Februario 1698.

Eod. Tit. 6. form. II. pag. 216.

128 Num. 29. Qui sua sponte liberè eligeret sepulturam in aliqua Ecclesia, & promitteret cum juramento illam non mutare, teneretur secundum sententiam nonnullorum D.D. ad observantiam juramenti, quos refert, & sequitur Laurent. de Franch. controu. par. 2. quæst. 63. num. I. quamquam alii velint, quod promittens sponte cum juramento, variando, illicitè quidem, sed validè faciat, non obstante promissione jurata, Passerin. de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 269. Pirhing. in jus canon. lib. 3. tit. 38. num. 27.

Verum cùm electio sepulturæ sit pars ultimæ voluntatis, & ejus libertas tolli non debeat, videtur dicendum, quod sive fiat ad suggestionem aliorum, sive sponte, & sive fiat cum juramento, sive non, semper licet, & etiam validè possit revocari usque ad finem vitæ, ex traditis à Samuel. de sepult. disp. 2. contr. I. concl. 7. Si enim benc̄ adveratur text. in cap. I. de sepult. in 6. puni tam eligentes sepulturam cum juramento, quam ad illud inducentes, & improbat promissiones juratas, & vota, ut advertit gloss. ibi in quarto notabili in verb. Sepulturam, & in verb. eligere.

Cur autem quis non debeat firmare votum electionem sepulturæ, rationes adducit eadem gloss. in additione. Primo, quia electio sepulturæ est pars ultimæ voluntatis, cuius libertas tolli non debet, quam rationem affert etiam Navar. de sepult. conf. 2. num. 5. Secundo, quia cùm provisum sit à jure non eligenti, talis juris provisio impediri non debet, nisi mea libertate Testatoris. Tertio, quia electio sepulturæ est jus speciale inductum contra jus commune, & tale jus solus Princeps, qui est supra jus, potest inducere, ideo sicut alius à Principe non potest tollere jus commune, sic nec ad jus speciale adjicere, quo arctetur jus commune.

Quare nihil obstat, quin electio sepulturæ possit quandocumque, ut præmissum est, revocari, non obstante juramento sponte, & liberè interposito, quod Papa sanctivit, jurantem hic non obligare, ut notat Passerin. in d. cap. I. de sepult. in 6. num. 6. & ita declaratum fuit à Sac. Congreg. Concilii in Aretina I. Martii 1692. à me allegara tom. 2. pag. 23. num. 93. in qua casus sic expositus fuit: N. Terriaria Tertiæ ordinis per Instrumentum publicum elegit sibi sepulturam in Ecclesia PP. conventionalium in sepultura communi Tertiariarum, mutata postea voluntate per publicum Instrumentum, elegit sibi sepulturam in Ecclesia PP. S. Philippi Neri, cui dispositioni obstant PP. Conventuales in vim privilegiorum, ac juramenti ab Oratrix in primo Instrumento prestiti, & pretendunt in eorum Ecclesia eamdem deberi sepeliri. Quare dicta Oratrix, obtenta ab Ordinario relaxatione juramenti, supplicat confirmari secundam electionem, & absolvei à predicto juramento. Quibus relatis dicta die responsum fuit: Sacr. Congreg. censuit non indigere dispensatione, & Oratrix utatur jure suo. Ex quo rescripto notandum est, quod Sacr. Congreg. non dixit: Non indigere alia.

Ad ibi dicta de confratribus, qui possunt sibi ipsis eligere sepulturam in Oratorio Confraternitatis, quoties jus habent sepulchri, ne fraudes fiant, providendum est, id illis tantum licere, qui per

per lex menses ante obitum fuerunt adscri-  
pti, ut cavitū in Conc. V. Mediolanen-  
relat. à Gavant. in manual.verb. Confra-  
ternitas, num.46.

Eod. tit. form.12. pag.217.

132

Num.1. Confraternitas erecta sub no-  
mine Redemptoris, non existente alia in  
eo loco ita appellata, intelligitur pro  
confraternitate SS.Sacramenti, Rot. decisi.  
245. num.2. coram Cerro.

Eod. Tit. form.13. pag. 218.

133

Num.2. Nemo sua sponte potest assu-  
mere, & deferre habitum Religionis,  
cap. ne nimia, de Relig. dom. & cap.1, eod.  
tit. in 6. ideoque, qui illum temere assum-  
psit, cogi potest ab Episcopo ad deponen-  
dum, Donat. prax. rerum reg. tom.4. tract.  
14. quæst.21. num.5.

Eod. Tit. form.19. pag.230.

134

Num.27. Est adeò vera conclusio ibi fir-  
mata, quod Fratres minores S. Francisci  
debent vivere ex ostiaria quotidiana quæ-  
uatione, ut si fiat eorum favore lega-  
tum: Per pietanza e per ministraria eleemo-  
snaliter non debetur, ut respondit Sacr.  
Congreg. Concilii in Salernitana Junii  
1704. in qua ad dubium propositum res-  
criptum fuit: Serventur decreta fabrica  
sub die 14. Febr. 1633. apud Faznan. in  
cap. nimis prava, de excess. pralat. in cap.  
nos quidem, de testam.

135

Si verò legatum esset dictis Fratribus re-  
lictum cum hac conditione. Il mio ere-  
de sia obligato comprare, o far compra-  
re tanto pane, e tanto vino per servi-  
zio degl' Inferni, che faranno nell' In-  
fermaria del convento N. de P.P. Mino-  
ri di S. Francesco, o pure sia obligato  
dare ogni tre mesi à chi ordineranno li  
P.P. scudi: per comprare tanto pane,  
e tanto vino per servizio come sopra:  
tunc legatum esset validum, & solven-  
dum, ut eadem Congreg. declaravit in  
Romana 2. Decembr. 1673. lib. Decret.  
28. fol.199.

136

At si legatum fieret per modum elec-

mosynæ, cum onere tantum Missarum  
PP. predicti non possunt illud exigere, nec  
acceptare, etiamsi vellent erogare quan-  
titatem legati in reparationem fabricæ  
Conventus, eadem Sac.Congreg. Concilii  
15. Novembris 1687.

Imò pro obseruanti puritatis Regulæ  
nec possunt PP. predicti retinere capsulas  
pro recipiendis eleemosynis Missarum,  
non obstante quod eis hoc videatur per-  
missum à Constitutione. Innocentius XII.  
emanata super celebrazione Missarum,  
prout ad dubium propositum, & re ma-  
ture discussa respondit d. Congreg. Concilii  
7. Julii 1708.

Eod. tit.6. form.20. pag.233.

Num.5. Licentia asservandi continuò,  
& permanenter Sanctissimum Eucharistia  
Sacramentum pro adoratione fidelium in  
Ecclesiis non parochialibus, quæ sub lai-  
corum gubernio, & administratione re-  
periuntur, regulariter non conceditur ab  
Episcopo, sed requiritur Indultum Papæ,  
ut decimus referunt à Sacr. Congregat.  
Concilii Piasec. in prax. par. 2. cap. 3.  
artic.5. de visitat. Benef. simpl. num.14.  
Ricc. in prax. par.1. post. resol. 505. no-  
tab. ult. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 22.  
num. 8. & in Sum. decif. Apost. collect.  
541. num.9.

Verum talia decreta debent intelli-  
gi, quando nulla adest necessitas, & li-  
centia daretur ab Ordinario pro sola a-  
doratione, & veneratione, de qua sim-  
pliciter, & restrictivè decreta allegata  
loquuntur. Ceterum si Ecclesia Paro-  
chialis esset impedita, vel non esset  
tuta ab ostium incursu, seu aquarum  
inundatione, vel esset norabiliter di-  
stans ab habitationibus Parochianorum,  
& Parochus præsto esse non pos-  
sit ad ministrandam Eucharistiam infir-  
mis, vel demum aliqua congrua, &  
rationabilis causa concurreret, non es-  
set arcta Episcopi potestas prospicien-  
di securitati, & decentiæ tanti Sacra-  
menti, & saluti Spirituali Parochianorum,  
illud custodiendo in alia Ecclesia  
non Parochiali, ut benè advertit Pac.

Jor-

Jord. tom. I. lib. 3. tit. 3. num. 8. & ad eis  
pertinet, ita ut teneatur ad omnia,  
text. in C. Presbyter 92. de consecr. dist.  
quam pro limitatione dictorum Decre-  
torum adducit Ricc. col. 1216. Imo si a-  
liena confraternitas haberet indultum Pa-  
pæ retinendi continuâ in propria Eccle-  
sia Sacramentum, exequi non debet, nec  
potest sine Ordinarii licentia, ut plures  
Sac. Congreg. Rit. declaravit teste Ventrizg.  
in prax. par. 2. annet. 21. num. 18. & re-  
center in Cortonen. 9. Maij 1699. con-  
tra confraternitatem Sanctissimæ Trini-  
tatis d. Civitatis, in qua responsum fuit:  
*Episcopus utatur jure suo, quia ad ipsius*  
*spectat recognoscere, an decentes, an*  
*tutæ, an laudabiliter, & an cum Spiri-*  
*tuali utilitate animarum in iis Ecclesiis*  
*retineatur Amostaz. de caus. piis, tom.*  
I. lib. 4. cap. 12. num. 19. Barbos. decis.  
Apostol. collect. 301. num. 10. Donat.  
prax. rer. regul. tom. 3. tract. 8. quest. 19.  
num. 1.

141 Num. 34. Quod Superiori, & Prae-  
lati Regulares non possint publicare cen-  
suras, & affigere Cedulones ad Valvas  
fuarum Ecclesiarum, nisi perita venia ab  
Ordinario præter decretum Sacr. Con-  
greg. Episcop. ibi allegatum, declaravit  
hoc etiam Sacr. Congreg. Concilii in Mi-  
liten. Synod. 27. Novembris 1693. in res-  
ponsione ad 7.

Tit. 7. form. 2. pag. 243.

142 Num. 5. Sub juramento præstito à Be-  
neficiato conservandi, & manutenendi  
bona Ecclesiae, cuius est Rector, cadit  
non solum prohibito, & promissio non  
alienandi, sed etiam non deteriorandi,  
quia deterioratio bonorum, quæ provenit  
culpa Beneficiarii, est species voluntariae  
alienationis, & tenetur damnum inde  
proveniens reficere ad instar usufructuarii  
(cui Beneficiatus æquiparatur) quia te-  
netur custodire, & servare rem in eo sta-  
tu, in quo illam invenit, Card. de Luc.  
de Benefic. disc. 82. num. 8. & disc. 84.  
num. 13. Bellett. disqu. Cler. part. 1. de  
Cleric. debit. §. 7. num. 4. & §. 14.  
num. 2. & 3. Cura enim, & solicitude  
refectionis; & conservationis ad eum  
Monacelli, Formul. Suppl.

143 pertinet, ita ut teneatur ad omnia,  
quæ utilitatem proprietatis concernant,  
Gratian. disceptat. 778. num. 2. & 3.  
Imo & negligentiam antecessoris supple-  
re de Luc. d. disc. 84. d. num. 13. Paris.  
de resignat. lib. 3. cap. 15. num. 1. 2.  
& 3.

Quapropter Beneficiatus si agros Ec-  
clesiae colere negligat, non propaget vi-  
tes, arbores in loco demortuarum non  
plantet, olivetum dejectum non restau-  
ret, fossata non purget, fundos instru-  
tos non reddat, & alias expensas, quas  
facere tenetur, & quæ necessariae sunt,  
ne res pereat, aut deterior fiat, & con-  
seretur (Pacion. de loc. cap. 34. num. 6.  
& 10.) non faciat, tenetur damnum re-  
farcire text. est in Cod. quicumque 12.  
quest. 4. ibique gloss. Barbos. de jur. Ec-  
cles. lib. 3. cap. 17. num. 55. Synod. Al-  
banen. in appendic. pag. 229. ubi in edi-  
cto contra administratores bonorum Ec-  
clesiarum publicato haec habet: Si am-  
moniscono tutti li Capitoli, Parochi,  
& Rectori Beneficiari, & Administratori  
di Chiese, Luoghi pii, che ricorde-  
voli del giuramento prestato procurino  
conservare con diligenza tutti i beni delle  
predette Chiese, &c. che non soggia-  
cano a danno, o deterioramento, &c.  
e quallora li detti Notarii, & Officia-  
li rispettivamente faranno negligenti ol-  
tre il conto rigoroso, che ne dovranno  
dare a Dio, resteranno obligati a risar-  
cire tutto il danno, che per loro negli-  
genza ne risulti al luogo pio.

Sicut enim favore pupilli bona Tu-  
toris malæ administrationis sunt hypo-  
thecæ subnoxia, ita bona omnia pro-  
pria Rectoris beneficij (Tutori æqui-  
parato) pro mala administratione bo-  
norum Ecclesiae remanent hypothecata,  
C. ex literis ibique gloss. verb. obligata,  
Barbos. ibid. num. 11. de pignor. Regula  
enim æquiparatorum aqualem determina-  
tionem requirit in utroque, C. ad au-  
dientiam, de Cleric. non resid. Et idem  
procedit in Administratore, seu Æco-  
nomo, quia etiam iste ad instar Tuto-  
ris tenetur de negligetis, Merlin. de pi-  
gnor. lib. 3. tit. 1. quest. 2. num. 7. 8. &  
50. Synod. Albanen. ubi supra: ideoque  
Episcopus contra hujusmodi bonorum

B Ec-

Ecclesiarum dissipatores procedere non  
omittat etiam ad cuiusvis personae instan-  
tiam, nam negligente Rectore, quilibet  
147 de populo potest defensionem Ecclesiæ su-  
scipere Rot. coram Greg. decis. 381. num. 1.  
ibique Add.

Eod. tit. 7. form. 5. pag. 244.

148 *Num. 2.* Punctatores, quorum electio  
spectat ad Capitulum *Sacr. Congreg. Con-*  
*cili in conversanen.* 4. Decembri 1706.  
admonendi sunt, quod si conniventer  
prætermittant punetare eos, qui juxta  
Ecclesiæ, & Collegii Statuta punctandi  
sunt, tenentur de proprio restituere di-  
stributiones, quæ accrescerent interes-  
tentibus, & ulterius graviter peccant,  
prout illos monendo *Episcopus Gravinen*  
in suo tractatu, *L' Ecclesiastico in coro*,  
cap. 27. num. 33. his verbis: *Or se nondi-*  
*meno i Puntatori per riguardi umani d'*  
*affetto, timore, speranza, e qual al-*  
*tro sia, tralasciano di puntare i diffet-*  
*tanti, vengono ad essere ladri sfaccia-*  
*ti, perche levano paleamente l'emolu-*  
*mento a chi tocca per ragione di accre-*  
*scimento, o altro titolo, e lo danno a*  
*chi per legge non tocca, oltre che si*  
*rendono egli stessi rei del differvigio di*  
*Dio sul punto geloso del Divino suo pub-*  
*blico culto, ed il loro peccato viene a*  
*contrarre certo che del grande coram*  
*Deo, cotanto da lui detestato in quei suoi*  
*ministri, i quali retrahabant homines a*  
*sacrificio Domini.*

Tit. 8. form. 10. pag. 258.

149 *Num. 10.* Circa materiam stupri, de  
qua ibi aliter actum fuit, quæstio est non  
modica inter Doctores an dos, quam sol-  
vere debet stuprator, sit constituenda in  
peñam patrati criminis, itaut statim de-  
beatur, vel potius expectandæ sint nuptia  
puellæ stupratæ, cum dos ad quam ille  
tenetur, esse non possit sine matrimonio.  
Alii enim volunt, quod dos constituenda  
stupratæ debeatur tempore matrimonii,  
adeout si illud non sequatur, actionem  
petendi dotem non transmittat ad hære-  
des, & si fuerit soluta, repeti possit, &

hanc sententiam sequitur, & magis com-  
munem dicit R. P. Zaulus ad stat. Fa-  
vent. tom. 1. pag. 523. à num. 118. & 119.  
ubi, quod ista dos à Judice taxata debe-  
at deponi, adhoc, ut eveniente casu  
nuptiarum stuprata habeat in promptu  
dotem, & hoc temperamentum approbat  
quoque Card. de Luc. de dot. disc. 142.  
num. 76.

Alii autem tenent, quod constito de  
crimine stupri, statim deflorans, si  
habeat in bonis, & nolit, aut non  
valeat propter aliquod impedimentum  
stupratam ducere in uxorem, sit cogendus  
ad solvendam dotem puellæ, ejusque  
parentibus injuriam passis, etiam si  
deflorata non nubat, eo quia hujusmo-  
di dos debeat in peñam patrati cri-  
minis, & bonum publicum spirituale,  
& in compensationem damni passi, non  
autem simpliciter pro matrimonio con-  
trahendo, ut vult prima DD. senten-  
tia: & hoc evinci, ut isti ajunt, ex  
text. cap. 1. de Adult. illis verbis: *Si*  
*verò Pater Virginis dare noluerit, red-*  
*det pecuniam juxta modum dotis.* Idest  
si matrimonium inter deflorantem, &  
defloratam non sequatur ob jacturam  
honoris, & famæ, detur mulieri quan-  
titas pecuniae loco dotis, & hanc se-  
cundam sententiam reprobavit Burgin.  
Cavalcan. (qui est Antesignanus pri-  
mæ) fortiter tuetur Leo thesa. form.  
Eccles. part. 2. tit. 9. tit. de spons. &  
Maritim. num. 132. 133. & sequ. ubi te-  
statur se ita judicasse in Tribunalis me-  
tropolitana Taurini, & suam sententiam  
confirmatam fuisse à Nuncio Apostoli-  
co, & eum sequitur Bellett. disq. cleric.  
par. 1. de favor. cler. real. §. 4. num. 124.  
& 125. & idem sentiunt Graff. de aur. par.  
1. lib. 2. cap. 79. num. 2. ubi, quod hæc dos  
spectat ad peñam criminis Vulpin. succ.  
Farinac. par. 16. delict. carn. quæst. 147. §.  
stuprum, num. 9. ubi, quod ista dos post  
mortem stupratæ non ad stuprantem  
redit, sed stupratæ cedit hæredibus,  
Pirbing. in juscan. lib. 5. tit. 16. num. 42.  
Rot. apud Ricc. in prax. part. 3. resol. 76.  
num. 3. ubi, quod datur in causam dam-  
ni, quod stuprator compensare tenetur  
Rayn. observ. crim. tom. 2. cap. 23. num.  
207. & seqq. ubi, quod actio petendi  
hanc

hanc dotem transit in hæredes Guttier. Verius existimamus, & tenendum, quod in hac specie, si Pater, vel Curator Puellæ accusaret stupratorem, debeat illi estimatio damni ei provenientis, quia majori eger pecunia ad dotandum eam, & etiam injuria, quæ sibi illata est, & tenet Beatus Thomas. & cap. Abb. in d. cap. 2. de Adult. num. 4. ubi inquit, quod dos, quæ datur stupratæ, datur pro in teresse mulieris, non pro matrimonio.

<sup>151</sup> Ex quibus videtur, quod hæc secunda sententia sit verior & in praxi consulenda: nam si prima vera esset in illis locis, in quibus jam consuetudine receptum est, ut stuprantes Virgines sine vi, aliam poenam subire non coguntur, nisi ut illas ducant in uxores, vel decenter collocent, de qua ex Claro §. Stuprum, num. 3. testatur Pirhing. loc. cit. num. 41. in fin. sèpè impunè hoc crimini committerent contra expressam juris canonici sanctionem, & in maximum honestatis dispendium, & decolorationem.

<sup>152</sup> Ulterius est quoque notandum. Primo, quod licet stuprator præter dotem, quam solvere cogitur, de jure puniri etiam debeat corporaliter poena arbitraria, vel pecuniaria Fisco applicanda, ut ibi tactum fuit, & docent Abb. in d. cap. 1. & 2. de Adult. Pirhing. ubi sup. d. num. 41. Zecch. de Repub. Eccles. tit. de Cleric. vers. 3. num. 7. delict. 100. per text. in cap. 2. de Adult. Tamen dicta poena corporalis (cessantibus circumstantiis violentiæ) non extenditur ad tiremes in humilioribus personis, ut advertit Panimoll. decis. 98. num. 5. sed regulariter pecunia, aut carcere, vel exilio redimitur, Ricc. decis. 248. num. 3. par. 3. Ciarl. contr. 174. num. 81.

<sup>154</sup> Secundò, quod & si stuprator vi- gore citari textus in cap. 1. de Adulter. præter dotem dandam stupratæ possit etiam excommunicari, ut patet ex illis verbis, ibi: Corporaliter castigatus, excommunicatusque, &c. non est intellegendum de excommunicatione majori, sed de minori, idest quoad Sacramentorum perceptionem, ut notant

Inoc. ibi Pirhing. loco superiùs cit. numer. 40.

Tertiò, quod stuprator non tenetur dotare Virginem, quam defloravit, si ipsa deinde ab alio fuit carnaliter cognita. Ricc. post decis. 250. in allegat. num. 3. & pleniùs in prax. form. Eccles. part. 3. resol. 76. num. 4. cum seqq. nec si deflorata dici tacuerit, & distulerit stupratorem accusare; nam si postea accusetur, presumitur innocens, eo quia ex taciturnitate, & longa mora presumitur dolus, & calumnia, & ideo cessare debet poena stupri Panimol. d. decis. 93. adnotat. 2. num. 20. dummodo tamen aliqua rationabilis causa taciturnitatis, & non reclaimationis non allegetur: nam sicut puella, quæ per vim, & per metum professionem emisit, quamquam post quinquennium super nullitate suæ professionis audiri non valeat juxta decretum Concilii Trid. sess. 25. cap. 19. de regular. adhuc allegando causas ob quas verè, & realiter non potuit intra quinquennium reclamare, auditur, & datur ei restitutio in integrum, ita debet audiri, si alleget causas, cur stupratorem intra quin-

<sup>155</sup> quennium (quo delicta carnis prescribuntur, dummodo vis non intervenerit) non accusaverit, quas prudens Judex, an sint admittendæ nec ne judicabit, Guazin. ad defens. Reor. defens. 2. cap. 2. num. 46.

Quartò eximitur quoque stuprator ab obligatione dotandi stupratam, quando hæc post commissum stuprum nupsit viro æqualis conditionis, itaut nullum senserit damnum ex stupro passo, ut consiliando supra in principio relatas pugnantes opiniones tenet Sabel. in summ. divers. tract. §. Stuprum, num. 10. secùs <sup>159</sup> autem si stuprata nupsit viro deterioris conditionis, veluti pauperiori, vel ignobiliori, quia tunc arbitrio Judicis est illis satisfaciendum.

Quintò, quod si Clericus repertus fuerit hujus criminis Reus, ac etiam à Judice condemnatus, quamvis tunc ob notorietatem delicti efficiatur infamis infamia facti, tamen non evadit irregularis, ut à suo ordinario (peracta penitentia) non possit ad ulteriores ordines promoveri, quidquid perpe-  
B 2 ram

ram dicant sine juris fundamento *The saur. de pœn. Eccles. par. 2. vers. stuprum Majol. de irregul. lib. 5. cap. 40. num. 1* quos sequitur *Amer. de delict. & pœnit. tit. 4. § 5. num. 19.* firmantes illum incurrire infamiam juris, & irregularitatem.

<sup>162</sup> Nam crimina, quæ juris infamiam non habent annexam (prout illam non habere crimen stupri comprehendit ex cap. *infames* 6. quest. 1.) non inducunt irregularitatem veram, etiam si deliques factus sit infamis ob publicitatem criminis *Gratian. de Benef. par. 2. cap. 8. num. 64.* & duob. seqq. *Bonac. de irregular. disput. 9. quest. 3. punct. 1. num. 5. Nicol. lucubr. can. lib. 5. tit. 12. num. 5.* & alii allegati tom. 2. par. 175. nu. 13. & 14.

<sup>163</sup> Quare etiamsi *Judex Clericum ad pœnam stupri condemnaret*, juris infamiam non incurrit, quia non pœna, sed causa existimationem *sigillat l. itus fustium, ff. de his qui not. infam.* Et propterea si fuerit emendatus, poterit à suo Episcopo (qui dispensat in adulterio, & aliis minoribus criminibus, cap. *& si Clerici de Judice*) dispensari, & ad superiores Ordines ritè promoveri *Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 43. num. 31.*

*Num. 11. An sponsalia verbis externis contracta, consensu tamen interno facta, sint valida, & an inducunt impedimentum justitiae publicæ honestatis, cruere poteris ex subnexo voto à me pandito uni ex Eminentissimis PP. Sacr. Congreg. Concilii sub die 29. Martii 1708. in quadam causa Trenicana, in qua factum ita ex ponebatur.*

„ *Episcopus Trenicanus dubitat, an „ Alexandro Christophari, qui in uxo „ rem dacere exoptat Catherinam Pasca- „ rellam, cum qua prius Antonius Chri- „ stophari germanus frater contracta- „ sponsalia de futuro, obster impedimen- „ tum Justitiae publicæ honestatis. Ratio „ dubitandi oritur ex eo, quod cum spon- „ salia Antonii germani fratris cum Pas- „ carella non fuerint liberè contracta, „ sed imperio, & metu reverentiali Pa- „ rentum promissa sine animo, & inten- „ tione se obligandi, prout ipse judicia- „ liter examinatus deponit, dici debeat,*

, quod fuerint invalida, & ideo ortum, non fuerit impedimentum Justitiae publicæ honestatis, attenta dispositione „ Concilii Trid. sess. 24. cap. de reform. „ matr.

## V O T U M

In hoc dubio, seu articulo D. D. ut sæpè accidit, divisi sunt, nam *Bona- cin. de impedim. matrim. quest. 3. punct. 11. num. 3. quem sequitur Sperell. decis. 65. num. 10. & 11. tenent, quod expro- missione sponsalium facta sine animo se obligandi non inducatur impedimentum justitiae publicæ honestatis, ex eo quia sponsalia hujusmodi sint invalida, & hi DD. innituntur textui Concilii. Huic opinioni adhærent etiam *Barb. de potest. Episcop. allegat. 51. num. 183. Passer. in cap. unico, nu. 16. & 17. de spons. in 6. & Pirbin. in jus can. lib. 4. tit. 2. num. 39. qui ajunt, dispositionem Concilii (quod tollit hoc impedimentum prove- niens ex sponsalibus quacumque ex cau- sa, & ratione nullis) procedere etiamsi sponsalia sint irrita ob defectum consen- sus interni.**

At *Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 68. num. 14. & 15.* firmiter contraria sententiam tuerit, & censet ex talibus sponsalibus de jure validis, & solum irritis ex defectu consensus interni, impe- dimentum justitiae publicæ honestatis con- surgere: ex quo Concilium toquatur de sponsalibus invalidis ex quacumque cau- sa, & ratione externa, quæ in judicio probari possit, non autem de interna, & occulta, & alias rationes adducit, & au- thoritates.

Huic secundæ sententiae faver gloss. in cap. tua verb. *Qualiter, de sponsal.* quæ dicit, quod in præjudicium alterius non creditur sponsæ dicenti se non con- venisse, & meritò, quia actus qualiter appetit in sua figura, talis præsumi- tur in sui essentia, & Ecclesia per ex- terna præsumit interna, & per illa hec declarantur. Quare in cap. quod interro- gasti 27. distinct. habemus, quod mu- lier, quæ habitum Religionis suscepit, &

& continentiam promisit, & postea matrimonium contraxit dicendo de fictè Monasterium intrasse debuit ad Monasterium reverti, quia ut ibi glos. norat, plus valet, quod agitur, quam quod simulate concipitur, etiam si juramento confirmare vellet ex intentione sibi velamen Religionis imposuisse, ut iterum posset deponere. Et concordat text. in C. viduas 27. qu. 1.

168 Et in terminis ait citata gloss. quod in sponsalibus recurritur ad communem intelligentiam verborum licet contrahens alium intellectum habuerit: Quoniam canones, qui hoc induxerunt impedimentum non jus, sed factum ipsum considerant, ipsamque externam decentiam, ut advertit quoque Fagnan. in C. ad audentiam num. 7. & 21. de spons. & matri-

169 Etenim hic prima sententia Bonaci- nae, & sequacium mihi videtur sequen- da: quia cum Antonius præcedenter contraxisset sponsalia de futuro cum Catherina Caruso, eamque postea carnaliter cognovisset, antequam secunda sponsalia cum Pascarella iniret, præsum- mitur cum prima voluisse contrahere matrimonium de præfenti, & cum hæc sit præsumptio juris, & de jure, ut in- quid, Barbos. in C. 18. qui fidem, de spon- sal. & matrim. ad excludendum delictum dicendum venit, quod secunda sponsalia verè contraxerit invitus cum Pas- carella, & sine libero consensu ad effugien- dam indignationem parentum, qui cum ad hunc actum adigerunt, prout refert Episcopus. Ideoque cum etiam in foro externo aliquo modo appareat de invaliditate sponsalium, nullaque adsit menda- cii suspicio, illius depositioni juratae, qua in judicio declaravit non habuisse intentionem sponsalia cum Pascarella contrahendi, tamquam dictæ præsum- ptioni juri innixa standum esse censerem etiam in foro externo ad tradita in his terminis per Clarl. contr. 131. num. 20. & hæc sunt, &c. Salvo; &c.

170 Num. 18. Undecimo est ibi nota- dum, quod matrimonium contractum ab eo, qui erat carceratus ad custodiā, Monacelli, Formul. Suppl.

vel ad correctionem coram Parocho carcerum, nullum est; si vero contra- heretur ab eo, qui esset damnatus ad car- cerem in pœnam perpetuam, vel ad tem- pus, tunc esset validum; quia in hoc se- cundo calu carceratus acquirit domicilium, ut declaravit Sacr. Congreg. Con- ciliij in Farfen. Matrimonii 26. Martii 1707. quod decretum legitur impressum in statuto cleri Romani cap. 3. de jure elig. sepult. §. 4. in addit.

Tit. 9. form. I. pag. 262.

Num. 4. Adde ibi dubia sequentia pro- pista in Sac. Congreg. Conciliij 3. Decembbris 1707. in una Polnavien.

- I. An curati unius Diœcesis vocati à Parochis alienæ Diœcesis possint in ista audire Confessiones tam suorum subditorum, quam alienorum absque licentia Episcopi?
- II. An Sacerdotes approbati ad Con- fessiones audiendas in una Diœcesi 173 vocati à Parochis alterius Diœcesis possint in ista audire confessiones quorumlibet absque approbatione E- piscopi Loci? Et quatenus negativè ad utrumque.
- III. An, & quomodo in casibus præ- dictis sit consulendum si agatur de magno concursu Populi, & magna distantia adeundi pro approbatione Episcopum Diœcefian.

Quibus dicta die responsum fuit. Ad I. 174 affirmative quoad Subditos, neque quoad alios. Ad II. negative. Ad III. arbitrio, & prudentia Ordinariorum.

Tit. 10. form. 13. pag. 293.

Num. 8. Firmatum fuit ibi, quod 175 Clerici non electa sepulta sepelliri de- beant in sepulchro Clericorum, si ad- sit, juxta decretum allegatum Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Foro Sem- pronien. 1. Septembri 1690. cohærens an- tiquiori lato in Senogallien. 13. Martii 1650. & relato à Nicol. lucubr. civil. lib. 4. titul. 15. num. 23. vers. ult. Et quia

B 3 re-

recenter in alia *Senogallien*, die 9. Maii 1705. *Sacr. Congreg.* Rituum Declarat, quod quidam Clericus defunctus, qui sibi non elegerat sepulturam sepelliri deberet in sepulchro majorum, & non Clericorum: Dubium oriri potest, an istud Decretum, vel alia *S. Congregatio*nis Episcop. sint servanda? Et videtur, quod prima servanda sint.

<sup>176</sup> Primo, quia agitur non de ritu sepelliendi, sed de jure funerandi, quod declarare ad quem spectet potius ad *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul.* quam Rituum, nolcitur perrinere ex Bulla erectionis, *Sixti Vla* 74. §. jam vero. Secundò quia sicuti laicis non electa sepulchra provisum fuit à jure in *cap.4. de sepult.* in 6. ut sepelliri debeant in sepulchro majorum: Ita Clericos sic decedentes, ut in sepulchro clericorum in Cathedrali, vel Matrice Ecclesia construendo, siue sint intitulati, sive non, sepelliri debere statuitur in Rituale Romano auctoritate Apostolica *Pauli V. constit.* 85. confirmato & evulgato, quod pro lege servandum est *Pac. Jord. tom.3. lib.14. tit. 20. num.45.*

<sup>177</sup> Et mecum sentiunt *Samuel. de sepult.* tract. 1. disp. 5. contr. 6. conclus. 20. ubi sic ait: Clerici decedentes absque sepultura electa, & si nulli loco sint additti, sunt tumulandi in propria Parochia, & si majorum suorum habent sepulturam, in ea erunt sepelliendi. Verum Romanum Rituale tit. de execq. præcipit, ut Clericorum, & Sacerdotum sepulchra ejusdem ordinis, ubi fieri potest, à laicorum sepulchris separata existant, ac in deceniori loco edificata maneat.

Nicol. loco supra citato his verbis: Benè verum est, quod Clericus non sepellitur in sepulchro majorum, quando in Cathedrali, vel Matrice adest proprium Clericorum sepulchrum à laicalibus separatum 1650. *Senogallia* 13. Maji.

Quamobrem cum Rituale sit inviolatè servandum, ut præcipit Paulus V. in citata Constitutione, dispositio juris communis in hac parte remanet correcta, & sententia *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul.* quam sequor.

*Eod. tit.10. form.15. pag.295.*

<sup>178</sup> Num. 4. Episcopus in taxatione, & assignatione congruae, licet illam possit constituere in emolumenis incertis, ut habetur in *Bulla* 47. §. 2. *Pii V.* & tradunt *Pasqual. ad Zarath de Franc.* contro. par. I. num. 57. *Pignatelli consult.* 44. num. 9. & 10. num. 12. tom. 8. *Rot. coram Coccin. decis.* 734. num. 10. & 11. *Card. de Luc. de Paroch. decis.* 18. num. 12. Hoc tamen debet intelligi de incertis, quæ habent aliquam certitudinem, ut sunt Decimæ frumenti, vini, olei, aliquæ fructus, incerti solum ratione summae, & quantitatis, non autem de emolumenis, quæ percipiuntur, & dantur occasione administrationis Sacramentorum, cum hæc nec recipi debeant à sponte dantibus, nisi tribuantur per modum eleemosynæ, ut dixi *Tom.2. tit.6. form. 2. num. 17.* neque de emolumenis altaris, funeralium, & similium, quia hæc non computantur in congruam, ut dicit *Rot. coram Coccin. decis.* 2046. num. 2. 3. & 4. *Add. ad Pamphyl. decis.* 451. num. 4. ubi dat concordantes *Cherubin. in compend. Bullar. ad cons.* 47. *Pii V. Schol. 2.*

<sup>180</sup> Quæ fortius procedunt in casu, in quo separanda sit congrua pro titulari, qui habet Beneficium gravatum pensione, cum clausula, *Dummodo remaneant centum pro Rectore*: nam tunc congrua deducenda est ex fructibus certis Beneficii; cum Rector potior sit pensionario, ut advertit *Card. de Luc. de spons. discr.* 18. num. 3. nec debet haberi ratio emolumentorum incertorum anniversariorum, neque eorum, quæ percipiuntur extra curam ipsam animatum, quia talia emolumenta non sunt fructus Beneficii, sed merces, & præmium laboris personalis, quæ debentur tantum inservienti, *Rot. decis.* 347. num. 8. & 9. par. 3. *Rec. & decis.* 41. num. 13. & seqq. par. 17. & magis in terminis coram *Bicch. decis.* 255. num. 13. & seqq. *Corrad. prax. lib.3. cap.9. num.23. & seqq. Rot. coram Buratt. decis.* 354. num. 9.

Congrua autem Curato, seu Vica-<sup>182</sup>rio

rio non taxata, vel insufficiens assignata, si peratur, debetur in quantitate, prout juris est à die petitionis, seu motæ litis, ut respondit *Sac. Congreg. Episcop. incivitate Plebis 17. Septemb. 1695.* & *Sac. Concilii in Ifernien. 30. Aprilis 1697.* in responsione ad tertium.

*Num. 6.* De subministracione paramentorum pro celebracione Missarum.

*Num. 11.* Quod Regulares non possint, nec debeant in propriis Ecclesiis Mulieres post parum benedicere, & ad purificationem admittere, declaravit *Sac. Congreg. Rit. in Urbis, & Orbis Juriorum Parochialium 12. Januar. 1704.* & cum sires, quæ pertinet ad purum ritum, huic declarationi standum est, & magni facienda, ut dixit *Ror. in Placentina Cathedralitatis 22. Junii 1703.* §. ult. coram Molines.

*Eod. tit. 10. form. 19. pag. 304.*

*Num. 3.* Advertendum ibi est, quod legatum relictum alle Zitelle povere, & oneste, dicitur factum Virginibus, non autem Mulieribus honestis: Hæc enim inter se valde differunt, nam in primo casu testator secundum communem usum loquendi requirit in legatariis Virginitatem, quæ semel amissa, amplius recuperari non potest, ut probant DD. ibi allegati, quibus addi potest *Grat. discept. 137. num. 5.* & 6. necnon *D. Hieronym. in Epist. ad Eustochium,* in qua ita inquit; audacter loquar, Cum possit omnia Deus suscitare, Virginem non potest post ruinam.

*In secundo vero casu, Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 91. num. 36.* vult quod legatum relictum Mulieribus honestis dari, & distribui possit mulieri, quæ semel tantum fornicata est, dummodo testator (ut in primo casu) non expresserit, ut mulieres sint Virgines, nam si hoc exprimat; tali casu Mulier, quæ semel stuprum voluntarie admisit, licet dici valeat honesta, legatum tamen non consequatur, quia non est amplius Virgo; verba enim Testatoris non fictæ, sed natura-liter debent intelligi, *i. ultimo Cod. de his qui ven. erat. imp.* & verba conditionum debent impleri in forma specifica,

& non per fictionem, *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 12. num. 20. vers. superest.*

Fateor tamen, quod legatum distri-buendum alle Zitelle, & sic Virginibus, dari possit etiam stupratæ, quando corruptio est occulta, & communiter pro Virgine reputatur, & ipsa valeat in utroque foro, illud recipere, & retinere; sicuti executores, qui tenentur inquirere de honestate puellarum, possint tales admittere juxta distinctionem, quam affert in hoc dubio *Amofaz. de caus. piis, tom. I. lib. 4. cap. 7. num. 24.* & 25.

Si autem legatum dandum esset alii cui puellæ sub conditione, ut nubat Cajo, vel Tito: tunc legatarius conditionem adimplere tenetur post puber-tatem infra triennium, alias legatum amitteret, ut volunt *Riccard. collect. 2877. vers. nec est. Grat. discept. 37. num. 9.* & 19.

Denique si legatum relictum sit sub conditione, quod Legatarius non molester hæredem, intelligi debet de molestia malo animo, & calumnioso illata, non de molestia justa, & rationabili, ac juridica. *Rota coram Merlin. decis. 391. per tot. Ric. collect. 4071. Card. de Luc. de testament. disc. 71. num. 2.* & de pens. disc. 74. Add. ad Burat. decis. 899. num. 14. & seqq.

Secus si Testator prohiberet molestias ex quacumque causa *Gratian. discept. 757. num. 36.* At quod hæc secunda sententia procedat quando Testator prohibet molestias quoquo modo de jure, vel de facto tenet *Carent. resolut. 219. num. 4.*

*Num. 10.* Quanquam à matrimonio carnali ad spirituale validum sit argumen-tum, nihilominus legatum relictum puel-lis nubentibus in sæculo, non datur Virginibus Religiosam vitam eligentibus, quæ Testator adjunxit: quod si dece-dant, sine prole, legatum recadar hæredi, vel alteri, ut respondit *Sac. Congreg. Concilii in Masselubren. subsidiorum do-talium 4. Junii 1689.*

*Num. 14.* Adde pro ampliatione con-clusionis ibi firmata, quod Clericus prime Tonsuræ nullum habens Benefi-

cium Ecclesiasticum, neque addictus servitio Ecclesiae de mandato sui Episcopi cum habitu tamen, & tonsura incedens gaudet Beneficio c. Odoardus una cum beneficio deducto ne egeat, ut iterum Sac. Congreg. Concilii respondit in Romana 7. Julii 1703.

<sup>192</sup> Num. 18. Quod electio Cappellani pro celebrandis missis in Cappella ereta in Ecclesia Regularium pertineat ad heredes Testatoris, non autem ad ipsos Regularres, ut ibi firmatur novissime iterum declaravit Sac. Congreg. Concilii in Roma na 1. Decemb. 1708.

<sup>193</sup> Num. 59. Testamentum favore pia cau sa conditum, est validum, & in foro conscientiae exequi debet ex sola certa voluntate defuncti etiam si careat omni solemnitate, & testibus, ut communiter tenent Ricc. collect. 216. priv. 7. Grat. discepr. 969. num. 17. Rot. coram Cavalier. disc. 553. num. 1. & seqq. Sabel. sum. divers. tract. §. scriptura, num. 6. Amofaz. de caus. piis, lib. 1. cap. 6. num. 12. Leonicil. de privil. pauper. p. 2. verb. Testamentum privileg. 388. num. 32.

*Tit. II. form. 3. pag. 318.*

<sup>194</sup> Num. 6. Advertendum est ibi, quod puellae educande in Monasteriis Monialium quamvis obtenta fuerit licentia Sac. Congregationis, si ipse educande nolint, non sunt compellendae ad ingressum, nisi in aliquo casu particulari ipsamet Sac. Congreg. contrarium non decernat Nicol. in flosc. verb. Educatio num. 11. & lucubr. can. lib. 1. cap. 3. num. 11. Verum si quis eas compelleret, pecaret quidem graviter, prorsum si puella esset pubes, sed non incureret censuras à Conc. Trid. infictas contra illos, qui Virgines cogunt ad ingressum in Monasterium: quia consilium (ut ajuunt mox allegandi) hanc legem tulit in favorem status Religiosi, & in ordine ad susceptionem habitus Religionis, ut prosiceret libertati professionis Pelizar. de Monial. cap. 5. num. 189. Passer. de stat. hom. tom. 3. quæst. 184. art. 9. num. 29. & seq.

<sup>195</sup> At quod compellentes illas ad ingressum incurvant etiam censuras excommu-

nicationis tenent Navar. conf. 6. de regul. Tambur. de jur. abbatis. disp. 2. quæst. 4. num. 4. 5. & 6. & alii apud Gallem. collect. in concil. cap. 18. sess. 25. de regulari, eo quia (ut isti dicunt) Concilium excommunicat cogentes feminas quomodo cumque invitatas ad ingrediendum Monasterium sine distinctione, ut ibi: *Anathemati subiicit omnes*, si quomodo cumque coegerint aliquam Virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam præter quam in jure expressis ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque Religionis, vel ad emittendam professionem.

Hæc secunda sententia (quæ verior videtur) admittitur quoque à Donat. prærer. regulari. tom. 4. tract. 5. quæst. 34. in Puellis puberibus, quæ quoad statum animæ parentibus non subduntur: non autem in impuberibus, quæ sui Juris non sunt; sed patris; qui potest eas Religioni tradere, & offerre, & ipsæ tenentur obedire. Imò tenet, quod hujusmodi sententia locum non habeat, neque in puellis puberibus, quoties coactio non fiat in ordine ad suscipiendum postea Religionis habitum, sine suasionibus Monialium, sive alia via, & effectu secuto ita, ut mulier coacta invita ingrediatur; sed habitatio illa coacta fiat ad tempus, quia creditur necessaria ad decentiam status mulieris, aut ad custodiā, vel ad quid aliud simile præcisō dicto fine illam monachandi: Ex quo (ut ipse ait) Concilium loco relato illum solum coactum ingressum prohibeat, qui directè, vel indirectè ad Religionis habitum ordinatur, & quod ista sit vera sententia in praxi sequenda.

*Eod. tit. II. form. 6. pag. 322.*

<sup>197</sup> Num. 7. Deponens pecuniam pro Dote monachandæ debet præcavere, ut depositum fiat in manibus Depositarii electi Decreto, & approbatione Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis: nam hac cautela adhibita, si Depositarius intra annum probationis efficiatur non solvendo, periculum depositi cedit

cedit damno Monasterii, aut damno Episcopi, non autem deponentis, quia eligens Depositarium non idoneum, tenetur de Deposito; Pignatell. consult. 166. p. 8. tom. 9.

Eod. tit. II. form. 20. pag. 339.

198 Num. 4. Ratio, cur debeat concurrende conditiones ibi enumeratae pro licita retentione livellorum ea est, quia Monialis, sive alius Religiosus ex vi voti solemnis sit incapax dominii, & se explicat, & privat jure acquitendi salvo solo iure naturali utendi rebus ad sui sustentationem necessariis de licentia superioris Religionis; & ideo post votum emisum non potest ad se licite nec validè revocare dominium, dominandi jus, aut capacitatem, quae se per donationem irrevocabilem privavit, ut ait Pafferin. de stat. homin. tom. I. quæst. 186. artic. 7. num. 74.

199 Quare nisi Moniales sint semper parate livellum in manibus Abbatissæ resignare, & nisi de ejus licentia, & consensu uti vellint pro eorum necessitatibus; censentur proprietariae, peccant, & pœnas Religiosis proprietariis à jure, vel Regula inflictis incurruunt Pafferin. loco cit. num. 80. Tamb. de jur. Abbatissæ. disput. 8. quæst. 3. num. 3. in fin. Graff. lib. 3. consil. de regular. cons. 8. num. 21. & 22. Zecch. de Repub. Eccles. de vot. Relig. cap. 4. num. 6. nisi constitutio- nes ordinis à Sede approbatæ aliud non permittant.

Eod. tit. 5. form. 15. pag. 181.

200 Num. 10. In Abbatissæ confirmatione exigi solet, imò debet juramentum fidelitatis desumptum ex Pontificali tenoris sequentis.

### FORMULA

#### Juramenti Abbatissæ:

**E**go N. Monasterii N. electa, & ordinanda Abbatissæ promitto Deo, & sanctis ejus, & coram hac solemini Sororum congregazione fidelitatem, dignamque subjectionem, obedientiam, reverentiam Matri meæ catholicæ Ecclesiæ; Tibi N. Domino Meo ejusdem Ecclesiæ Episcopo, (sive Archiepiscopo, sive Prælato,) & successoribus tuis secundum Sacrorum Canonum instituta, & prout præcipit inviolabilis auctoritas Pontificum Romanorum: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Jesu Christi Evangelia.

Hec juramenti præstatio debet registrari in libro Monasterii, & Cancellerius Episcopalis in Actis electionis, & confirmationis Abbatissæ de eo mentionem faciat, & præstitam fuisse testetur.

Tit. 12. form. 5. pag. 358.

Num. 4. Filii legitimati per subsequens matrimonium coequantur in omnibus filiis legitimis, & naturalibus quoad omnes juris effectus, etiam si in aliqua dispositione fuerit dictum, quod filii sint procreati ex legitimo matrimonio; quia legitimatio per subsequens est vera, & non ficta, ut pluribus cum relatis plene probat Rocc. disp. select. cap. 8. part. 4. tom. I.

Eod. tit. form. 7. pag. 362.

Num. 3. Concionatoris nominatio quoties incumbit universitatibus laicorum, ejus Priors, Consules, Sindici, aut Deputati in literis patentibus ut non possunt verbis. Eligimus, & depatamus: sed alii scilicet: Nominaamus, & presentamus, ut ibi animadversum fuit, & sepè saepius declaravit Sac. Congreg. Concilii, ut ex Decretis dicto loco relatis, quibus nunc hic adde aliam declarationem in Eugubina I. Martii 1687. & in Ripana 21. Maii 1707. in qua ref-

- responsum fuit: *Detur decretum in Sustina 8. Maii 1688.* in quo dicitur, quod litteræ patentes communitatis nominantis debent remanere in Cancellaria Episcopali, & Episcopus in suis expediendis litteris debet exprimere nominationem, seu designationem factam à communitate, prout etiam injunctum fuerat in ci-  
tata Eugubina.
- 203** *Num. 15. Prælatus exemptus inferior Episcopo, qui non habet Territorium separatum cum vera qualitate Nullius, non dat licentiam, neque benedictionem concionatoribus, qui prædicare debent in locis sui jurisdictionis, sed ista facultas spectat ad Episcopum, in cuius Diœcesi locus exemptus existit, Sacr. Congreg. Concilii 21. Nov. 1596. Card. de Luc. de jurisdiict. disc. 3. num. 2. & supra Concil. disc. 3. num. 16. Pignatell. consult. 151. num. 16. tom. 10. sicuti ad eundem Episcopum spectat talam benedictionem pro Concionatore, qui prædicare debet in Ecclesia Conventuali Ordinis militaris S. Stephani, ut declaravit Sac. Congr. Concilii in Pisana Jurisdictionis 21. Februario 1688. in response ad 18. Vicio tamen Generali Episcopi vigore sui ordinariae potestatis talis facultas non competit. Barbos. in summ. decis. Apost. collect. 715. num. 9.*
- In Appendic. ad Const. Pii V.*  
*pag. 382.*
- 204** *Num. 4. Non debet Episcopus permettere, quod in Ecclesiis, & præsertim, in quibus asservatur Eucharistia Sacramentum, sicut ludi theatrales, sive pœ repræsentationes, neque per Clericos, quia hæc fieri prohibuit Sac. Congreg. ut testantur Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 1. num. 27. Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 14. cap. 8. num. 9.*
- 205** *Ulterius statuere convenit Decreto Synodi, vel saltem Visitationis, quod Misse, & Vesperæ non cantentur à Clericis, & Presbyteris in Ecclesiis, nisi Corcta sint induti, & Bireto Clericali, ut prescribitur in Pontificali in titulo: Qualiter officia divina peragantur, Monet. de dist. p. 3. quest. 10. num. 51. Nicol. loc. cit. num. 32. Romaguer. eod. loco, lib. 3. 17.*
- 206** *cap. 4. num. 1. & 2. quod confessarii, dum confessiones audiunt, Superpelliceum, Stolam, & Clericale Biretum deferre tenentur, maximè diebus festis, & quando populi concursus adest, Romag. ibid. lib. 5. tit. 9. cap. 6. num. 5.*
- Item prohibeat, ne in Ecclesiis fiant Academæ, prout fieri vetuit Sac. Congreg. Ritum in Baren. 19. Decembr. 1693. & arceat quoque malleatores, & alios artifices obstrepentes, qui Divina Officia eorum arte perturbant: nam hi propè Ecclesiam officinas habentes expelli possunt, ut firmiter Pignatell. consult. 77. per tot. & præsertim num. 4. tom. 4. Grat. discept. 188. num. 14. Antonell. de tempor. legal. 1. cap. 39. num. 61. Frances. de Eccl. Cathedr. cap. 10. num. 191.*
- In Appendix. ad Const. Pii V. de Clau-  
Monial. pag. 387.*
- Num. 4. Vide circa conclusionem ibi firmatam, quæ dixi tom. 3. pag. 265. n. 3.*
- Ibidem ad Const. Pii V. de resignat.  
Benefic. pag. 281.*
- Num. 16. Decretum, seu clausula, quod, seu quæ apponitur in Bullis provisionis Archidiaconatus scilicet: Quod infra annum lauream Doctoralem suscipere tenearis: potius de stylo scriptorum, quam ex voluntate Papæ hodie apponi solet, & idem tamquam vana à Sac. Congreg. Concilii spernitur, quia Concilium Trid. intelligit de illis Archidiaconis, qui ea munera funguntur, quæ olim de jure communi exercebant; Unde si curam Animarum non habent, neque actu jurisdictionem exercent, non dicuntur oculi Episcoporum, neque comprehenduntur Decr. Concilii, Gonz. de Benefic. p. 7. cap. 7. num. 41. Barbos. supra Concil. sess. 24. cap. 12. num. 5. & 6. Decreta autem, quia pluribus utilia sunt, & sœpè exquiruntur, hic per extensum producere volui.*

LA

## L A V E L L E N .

**D**ominicus Rosa provisus duobus ab hinc annis de Archidiaconatu Cathedralis, Animarum Cura, & iurisdictione carente, supplicat declarari non teneri ad susceptionem Laureæ Doctoralis, licet in Bullis desuper expeditis apposita sit clausula, quod infra annum illam suscipere teneatur. Episcopus refert Archidiaconatus prædicto nullam annexam esse curam Animarum, nec aliquam iurisdictionem, ac exposita per Oratorem veritati niti.

Sac. Congreg. Die 17. Nov. proximi præteriti, censuit danda esse decreta emanata in Caurien. Maij 1589. & in Sulmon. 26. Maij 1594. ac denique in Aquipendii 20. Junij 1671. in quibus declaratur provisum non teneri ad susceptionem dicti gradus. Quia Decreta cum non comprehendant Archidiaconatum Prima Dignitatem, qualē se exprimit nunc Orator, denuo supplicat declarari, se non teneri ad susceptionem Laureæ Doctoralis, non obstante, quod sit major, & prima Dignitas Cathedralis.

Die 12. Januarii 1697. Sacr. Congreg. &c. attenta Relatione Episcopi Lavellen. censuit si Sanctissimo D. N. placuerit, in casu de quo agitur, Oratorem, & si primam Dignitatem, non teneri ad susceptionem Laureæ Doctoralis. Et facta de præmissis per infra scriptum Secretarium relatione dicto Sanctissimo D. Nostro, Santitas Sua benigne annuit, & Sac. Congreg. sententiam approbavit die 30. ejusdem Mens. Januarii.

S. Card. Sacripantes Praef.

F. Nuptius S.C.C. Secr.

## C O T R O N E N .

**E**minentissimi, e Reverendissimi Signori, dopo esser stato dichiarato più volte da quella Sac. Congregazione in diversi casi particolari non esser tenuti

ad assumere il grado di Dottore in pubblica Università, i Provisti delle Dignità principali nelle Catedrali, qual' ora tali Dignità non abbino annessa Cura d' Anime, ne giurisdizione: fu la medesima dichiarazione repetita li 12. Gennaio 1697. con approvazione anco della san. mem. di Papa Innoc. XII. in favore di Domenico Rosa, proveduto dell' Archidiaconato Prima dignità della Cathedrale di Lavello, con il Decreto espresso nelle Bolle, d'assumere il grado infra annum, non ostante, ch' egli dubitasse, che i precedenti Decreti, non comprendessero la Dignità dell' Archidiacono, come dall' annessa copia del Decreto.

E perché, Eminentissimi Signori, si ritrova nello stesso caso il devoto Oratore dell' EE. VV. Gio: Girolamo Facenti altre volte Primicerio sesta Dignità della Cathedrale di Cottone, & ora proveduto dell' Archidiaconato dignità maggiore nella medesima Chiesa, con detto Decreto d'assumere il grado di Dottore infra annum, qual Dignità è appunto senza cura d'anime e giurisdizione, come arresta il Vescovo nell' ingionta fede, per tanto si supplica l'EE. VV. ad ordinare, che gli si diano gl' antedetti Decreti.

Die 16. Februarii 1704. Sacr. Congreg. &c. inhærendo declarationibus alijs hac de re editis, & signanter in causa Caurien. Maij 1589. Sulmonen. 26. Maij 1594. Aquipendii 20. Julii 1671. & Lavellen. 12. Januarii 1697. censuit, Oratorem non teneri ad susceptionem Laureæ Doctoralis.

B. Card. Pantiatichus Praef.

I. F. Thomatus Episcopus Cyrene Secr.

Et hic est notandum, quod Archidiacono tanquam Prima Dignitati sedenti in primo stallo, & non intendenti lucrari distributiones, uti licet in Choro, & in aliis functionibus Ecclesiasticis habitu Prothonotarii, quo est insignitus à Papa: non tamen competit eodem tempore aliis Dignitatibus in fe.

terioribus ejusdem Ecclesiae, quæ uti non possunt tali privilegio, ut declaravit Sac. Congreg. Ritum in Caven. Praeminentiarum 19. Jan. 1704. Pignatell. consult. 103. num. 5. tom. 4.

<sup>214</sup> Secundò notandum, quod Prothonotarii titulares honorarii non participantes, & extra numerum, licet sint in dignitate constituti, & dicantur Officiales Papæ, Panciroll. decis. 1. adnot. 7. num. 4. & 5. tamen non connumerantur inter illos Officiales, de quibus loquitur Extravag. cum Matthæus de heretic. & Extravag. Divina de privil. ut respondit Sac. Congreg. Concilii 4. Augusti 1685. l. 15. Decr. fol. 238.

Ibid. ad Constat. Greg. XIV.  
pag. 402.

<sup>215</sup> Num. 12. Adde ibi, quod Sac. Congr. Immunitatis in Anconitana 19. Junii 1635. declaravit, quod Ecclesia fundata auctoritate Episcopi, gaudet Immunitate, etiamsi adhuc non fuerit benedicta: imò eadem Immunitate gaudere locum, in quo construitur nova Ecclesia, jam ibi injecto solemniter primo lapide in Januen. 5. Octobris 1686. Quæ Decreta referuntur à Ricc. in sèpè citata Synopsi in verb. Ecclesia num. 1. & 2.

<sup>216</sup> <sup>217</sup> Num. 16. Quod Mater, quæ occidit proprium filium infantem non debet gaudere immunitate Ecclesiae ex quo hoc delictum cadat sub specie homicidii proditorii, ut ibi firmavi; mecum sentiunt DD. infra scripti.

Nicol. Lucubr. civil. lib. I. tit. de immunit. Eccles. num. 31. inquiens. Amplia secundo, ut non gaudeat immunitate Mater, quæ occidit filium infantem; vel quæ malis medicamentis animati fœtus procuravit abortum.

Gavant. in manual. Episcop. verb. immunitas Ecclesiastica in addit. num. 9. ibi: Non gaudet Mater occidens filium infantem Sacr. Congreg. Concilii 3. Decemb. 1632. Guazin. jun. ad defens. anim. lib. 2. def. 1. cap. 14. num. 25. ubi hæc habet: de Matre vero occidente filium in utero, non gaudere, declaravit Sacr. Congreg. Concilii 3. Decembr. 1632. quia vtrè dicitur homicidium proditorum, eo

quòd Mater naturaliter filio conjuncta est amore, & tenetur ad custodiam illius, unde occidendo, videtur infidiosè, & sub specie amicitiae saltē presumpta facere.

Pac. Jord. tom. 2. lib. II. tit. 3. num. 343. dicens: Sub amplia primo in Particidio, qui enim Parentes, vel filios, nihil tale cogitantes, nulla præsumptim rixa præcedente, ex proposito, animo deliberato interficit, absque dubio proditor censetur, & immunitate privatur: & postea sequitur; sic enim multo magis proditrices dici poterunt Matres quæ partus exponendo, filios interimunt infantes, quia gravius multo est occidere infantes, qui præcavere, ac se tueri nullo modo possunt quam adultos. Et prosequitur immediatè: ibidem crederem posse resolvi de facientibus abortum animati fœtus ex identitate rationis, concurrunt enim in bujusmodi homicidio singula: quæ ad proditorum homicidium requiri superioris judicavimus, immò addo, quod infantes moriuntur, ut plurimum sine Baptismate, & ad Limbum descendunt, unde perpetuam danni pœnam patiuntur, &c.

Quicquid igitur sit de pena, scilicet, an Mater patrans hoc delictum sit circa mortem punienda, nec ne, ex quo præsumendum sit, illud admisisse ad tuendum honorem, & evadendam infamiam: hoc unum certum videtur ex præallegatis, quod immunitate Ecclesiae gaudere non beat. Ratio enim proditorii firmitis principiis considerata, non consistit in insidiis, & industria; sed in securitate, quia homo occiditur, quia ab occidente præcavere non poterat, quia nulla ab eo cavendi erat occasio, & sic quando naturalis tollitur defensio, ut benè advertunt Sperell. decis. 23. num. 9. & alii plures cumulati à Rayn. observ. crim. to. 3. cap. 33. §. 1. & 2. num. 73.

Ibidem ad Constat. Urbani VIII. De largit. muner. pag. 410.

Num. 19. Quod commissarii fabri-<sup>219</sup> cæ S. Petri de Urbe pro executione, & adimplemento legatorum piorum post an-

annam à die obitus Testatorum non impletorum, concurrant cum Ordinario cumulative, non autem privative, tenet quoque Nicol. lucubrat. civil. lib. 4. titul. 6. de action. num. 208. notab. 3. Ubi decretum Sacr. Congreg. Concilii adducit.

Ibidem ad Conf. Greg. XV. De elect. Conserv. pag. 427.

220 Num. 17. In illis Civitatibus, & Diocesisbus, in quibus non adiunt Judices Synodales designati, qui eligi valeant in Conservatores Regularium ad prescriptum Bullæ Greg. XV. possunt assumi ad officium alii non Judices, dummodò habent requisita à jure communi prescripta in cap. Statutum, rescript. in 6. & à privilegiis Apostolicis volita, quorum tamen officium spirat eo ipso quod peracta Synodo, Judices Synodales extirrint Sacr. Congreg. Concilii apud Nicol. lucubr. comm. lib. 1. tit. 29. num. 11. vers. in illis Civitatibus, & apud Matteuc. Official. cur. cap. 15. num. 7. ubi aliud Decretum Sacr. Congreg. Episcop. refert.

222 In hac autem Conservatorum electione, advertant Episcopi, quod si velint Regulares uti privilegio eos eligendi, debent in singulis Diocesisbus, in quibus Monasteria, Conventus, seu Domos Regulares habent, Conservatorem eligere, non autem unum tantum, qui in pluribus Diocesisbus jurisdictionem exercere valet, nominare, & deputare: si enim hoc facerent (prout fieri in aliquibus locis audivi) irrita, & nulla esset talis Conservatoris electio, tamquam facta contra formam Gregorianæ ibi à me per extensum relatæ, prout fatentur ipsimet Authores Regulares, videlicet.

Donat. prax. rer. regular. par. 2. tract. 17. de conservat. quæst. 36. num. 1. ibi: Regulares debent eligere Conservatores in singulis Diocesisbus, in quibus Monasteria, seu Domos habent, prout Sac. Concilii Congregatio declaravit, & num. 3. quod est juri consonum, & equitas suadet, ne scilicet graventur partes in personis, & expensis, & num. 5. nec his nocet cap. fin. de offic. delegat. in 6. in

quo statuitur, ut conservatores extra Civitates, sive Dioceses, in quibus fuerunt deputatis, procedere non possent, nec reos ad iudicium trahere ultra unam Dietam à fine Diocesum corundem: quia per predictam Gregorianam quoad hoc censetur limitatum: nam predicta Constitutione simpliciter loquitur, ut Conservatores non possint trahere ultra Diocesim in qua fuerint deputati: nec mentionem facit de dieta, & num. 6. Neque obstant tot Regularium privilegia, per quæ disponitur, ut eorum Conservatores extra locum in quo sunt, possint reos trahere infra tres Dietas; quia haec quo ad hoc vacant, & censentur limitata.

Passer. in cap. in hac constitutione de offic. & potest. judic. deleg. in 6. art. 8. num. 161. post medium, ibi: Pariter quod Conservatores eligere debent Regulares in singulis Diocesisbus, in quibus Monasteria Conventus, seu Domos regulares habent, decimum fuisse ab eadem Sacr. Congreg. Concilii in Rosanen. & num. 162. Primum ergo ex hoc novo iure habetur, derogatum fuisse privilegio de tribus Dietis, concessò à Pio V. Gregor. XIII. prout declaravit Sacr. Congregatio. Quod est universaliter de omnibus similibus privilegiis, quod reducta sint ad terminos d. Constitut. Gregor. XV. declaravit Innoc. X. in Constit. cùm sicut accepimus in responsione ad 5. Dubium, & num. 164. Diocesis vero in qua deputari potest Conservator, non est nisi illa intra cuius fines est Monasterium.

Matteucc. Official. Cur. cap. 15. num. 20. ibi: Ceterum Sac. Cong. Concilii 23. Octobris 1623. ad dubium, An si unum, & idem Monasterium habeat bona in diversis Diocesisbus, eligendi sint Conservatores in unaquaque Diocesi, an vero unus tantum sufficiat? Censuit Conservatorem esse deputandum in Civitate, vel Diocesi ubi situm est Monasterium, atque ibi tantum, & non alibi posse eundem Conservatorem procedere etiam in causis honorum, ac membrorum ejusdem Monasterii extra ipsam Diocesim existentium.

Et concordat Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 27. §. unico, num. 17. & II. & iterum

rūm declaravit eadem Sac. Congreg. Con  
cilii in Matheranen. 4 Novembr. 1666.  
lib.25. fol.270. in qua cœnit Regulares  
unius Diœcesis non potuisse eligere Con  
servatorem Episcopum alterius Diœcesis,  
& electionem ab eis ita factam, irritam  
fuisse declaravit. Ideoque ne jurisdictio  
Ordinaria Episcopi novitatibus confun  
datur, & perturbetur, super his animad  
vertere bonum erit.

Ibidem ad Const. Gregorii XV. de  
exempt. privil. pag. 433.

<sup>223</sup> Num. 4. Quod verba facultativa, sive  
precaria, nempe posse, valeat, rogo,  
opto, placeat &c. in ultimis voluntatibus  
labeant vim præcepti, & iussionis, re  
nunt Rot. in celebri Romana Hereditatis  
de Ruspolis 13. Junii 1704. Hec tamen,  
coram Molines.

Ibid. ad liter. Sacr. Congreg. Episcop. de  
exercit. spirit. pag. 471.

<sup>224</sup> Num. 2. Qui promoveri cupiunt ad  
Ordines Sacros, postquam in examine  
fuerint quo ad doctrinam, & alia requi  
sita approbati, debent ante ordinatio  
nem peragere exercitia Spiritualia per  
decem dies, & quod illa peregerint, ex  
hibere authenticam fidem, quæ poterit  
concipi modo sequenti.

### F O R M U L A

#### Attestationis de exercitiis peractis.

**E**go infra scriptus Superior Dominus  
Congreg. S. Philippi Neti (sive Su  
perior Conventus N. sive director de  
putatus) hujus Civitatis N. fidem facio  
R. D. N. in proxima ordinatione promo  
vendum, vacante per decem dies exerci  
tiis Spiritualibus in eadem Domo, dire  
etore deputato P. N. in quorum, &c. Da  
tum, &c.

N. Propositus Cong. Oratorii.

Locus + Sigilli.

(Sive Prior Conventus)

Curare debent omnino Episcopi, ut  
Spiritualia Exercitia siant ab ordinandis  
collegialiter, in etodo, & ordine jam  
insinuato in alio meo Opusculo, cui titu  
lus inscribitur, Instruzione per li diei  
giorni d'esercizj &c. ad quem lectorem  
remitto.

Ibid. ad lit. Sac. Congreg. Episcop. de  
Doctrin. pag. 475.

<sup>225</sup> Num. 10. Præter ibi notata, adde quod  
sensit Scripturæ Divinæ explicatur his  
versibus.

Litera gesta docet, quid credas al  
legoria.

Moralis quid agas, quid speres ana  
gogia.

Sensus igitur literalis, (in quo eminet  
D. Hieronymus) res accipit, prout ver  
ba ipsa significant.

Sensus allegoricus, (in quo versatur S.  
Ambrosius) ostendit nobis, quid sit cre  
dendum, quia tendit circa credibilia. Di  
citur allegoricus à nomine Græco Aleon,  
quod est alienum; & è Logos, quod est  
sermo, quasi sit alienus sermo ab eo,  
quod voces sonant.

Sensus tropologicus, seu moralis (in quo  
quo felicissimus fuit D. Gregorius)  
ostendit quid agendum, quia tendit cir  
ca moraliter agenda. Dicitur tropolo  
gicus à nomine græco Tropos, quod est  
conversio, & à Logos, quod est sermo,  
quasi sit sermo conversus ad animæ  
adificationem, & morum informatio  
nem.

Sensus vero anagogicus (in quo mi  
rabilis est S. Augustinus) ostendit quid  
sit sperandum, quia tendit circa speran  
da in eterna beatitudine. Dicitur An  
agogicus à nomine græco Ana, quod est  
sursum, & Goge, quod est ductio, quasi  
quod sit sursum ductio, seu locutio  
de terrenis, quibus significantur Ce  
lestia.

Ex. gr. Hierusalem in sensu litterali  
signi

significat Civitatem Judæ, in Allegori-  
eo, Sanctam Ecclesiam militantem à no-  
bis credendam, *Epoch. 1.* in Tropologi-  
co, significat Animam sanctis operibus  
ornandam *Jer. 1.* In Anagogico, Eccle-  
siam triumphantem à nobis sperandam,  
*Gal. 4.*

Similiter dum dicitur in *Gen. 1.* fiat  
*lux*, litteraliter, lucem significat corpo-  
ralem, quæ initio Mundi a Deo producta  
est. Allegoricè, designat Christum, qui  
est lux illuminans omnem hominem ve-  
nientem in hunc Mundum. Tropologi-  
cè, gratiam Spiritus Sancti, qui est lu-  
men cordium. Anagogicè, lumen æter-  
nae gloriae, de quo dicitur, *lux perpetua  
luceat eis.*

*Ibid. ad Decret. de Eject.  
pag. 481.*

<sup>231</sup> *Num. 9.* Adeſt in Regno Neapolis alia  
species oblatorum, scilicet personæ ſecu-  
lares utriusque ſexas, qui ſervitium per-  
sonale, & bona quæ habent, offerunt  
Conventui Religioforum, & ſubinde do-  
nec vivunt, in propriis Domibus moran-  
tur, & eadem bona retinent, & hos reci-  
pi non debere, nec poſſe, *Sac. Concilii  
Congregatio declaravit in Anglonen. Obla-  
torum 20. Decembr. 1687.*

<sup>232</sup> Ceterū iis oblatis, qui ſervitium  
personale præſtant Monasterio, abeun-  
tibus non debetur ſalarium ( nullo  
modo intercedente pacto ) ſive cum  
habitu, ſive ſine inſerviant, ut declara-  
vit eadem *Sac. Congregatio 28. Janua-  
rii 1670.*

*Ibid. ad conf. Innoc. XIII. Speculatores  
pag. 485.*

Quia mandat Innocentius XII. in ibi  
relata constitutione quod Ordinandi, si  
in aliquo loco tamdiu moram traxerint  
aut à loco Originis in ea etate diſceſſe-  
rint, qua potuerint aliquo Canonico im-  
pedimento irretiri, testimoniales litteras  
Ordinarii loci, vel respectivè originis de  
corum vita, & moribus coram Ordina-  
rio ordinante, exhibere teneantur, hic

supplendo omissa; formula earundem pro-  
ponitur.

### Litteræ testimoniales loci Originis.

*N. Dei, & Apostolica ſedi gratia  
Episcopus N.*

**O**Mnibus, & singulis præſentes lit-  
teras inspecturis fidem facimus,  
atque testamur D. N. nostræ Diœcesis  
ex legitimo matrimonio, honestaque  
familia inter d. loci precipuas proge-  
nitum, in trigesimo quarto etatis anno  
conſtitutum, & ordine ∵ insigntum,  
In hac Episcopali Curia non inquisi-  
tum, processatum, condemnatum, vel  
alicui canonico impedimento obno-  
xiū, aut alicujus Ecclesiastice censu-  
rae vinculo, quod ſciamus, innodatum  
reperiri, ſed potius eo tempore quo in  
hac Diœceti commoratus eſt, nempe  
ab anno ∵ quo natus eſt usque ad  
mensem ∵ anni ∵, bona fama, vi-  
ta, & moribus prædictum fuſſe, & pro-  
inde nihil obſtare, quominus ad maiores  
ordines Ser. Ser. ad formam Constitu-  
tionis S. M. Innocentii XII. quæ incipit  
*Speculatores promoveri poſſit, & valeat.*  
In quorum fidem has testimoniales litte-  
ras manu nostra signatas expediri manda-  
vimus.

Datum, &c.

*N. Episcopus N.*

*Loco + Sigilli.*

*N. Cancell. Episcopalis.*

TESTI-

## TESTIMONIALES

Episcopi Civitatis; in qua quis  
commoratus fuit causa  
Studiorum.

N. Dei, & Apostolice sedis gratia  
Episcopus N.

**U**niversis, & singulis ad quos præsentes nostræ testimoniales litteræ pervenerint, fidem facimus, atque testamur, ex juratis duorum testium fide dignorum depositionibus in actis nostræ Curiae examinatorum, legitimè constare N. Diœcesis N.toto tempore, quo causa studiorum moram traxit in hac Cœvirate N. scilicet à mense . . . anni . . . usque ad mensem anni . . . sua probitatis argumenta laudabiliter præbuisse: virtutem ac morum honestatem, ceterisque animi dotibus ornatum se ostendisse, ac sua voluntatis erga studia, & actus Religionis experimentum cumulatè dedito. Nec non testamur, numquam fuisse in Curia nostra inquisitum, processatum, condemnatum, nec aliquo censuræ vinculo, (quod sciamus) innodatum, quin ad minores, & maiores Sacros Ordines promoveri possit.  
In quorum, &c. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco + Sigilli.

N. Cancellarius.

**Q**ui autem commoratus fuit in Urbe, vel alia Civitate per integrum decennium animo postmodum ibi permanendi, poterit vigore dictæ Bullæ Innocentianæ admitti tanquam domiciliarius ad Ordines Sacros, etiam ad titulum Patrimonii, data utilitate, vel necessitate Ecclesiæ, receptis Testimonialibus, (ut supra) Ordinarij loci originis, devita & viribus: cui quando ordinandus non habet

Patrimonium in loco domicilii, committitur, ut recipiat acta super constitutione Patrimonii in instabilibus juxta taxam in loco domicilii requisitam; qui loci originis Ordinarius: qui constituto per examen testium Patrimonium esse liberum, & illius constitutionem (quando fit à Patre) aliis fratribus ordinandi in legitima præjudicium non inferre, & constituentem habere aliunde unde vivere possit, poterit, sequens Decretum interponere, & ad ordinantem transmittere.

## F O R M U L A

Decreti.

**V**isis actis, dicimus, & decernimus constare de dominio, & pacifica possessione bonorum liberorum ab omni onere D. N. constituentis Patrimonium favore N. redditus annui scut..... & constitutionem prædictam solemniret in actis factam, legitimè aliis filiis (seu fratribus) nullum præjudicium inferre, & constituentem habere aliunde, unde vivere possit.

Ita est, N. Vic. Generalis.

Loco + Sigilli.

N. Cancellarius:

## V E L

**P**er præsentes cunctis testamur in hac nostra Curia constare de dominio, & pacifica possessione bonorum liberorum ab omni onere D. N. constituentis Patrim. &c. ut supra.

Ibidem ad Decreta de celebr. Missar. pag. 500.

Num. 7. Adde ibi, quod si onus Missarum reperiatur injunctum Capellano hac lege: Che debba celebrare la

la Messa , e se alcuna volta non poteſſe , facci celebrare altri quotidianamente , vel : Che il Cappellano pro tempore in tempo delle raccolte abbia vacanza di due mesi l'anno , e non più che potrà prender tutti , o pochi giorni alla volta , e ciò etiam in caso di malattia , poſſa farle dire da altri : vel : Et in caſu infirmitatis , vel absentie , poſſit Cappellanus aliud ſubſtituere : dicitur onus injunctum perfonæ , itaut per ſe iſpum teneatur celebrare ; quia onus dirigitur in perfonam Cappellani cuius induſtria videtur electa , & importat ſatisfactionem perfonalem , prout in praefatis caſibus reſpondit Sac. Congreg. Concilii in Romana 15. Aprilis 1685. l. Decr. 33. fol. 96. & 18. Decemb. 1688. & in Civitate Plebis 15. Decemb. 1708. & in alia Florentina 13. Novemb. 1688. que resolutiones poterunt allegari pro declaratione , ſeu limitatione decif. Merlin. 828. num. 8. cum ſententia Sac. Congreg. concordat , Amofaz de caſu piiſ , par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 9. Secuſi Testator diceret : qual Meſſa vuole , che ſia celebraſta dal Rettore , che ſarà nominato : Nam tunc poterit Meſſa celebraři , & onus adimpleri per aliud ; eadem Sacr. Congreg. 25. Januarii 1669. lib. 26. Decr. fol. 281. ſicuti ſi ita mandaret : Heres teneatur eligere Cappellatum , qui ſingulis hebdomadis celebret Meſſas . . . . nam etiam tunc , Cappellanus fit Sacerdotalis , non tam tenetur celebraře per ſe iſpum , ut eadem Congreg. reſpondit in alia Sabin. 18. Martii 1684.

Num. 12. De Meſſa Conventuali celebranda in Ecclesiis Cathedralibus , & Collegiatis quotidie pro Benefactoribus , an & in quo caſu regula , & obligatio hujusmodi cefſet , ostenditur in subnexa Juris allegatione , quam tradidi requiſitus , in quadam cauſa Aliphana de Menſe Sept. 1707.

### A L I P H A N A :

**I**N Inſigni Collegiata Terræ Pedemontis , cui incumbit Cura Ani-Monacelli , Formul. Suppl.

marum , ex lege , & Statuto ſuæ foundationis , (ut in facto narratur , & pro indubitato ſupponitur) ab anno 1475. ortuni habente , canebatur in Choro cum Officio Meſſa Conventualis omnibus diebus festis de præcepto , nec non B. Mariae Virginis , & aliis ſolemnioribus tantum .

Verum obtenta de anno 1662. à Sac. Congreg. Rit. declaratione inſignitatis , & prælationis ſuper alias Collegiatas S. Crucis Castelli & Annunciationis Vallatæ ejusdem districtus , cœperunt cogitare Canonici illius temporis , redditus capituli , augere ad hoc , ut poſſet introduci quotidiana Divini Officii recitatio , ut laudabiliter fieri ſolet in Collegiatis inſignibus , illisque in parte ad hunc effectum accretis , uſque ad ſumma Ducat. 133. annuorum , ſcilicet largitione Ducat. 1450. quod Diana à Capua Duciſſe Laurenzani , contributione Ducat. 14. anno quolibet ſolvendorum à Confraternitate in eadem Collegiata erēcta ex munificencia aliorum Benefactorum ; fuit prævia contractus ſtipulatione , ſed abſque ulla Ordinarii scientia , & approbatione , introducta de anno 1669. quotidiana Horarum Canonicarum in choro recitatio , tenta tamen lege priuiae Erectionis cantandi Meſſam conuentualem diebus festis de præcepto tantum .

Cum autem anno 1681. quo Carolus Cajetanus à Capua filius d. Duciſſe Laurenzani elargitus eſſet capitulo Ducat. mille , anni redditus Ducat. 70. cum obligatione injuncta Canonicis canendi Meſſam conuentualem ; etiam diebus ferialibus , & Sacrificium pro eodem Benefactore applicandi , illud onus acceperunt , & uſque ad præſens adimplerunt .

De anno autem 1706. Reverendiss. Episcopus Aliphanus loci Ordinarius in viſitatione hujus collegiatæ , reperto , quod Meſſa Conventualis applicabatur pro ſuffragio præfati Caroli Cajetani , decretivt , ut in posterum applicaretur pro Benefactoribus in genere , & ſimul caneretur alia Meſſa pariter Con-

C ven-

venturalis, predicto particulati Beneficētores: & ulterius, quod Confeatetni-  
tas, annos Ducatos 14. quos ex con-  
ventione solvebat Capitulo, amplius sol-  
vere non deberet.

Ab hoc Decreto moderni Canonici,  
putantes se esse gravatos querunt quid  
juris? Et videbatur respondendum, quod  
Episcopus, nullum intulisset gravamen,  
ex sequentibus.

234 Primō, quia omnes Cathedrales, &  
Collegiatæ Ecclesiæ, præsertim insi-  
gnes, habent onus recitandi quotidie in  
Choro Horas Canonicas, & canendi  
Missam Conventualem, quæ est pars  
Officii, & Sacrificium applicandi pro  
Benefactoribus, non obstante tenuitate  
reddituum, seu contraria consuetudine,  
cum prohibitione pro celebratione d.  
Missæ aliam eleemosynam recipiendi,  
ut plures auditis, & Contradicentibus  
Capitulis, declaravit *Sacr. Congreg.*  
*Concilii, apud Crispin. de visit. pastoral.*  
*par. 2. cap. 20. & Pignatell. consult. 321.*  
*tom. I. & novissime in Foro sempronien.*  
*7. Augusti 1683. lib. 33. Decr. pag. 250.*  
*in Civitatis Castellane 4. Martii 1690.*  
*in Hidruntina 1. Martii 1692. in Fere-*  
*rana 23. Septembris 1694. lib. Decr.*  
*44. fol. 495. in Cathacen. 29. Novem-*  
*bris 1697. in Lanicen. 13. Novemb.*  
*1694. in Camerenen. 28. Junii 1704. in*  
qua mandata fuit applicatio sacrificii  
pro Benefactoribus, non obstante con-  
traria consuetudine immemorabili, &  
demum in alia Camerenen. pro colle-  
giata S. Mariæ Terræ S. Genesii 6.  
Junii 1705. in qua responcionem ad  
secundum quod debeat celebrari quo-  
tidie.

235 Secundō, quia cum Capitulum, &  
Canonici hujus collegiatæ ab anno  
1669. usque ad præsentem diem horas  
Canonicas etiam diebus ferialibus in  
Choro persolverint, videtur quodam-  
modo statum antiquum erectionis de-  
seruisse, & novum cum oneribus Colle-  
giatis Ecclesiis de jure impositis assu-  
mtere voluisse, & ideo consideranda sit  
Collegiata juxta præsentem statum im-  
mutatum, præsertim cum agatur de au-  
gmento Divini cultus, cuius favore

per solum decennium inducitur obser-  
vantia, seu consuetudo, quæ obligat in  
futurum, ut docet *Sperell. decis. 67. num.*  
47. & seqq.

Tertiō, quia cum Canonici obtine-  
rint à Sac.Congreg. Rituum declarari,  
Collegiatam esse insignem, tacitè as-  
sumperunt onus adimplendi obligatio-  
nes Collegiarum insignium, in quibus  
præcipuum requisitum, est indiminuta  
celebratio Divinorum Officiorum, &  
augmentum Divini Cultus ad per me  
tradita in meo *Formular. p. 2. tit. 13. ad*  
*form. 6. num. 8.*

Hæc inquam, licet prima facie mul-  
tum urgere viderentur, adhuc serie facti  
bene perspecta, facile diluuntur: nam  
ad primum fundamentum responderet,  
quod authoritates, & decreta pro Epis-  
copo allegata, procedunt, & intrant de  
plano in terminis juris communis, nem-  
pe quando constat de erectione Colle-  
gii, non tamen de lege, & quantitate  
servitii Ecclesiæ; tunc enim quia ere-  
ctio, & fundatio præsumuntur facta prout  
de jure, & quod fundatores, & benefi-  
ctores voluerint sibi ipsis prospicere, &  
providere, licet id non expresserint, ut  
inquit *Bonac. de Sac. Euchar. disp. 4*  
*quest. ult. punct. 7. num. 13.* Missa Con-  
ventualis, quæ est dicenda quotidie  
juxta dispositionem *Text. in C. cum*  
*creatura, de celebrat. Missar. pro illis ap-*  
*plicanda est, nec pro celebratione alia*  
*eleemosyna recipi potest, prout mandant*  
*laudata Decreta.*

At quando ex lege, & statuto funda-  
tionis constat, (prout hic) de qualitate,  
& quantitate servitii Ecclesiæ, & de nu-  
mero Missarum, & horarum celebra-  
darum, à fundatoribus, & Benefactori-  
bus præscripto, ex eo quia conditions,  
quas voluerint etiam juri communi  
contrarias, apponere potuerunt, *Ricc.*  
*decis. 29. per tot. p. 1. Ciarl. controver.*  
*53. num. 47. Pirbing. in jus can. lib. 5. tit. 38.*  
*num. 43. cessat dispositio juris commu-*  
*nis, & interpretandi ratio, & lex fun-*  
*dationis ad ungueni servanda venit, ut*  
*punctualiter docet Gonzal. ad Regul.*  
*Cancellar. gloss. 5. num. 100. 101. 102. &*  
seqq.

Quæ

- 241 Quæ fundationis lex, neque à Canonis, neque ab Episcopo alterari, seu immutari potuit, resistente clara Conc. Trid. sanctione in cap. 5. sess. 25. de reform. ibi. Quando igitur de Beneficiorum quorumcumque fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta: in Beneficiorum collectione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur. Et paulò post, ut eorum qualitatibus, vel ordinibus in nullo detrahatur. Ex quo Concilii textu, DD. nostri inferant, quod Beneficiati, non sunt cogendi ad sustinenda onera, quæ in fundatione non reperiuntur imposita, Barbos. ibid. num. 7. Ricc. in prax. for. Eccles. p. 4. resol. 468. num. 2. ubi hoc ampliat etiam aliquo tempore onera adjuncta ex sua voluntate adimplerint: & in terminis Collegiatæ declaravit Sac. Congreg. Concilii 27. Aprilis 1603. quam allegavi in meo Formular. tom. 2. tit. 15. ad form. 1. num. 29. pag. 149. Et ratio est, quia Episcopus non potest qualitatibus in foundationibus appositis addere, & deroga-  
re, Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 3. & 112. Fagnan. in cap. conquerente, num. 24. & 25. de cleric. non resid. quamvis consensus Canonicorum intercessisset  
245 Ricc. lococitato, par. 4. resol. 463. per totum. Ego ipse loco mox indicato, dict. num. 29.
- 246 Non obstat secundum fundamentum, quia ad immutandum Statum Ecclesiae plura copulativè requiruntur: nempe, quod status antiquus sit incertus, & dubius; & ad novum firmandum concurrat voluntas, & potestas mutare volentium, unà cum præscriptio-  
ne legitima saltem quadraginta anno-  
rum, ut firmant authoritates statim al-  
legandæ, quorum neutrum concurrit  
in casu præsenti: etenim constat de ve-  
ritate, & certitudine status anterioris istius Collegiatæ non adest voluntas, &  
deficit potestas immutandi, & demum non adest quadragenaria præscriptio,  
cum ad eam complendam deficiant tres  
anni, & ideo non est attendendus ultimus status, sed anterior Add. ad Gre-  
gor. decis. 434. num. 20. Ciarlin. contr.
211. num. 69. & seqq. Rot. coram Cerr.  
decis. 623. num. 14. & 15. Et hoc quia,  
ut bene advertit Lotter. de re benef. lib. 247  
1. quæst. 34. num. 38. & 39. hic ultimus  
status præsumptus, cedit probationi sta-  
tus contrarii legitimè in fundatione ex-  
pressi.
- 248 Et hinc est, quod suscepit oneris se-  
quuta de anno 1669. recitandi quotidie  
in Choro horas Canonicas, non afficit  
modernos Canonicos, ex defectu potes-  
tatis eorum antecessorum, que cum  
numquam ab habente facultatem fuerit  
confirmata; obligatio hujusmodi re-  
mansit personalis, vitam de eo tem-  
pore transigentium non potuit excede-  
re ad terminos Text. in C. venians de  
transact.
- Nec minus eas afficit observantia:  
quia ut supra probatum fuit, ad immu-  
tandum statum Ecclesiae præter volun-  
tarium expressam, & potestarem, re-  
quiritur quadragenaria, quæ in nostro  
casu non est completa: & licet favore  
cultus Divini per solum decennium ob-  
servantia inducatur, ut dicebatur in  
codem objecto; tamen hæc regula plu-  
res patitur limitationes, casui præsenti  
favorabiles.
- 249 Et primò, regula vera est, quando  
actus per decennium fiant sponte, nul-  
la præcedente pactione, secus si fiant  
coactè, & vigore contractus, prout  
est in casu nostro, in quo adest conven-  
tio cum Benefactoribus, qui reddi-  
tus Collegiatæ auxerunt: unde dici  
non potest, quod fuerit favore Eccle-  
siae inducta laudabilis consuetudo, ut  
limitando regulam tradunt Rub. Singu-  
lar. par. 5. tom. 2. de legibus in gener.  
cap. ad Apostolicam, pag. mibi 497.  
Tond. quæst. benef. tom. 3. par. 1. cap. 43.  
num. 14.
- Secundò, regula vera est, quando  
actus facultativi fuerunt continuati per  
decennium à personis, qui liberam ha-  
bent facultatem, & jus sc., & suos Suc-  
cessores obligandi; non autem si gerantur  
ab his, qui successores obligandi, &  
servitutem imponendi facultatem non  
habent, prout sunt Canonici, qui super  
residentia, & Statu Ecclesiae, sine col-

C 2 lau-

laudatione superioris . Jus statuendi concessum fuit , in ejus odium & grava men retorqueatur , contra regulam text. in cap. quod ob gratiam 51. de regular. jur. in 6.

251 statut.

Tertiò regula non applicatur , quia observantia , quatenus esset inducta , ( quod absolute negatur ) caderet solum circa recitationem Horarum Canonicarum , non autem in celebratione Missæ Conventualis , cum hac in parte Canonicī à lege fundationis numquam recesserint : ideoque cum observantia , seu consuetudo non extendatur de casu ad casum , & de uno actu ad alium actum , sed strictè in casu suo præciso , & individuo sit accipienda ,

252

*Rot. coram Seraph. decif. 326. num. 2.*  
*Card. de Luca de benefic. disc. 30. num. 12.*  
*¶ de regul. 4. disc. num. 10. Rot. coram Buratt. decif. 129. num. 6.* hinc bene deducitur gravamen , quod oritur ex decreto Episcopi ; quo obligare intendit in futurum Canonicos ad celebrandum Missam Conventualem quotidie pro Benefactoribus , quam nisi festis de præcepto , nec ex lege fundationis , nec ex titulo assertæ observantiae celebrare tenentur .

253

Tertium fundamentum , facilius pro sternitur : quia ex declaratione obtenta à Sacr. Congreg. Rituum insignitatis deduci non potest , quod inducta fuerit obligatio canendi quotidie Missam Conventualem , quamquam lege fundationis solis diebus festis de præcepto sit restricta . Quoniam titulus insignitatis conceditur ratione qualitatis loci , fabricæ Ecclesæ , numerositatis Cleri , & Populi , & antiquitatis fundacionis , & plures sunt collegiatæ tam in Urbe , quam extra hoc titulo decoratae , licer Divina Officia in choro non recitentur quotidiè , & Canonici non resideant , prout concessum fuit nostræ Collegiate anno 1662. quo tempore Horæ Canonice diebus tantum Festis recitabantur . Cumque propterea hoc onus eidem non legatur injunctum , gratia intelligitur concessa iuxta petita , Fagnan. in cap. innovamus num. 6. de treg. ¶ pac. ne id quod in favorem

concessum fuit , in ejus odium & gravamen retorqueatur , contra regulam text. in cap. quod ob gratiam 51. de regular. jur. in 6.

Ex quibus , (etiam in sensu veritatis , censeo , quod Canonici Collegiatæ Pedemontis , possint recedere ab obligatione suscepta recitandi quotidie Horas Canonicas in choro , tamquam destituta approbatione Ordinarii , congruo augmento redditum , & contraria lege fundationis : & quatenus velint sponte onus ab antecessoribus assumptum , in futurum implere (quod est laudabilius) non possint , nec debeant ab Episcopo alia Missa Conventuali prægravari : sed ut potius diebus festis de præcepto , & B. M. V. juxta statuta fundationis , pro Benefactoribus illorum applicare teneantur : aliis vero ferialibus per annum , Missam conventualem pro Carolo Cajetano à Capua , juxta distinctam obligationem offerre .

Quo vero ad secundam Decreti Episcopi partem , nisi habeatur sub oculis scriptura , seu Instrumentum conventionis initæ inter capitulum , & confraternitatem non potest dari juridica responsio . Cœterum re in abstracto considerata , potest dici , quod confratres , sive Officiales societatis , qui habent bonorum illius liberam administrationem , licet potuerint sponte promittere , & contribuere annuatim ducat . 24. pro augumento Divini cultus in recitandis in choro quotidie Horis Canonicis , non tamen fuit in eorum potestate absque solemnitate in alienatione bonorum confraternitatis requisita , illam contractu perpetuo obligare .

Igitur , vel à confratribus impugnatur 253 contractus , & denegatur promissa contributio ; vel Episcopus ex officio jubet , & inhibet ne solvatur ; si primum , Canonici fovent malum jus : si secundum , Episcopus , non jure imperat , quia non debet impedire , si confratres solvere velint cum sit opus pium : nisi in casu quo alia opera pietatis proprii Instituti desererent , prout respondit

Sac.

Sac. Congregatio Episcop. in Ferentia Constitutionis 24. Novembris 1690. in qua confraternitates voluntariè concurrebant pro solutione salarii Magistri Scholæ.

Et ita salvo, &c.

F. Monacellus.

256 Ad casum hic relatum, & alium similem circumstantiam limitantem regulam habentem, referri debet resolutio extra folium, & sine contradicatore (cum clausula: *in casu de quo agitur*) emanata à Sacr. Congr. Concilii sub die 23. Aprilis 1701. qua declaratum fuit, P. P. Ecclesia S. Agathæ Gotorum Urbis, non teneri applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus: non autem, (ut perperam non nulli faciunt) allegari potest pro decreto, & decisione generali amplectente omnes Ecclesias Collegiatas, & Conventuales Regularium, quia etiam ista de jure prout aliæ Collegiatæ seculares, tenentur Missam Conventualem applicare pro Benefactoribus, ut firmavi tom. 4. in Append. pag. 218. num. 16. & optimè rationibus, & authoritatibus probat Donat. prax. rer. regul. tom. 3. tract. 7. quest. 102. num. 4. & quest. 103. per tot. quidquid minus piè, & minus solidè sentiant alii.

257 Item ibidem additum, quod Cappellanus, qui habet onus celebrandi pro Testatore quotidie, potest, imo debet (sicut, & omnes alii Sacerdotes tenentur) in die commemorationis omnium defunctorum, sacrificium Missæ pro omnibus fidelibus defunctis, secundum intentionem, & institucionem Ecclesiæ applicare; neque sit Testatori injuria, quia lex generalis Ecclesiæ praevaleat privatæ, ut ex Fraxinell. docet Gavant. in rubr. Missal. par. 4. tit. 15. num. 18. quicquid missent alii laxiores, relati à Biss. Hierurg. lit. S. num. 16. §. 4. quos merito approbat Pac. Jordan. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 557.

Monacelli, Formul. Suppl.

Num. 13. Cappellani autem amovibiles, qui sunt nominati à Testatore, vel electi ab herede ad celebrandas missas in aliqua Cappella, cum assignatione certi redditus possunt aliis Sacerdotibus celebrationem Missæ committere, & assignare eleemosynam manualem juxta morem Regionis, & pro se aliam partem retinere, Sacr. Congreg. Concilii apud Barbos. de Offic. Paroch. cap. 11. num. 13. Pac. Jord. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 255. Nicol. in flosc. verb. missa, num. 33. Zucch. de salar. quest. 85. num. 38. Romaguer. ad synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 18. num. 33.

Ibidem ad Litter. Sac. Congregat. Episc.  
Circa Exercit. indec. Cleric.  
pag. 506.

Num. 19. Quæ ibi dicta sunt contra Clericos in sacris constitutos, vel Beneficiatos, deferentes comam ascitiam calamistratam, corroborantur alio Canone Concilii generalis Constantiensis sess. 43. de vit. & honest. Cler. in quo aptissima nostris temporibus præcisa hæc verba leguntur: *Inter ceteros Prælatorum, & Clericorum excessus hoc maxime inolevit, quod spreta in vestibus forma Ecclesiastica honestatis, plurimi declarantur esse deformes, & cupiunt laicis conformari, quodque mente gerunt, habitu confitentur. Unde prater cetera, quæ circa vestes, tonsuram, & habitus Clericorum, tam in formibus, quam in coloribus, atque comam, seu capillos, vitamque, & honestatem Clericorum jura statuerant, & quæ nimium collapsa sunt, tam in secularibus, quam in Regularibus, sacro approbante Concilio innovamus, & præcipimus diligenter observari.*

Clericus igitur, qui comam ascitiā nutrit (nisi forte id justa causa exigerit,) si monitus à suo Ordinario, illum non deponat, poterit, ut jam ibi probatum fuit, & vigore hujus canonis, censuris puniri: quia cum Concilia generalia hæc, nempe Constantopolitanum 3. & Constantiense, præci-

C 3 pien-

- piendo talia prohibeant, obligant sub culpa gravi per Text. in cap. 2. de major. & obed. ibique Barbos. num. 6. & 7. & de communi sententia tenet Fagnan. in cap. fin. num. 22. de Constit. unde Clemens Alexandrinus in Pedagog. lib. 3. cap. 11. dixit, quod externas comas capiti adhibere sit maximè impium, & non possit fieri, ut puram ostendat animam, qui caput habet adulterinum: proptereaque, Sacr. Congregatio Concilii sub die 9. Decembr. 1690. lib. 40. Decret. fol. 765. in una Bergomen. rejectit instantiam Abb. Petri Nigroni Canonici Cathedralis deferendi comam fictitiam in Choro sub praetextu frigiditatis, & subtilitatis aetis.
- 262 Et qui in sacris constitutus habitum Clericalem decentem per viam, & in publico incendens assidue non defert, ejusdem culpæ gravis sit reus, ut docent Graff. de effect. Cler. Offic. 1. num. 913. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 3. cap. 3. & par. 2. lib. 3. cap. 17. num. 12. & 23. Navarr. in manual. cap. 25. nu. 110. Sperell. decis. 66. num. 12. Biss. Hierurg. lit. O. num. 6. §. 1. & ideo ad illum deferendum pœnis Episcopo arbitrariis compelli posseunt Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & sess. 24. cap. 12. de reform.
- 263 Num. 23. Regula ibi allegata, scilicet, quod Judex neque clementior, neque severior lege esse debet, quam affert, Sperell. decis. 105. num. 2. & ex qua oritur conclusio, quod ubi est certa pœna à lege, consuetudine, vel statuto imposta, 265 Judex remittere, aut minuere non potest, Gloss. in cap. licet de pœn. recipit sequentes limitationes.
- I. Quando quis ex quadam etiam levioratione movetur ad aliquid faciendum.
- II. Fallit, ut mitius puniatur delinquens in omitendo, quam in committendo.
- III. Fallit quando imposta aliqua pœna non capitali, ex ea rāmen inspecta qualitate delinquentis, si exequetur, ipse verisimiliter moreretur: puta si esset condemnatus ad tempus ad Triaimes, quod permanere non posset sine vitæ periculo.
- IV. Fallit quando multitudo delinquit; nisi multitudo vellet delictum quasi ex auctoritate defendere. Non excusantur tamen Authores delicti.
- V. Fallit, quando alii ad frugem meliorem vitæ facilius traherentur.
- VI. Fallit ubi sunt merita delinquentis, vel suorum majorum.
- VII. Fallit, quando delinquens esset excellens in aliqua arte, nisi esset latro manifestus, vel valde sceleratus.
- VIII. Fallit in eo, qui alias optimis moribus fuisset prædictus, cum quo clementius est agendum.
- IX. Fallit, ubi eventus prosper, vel felix finis evenit ex delicto.
- X. Fallit, ut mitius quis puniatur per viam inquisitionis, quam per viam accusationis.
- XI. Fallit, ut mitius puniatur, qui clam, quam qui palam delinquit, majus est enim manifestè peccare, quam occultare.
- XII. Fallit quando non posset puniri delinquens, quam innocens quoque puniatur: nam tunc ille potius impunitus debet relinquere quam hic puniatur.
- XIII. Fallit in eo qui crimen commisit, & statim pœnitens omnia in pristinum statum reposuit, nam cum eo mitius est agendum.
- XIV. Fallit in eo, qui lethaliter alium vulneravit, & alter postea occiderit, nam tantum de vulnere est puniendus.
- XV. Fallit in eo qui diutius in carcere detenus fuit, nam tempus Carceris computatur tempore exilii.
- XVI. Fallit, ut mitius puniatur delictum attentatum, quam consummatum, nisi esset in atrocioribus.
- XVII. Fallit in eo, qui ad delinquendum, fuit per vim, & metum coactus: unde pœna remittitur, aut certè minuitur, cum quis mandante Principe delinquit.
- XVIII. Fallit in Nobili, qui mitius punitur quam ignobilis.
- XIX. Fallit in eo, qui confitetur crimen non convictus, quam si negans convinceretur.
- XX. Fallit, si post delictum commissum jam multum temporis est transactum; unde spatio viginti annorum

- rum tollitur, ut amplius ulcisci non valeat, nisi delictum sit de exceptis.
- XXI. Fallit, ut mitius puniatur ille, qui condemnatur velimenteribus præsumptionibus, quam ille, qui condemnatur probationibus.
- XXII. Fallit, ut mitius puniatur, qui habet plures liberos, quam alius, qui non habet.
- XXIII. Fallit in eo, qui amicorum causa delictum commisit, ut levius puniatur, est enim amicitia velut quædam fraternitas.
- XXIV. Fallit, ut quis mitius puniatur, ratione compaternitatis.
- XXV. Fallit, ut mitius puniatur delictum ubi fuit lata culpa, quam ubi fuit dolus.
- XXVI. Fallit, in delicto commisso ex rusticitate, simplicitate, vel imperitia.
- XXVII. Fallit, ut mitius agatur cum Muliere, quam cum masculo.
- XXVIII. Fallit in hominibus senibus, & in Juventibus tenellæ ætatis, cum quibus mitius agendum est.
- In his inquam casibus minuitur, & remittitur pena, nisi tamen atrocitas criminis aliter suadeat. Nam propter atrocitatem facinoris, non minuuntur penæ, sed exasperantur, & licitum est legem transgredi, & Judex valet non solum penas augere, sed alias accusare prohibitas, & Testes, qui alias non admitterentur, admittere, prout fallentias supra notatas referendo, advertit Medic. in repetit. cap. erit 4. distinct. post tract. de legit. & statut. num. 119. & seqq.
267. Num. 27. Quod in Iudo Alearum turpia verba, & sermones blasphemos audire necesse sit, moneret Text. in l. certissime 34. C. de Episcop. audient. & propterea mandat ibi Imperator Justinianus, ut Diaconi, & Presbyteri Aleatores ab Episcopo separantur à Sacra liturgia: polluunt enim (ut ipse ait) suas manus, & oculos, & aures sic damnatis, & prohibitis ludis occupati; Unde non mirum si ludus Alearum à sacris canonibus ubi que damnetur.

*Ibidem Advertenda in Visitatione  
pag. 510.*

## S U P P L E.

### In Verbo

#### *Capitulum, & Canonici.*

An celebretur quotidie Missa conventualis pro Benefactoribus.

An Canonici inserviant per se ipsos, vel per substitutos.

An Canonici sint promoti ad Ordines Sacros eorum Præbendis annexos.

## I N V E R B O

### *Parochus.*

An visitet infirmios, etiam non vocatus eisque debito tempore Sacraenta Pœnitentia, Eucharistia, & Extremæ unctionis ministret.

An in sua Ecclesia, de mane, in meridiæ, & de sero detur cum Campana signum salutationis Angelicæ, & prima hora noctis, detur signum precum pro Defunctis.

## I N V E R B O

### *Vicarius Foraneus.*

An exigat penas contra facientes opera servilia sine licentia (diebus festis.)

An concedat licentias alloquendi Moniales sine scriptis, & tempore Divinorum officiorum.

An concedat licentias Parochis, & Curatis, se absentandi à residentia.

An interponat Decreta in Contractibus Minorum, & Mulierum.

## I N V E R B O

### *Ecclesia.*

An sit libera, vel Patronata.

An habeat Portam habentem aditum immediatum in Domum laicorum, (quæ debet

debet claudi , si inveniatur habere .)  
An Campania , seu Campanæ sint ab  
Episcopo benedictæ .

## IN VERBO

## Confirmatio .

An pueri , vel puellæ ducantur ad reci-  
piendum hoc Sacramentum extra Diœce-  
sim .

## IN VERBO

## Pœnitentia .

An admittantur Confessarii tam sœcu-  
lares , quam Regulares exteri , & de alie-  
na Diœcesi , ad audiendas confessiones  
sine Episcopi licentia .

## IN VERBO

## Missa Sacrificium .

Qui sint Ministri , & quæ personæ ad-  
mittantur ad inferviendum Missis .

An celebrentur Missæ de mane ante au-  
roram , vel post meridiem .



FOR



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI.

## SUPPLEMENTUM

A D

SEGUNDUM TOMUM.

*Tit. 13. form. I. pag. 14.*

**N**umer. 43. Missa licet munquam sit celebranda in Mari, neque in Flumine, eo quod subdit periculum effusionis Sanguinis, ut de com-

muni volunt Navarr. in manual. cap. 25. *Gavant. thes. Sac. Rit. par. I. tit. 20. litt. F.* quos refert, & sequitur *Pac. Jord. tom. I. lib. 4. tit. I. num. 139.* Nihilominus Sacr. Congreg. Concilii ad preces Gubernatoris Triremium Melevitanæ Religionis Francisci de Marevii indixit sub die 13. Martii 1706. ut posset celebrati tempore sereno, & tranquillo; quia tunc cessat d. periculum.

*Num. 44. Sive in Ecclesia audiatur Mis-  
sa, sive oretur publicè, aut privatè, de-  
bet orando, ut utroque genu geniculando oratio fiat, habetur enim in I/a. 45.  
vers. 24. Mibi curvabitur omne genu, &  
in 3. lib. reg. cap. 8. de Salomone dici-  
tur: Utrumque enim genu in terra fixe-*

*rat: & D. Paulus scribens ad Philippen-  
ses dicit: In nomine Jesu omne genu fle-  
tatur: idem nos docuit Christus Domi-  
nus Luc. 22. Positis genibus orabat: &  
iterum Marc. 14. Procidit super terram,  
& orabat, & iterum Matth. 26. Proci-  
dit in faciem suam orans, & ideo exau-  
ditus est pro sua reverentia, ut inquit  
prefatus ad Hebr. cap. 5.*

*Et hinc Navar. de hor. can. cap. 4. num.  
11. infert, quod ad signum salutationis  
Angelicae semper licet geniculari, quam-  
quam sit tempus Paschale, at ex consue-  
tudine Canone 20. Nicenæ Concilii I.  
reborata in memoriam resurrectionis  
Christi d. tempore Paschali geniculari non  
solet. Additque Navar. loco citato, num.  
15. quod de facili excusandi non sint Ec-  
clesiastici à peccato veniali, qui more  
Rusticorum orant in Ecclesia, altero  
tantum genu flexo.*

*Num. 59. Adde in comprobationem  
verissimæ conclusionis ibi firmatae,  
punctualem doctrinam Pirbing. in jus  
can.*

can. lib.1. tit.32. num.154. qui hæc habet: Sunt & alia functiones Parochiales quæ à proprio Parocho fieri solent, ac debent, & in quibus Cappellatum, seu quorumvis Beneficiorum Rectores, & Cappellani, se immiscere non possunt, eo quod tales actus ad ipsum tantum Parochum spectant, ejusque officio sunt annexi. Ricc. in prax. tom.4. resolut.305. ejusmodi functiones sunt, Benedictio cancellarum in festo Purificationis B. M. V. Cinerum in principio Quadragesimæ. Palmarum in Dominica proxima Paschatis. Item benedictio fontis Baptismalis. Delario Sanctissimi Sacramenti, & similes, idem Ricc. resol.306. & seqq.

<sup>6</sup> Neque hanc communissimam Doctrinam evertit resolutio Sac. Congreg. Rituum, emanata in Eugubina functione 10. Martii 1708. qua declaravit licere Cappellano Societatis Consalonis Villæ Pantanæ Terræ Pergulae dictas functiones facere, non obstante oppositione, & contradictione Parochi, quia agebatur ibi, (ut ex Causæ Positione recognovi) de Confraternitate erecta in Ecclesia Rurali, quæ distabat ab Ecclesia Parochiali Regularibus annexa per dito milliaria, & in qua per Cappellatum pro tempore à die erectionis fecutæ ann. 1617. usque ad tempus motæ litis, fuerant (Parocho non reclamante) ferè semper exercitæ, unde non mirum si attenta diligentia loci ab Ecclesia Parochiali, ad quam Populus Villæ sine magno incommmodo accedere non valebat, & attenta consuetudine per tam longum tempus introducta functiones prædictæ (quæ non sunt de Juribus merè Parochialibus,) remanserant favore Societatis præscriptæ, & indultum obtinuit, ut manuteneretur in illis. At ut hæc resolutio allegari non posset ab aliis in exemplum, prudenter additum fuit in Decreto in cauf. de quo agitur.

<sup>7</sup> Num. 93. Adde ibi, quod Cardinales decedentes in Urbe non electa sepultura, nec habentes in ea Sepulcrum Majorum, sepelliunt debent in Ecclesia proprii Tituli, ut firmavit Rot. in Romana juris tumulandi 20. Februar. 1708. §. sed nonnulli, & 5. Martii 1703. & ut magis coram Priolo.

Eod. tit. ad Decret. de commun. quotid. pag. 41.

Num. 12. Qui associatur Sacramentum & Eucharistia per viam, gaudet immunitate Ecclesiæ, propter illius dignitatem, & qui stat coram eodem, sive sit super Altare expositum, sive deferatur in Procesione, debet stare, & incedere semper capite nudato, ut in Rurali Romano sub titul. de Process. præscribitur, adeo ut neque de die, neque de nocte, non licet Parochis Sacrum Viaticum infirmo ministratus, ut pileolo, ut respondit Sac. Congreg. Rit. in Romana 13. Angusti 1695. & 2. Januarii 1696. (nec etiam prætextu invaleudinis) Patocho S. Laurentii in Damaso, & idem colligit ex Ceremoniali Episcop. lib.2. cap.32. §. verò Episcopus, ubi habetur quod Canonici, & omnes alii præsentes in Choro, durante Officio stando, vel sedendo assistere debent capite detecto, existente Sanctissimo Sacramento exposito super Altare. Band. manual. Sacr. cærem. par.2. c. 5. fol. mibi 74. Juxta impref. Venetam 1689. Biss. Hierurg. tit.6. num. 16. §. 2. Gavant. in rubr. Breviar. tom.2. sett.10. cap.2. num.3.

Et ratio præcipua est, quia inter actus Religionis externos, peculiaris est iste, standi, vel incendi coram divinissimo Sacramento, nudo capite, & est indisponsabilis juxta doctrinam Nicolii lucubr. can. lib.3. tit. 41. num. de celebr. Misericordiarum, ubi sic inquit, Episcopus dispensare non potest, ut Sacerdos accedat ad Altare cum baculo, vel ut pileolo in celebratione, vel dum viaticum defert ad infirmos, utatur, quia talia cap. nullus 56. de consecrat. dist. I. etiam Episcopo prohibet, ergo neque secum, neque cum aliis dispensare potest, sublata quacunque consuetudine.

Dedecet præterea coram hoc divinissimo Sacramento caput tegere pileolo, & nullo modo ab Episcopo est Clericis permittendum, quia est intolerabilis abusus. Nam si coram Papa Christi Vicario, imò Regibus, & Principibus seculi, hoc obsequium indisponibili-

sabiliter prestatur; quare præsentia Christi negabitur? ex hac enim Catholico-  
rum, & præsertim Ecclesiasticorum irre-  
verentia, Hæretici (qui in hoc nos sub-  
fannant) in suis erroribus confirmantur,  
& fideles relaxantur.

Meminerint propterea Ecclesiastici, nihil eorum, quæ ad Dei cultum per-  
tinent, exiguum existimari debere, ut doc-  
et S. Cyrilus. Meminerint inquam, se  
esse ministros Ecclesiæ Catholice, quæ  
proficitur præsentiam realem Christi in  
Sacramento Eucharistia, unde si hoc  
farentur fide, factis negare non de-  
bent, & qui se excusat prætextu sene-  
ctutis, infirmitatis, rigiditatis aeris,  
aut alterius incommoditatis, memine-  
rit, quod Dominus dixit: *Quicumque  
glorificaverit me, glorificabo eum, qui  
autem contemnet me, erunt ignobiles.* 1.  
reg. 2. num. 3c. Et Quod ipse est, qui  
merentes erigit sospitare Job. 5. Quare  
si fides nostra in cordibus nostris con-  
stans, & firma erit, senectus florescat,  
cessabunt morbi, angebitur humilitas,  
excusationes cessabunt, & coram Christo ambulabimus confidenter, nec time-  
bimus ventum validum, nec emergi:  
neque ipse increpat nos dicens, *Mo-  
dica fidei quare dubitasti?* Et profectò,  
si coram eo velant præ timore faciem,  
adorant, & tremunt Angelicæ potesta-  
tes, quid faciet vilis homo, Vermis  
terræ?

14 Ex his resolvitur etiam illa quæstio,  
an scilicet licet Presbytero uti Pileolo  
in celebratione Missæ, nam & si non-  
nulli putent hoc facere posse saltem us-  
que ad canonem ex aliqua rationabili  
causa de licentia Episcopi, verior, imò  
certa est aliorum sententia negativa,  
& quod requiratur Indultum Papæ, vel  
Sac. Congregationum Episcop. aut Ri-  
tuum, ut plenè ostendit Gavant. in  
rubr. missal. par. 2. tit. de ingress. Sa-  
cerd. ad Altar. lit. F. qui dissimulat vi-  
dere Biss. Hierurg. lit. 3. num. 109. ubi  
blanditur *Quari.* in rubr. par. 2. tit. 2.  
dub. 3. & admittit quod celebrans missam  
cum Pileolo usque ad Canonem sine licen-  
tia Papæ, & sine scandalo, peccet tan-  
tum venialiter.

15 Verum gravitas transgressionis hujus

ritus, & ratio fundamentalis negativæ  
sententia, oritur ex Canone Zaccariae  
Papæ lato in Synodo Romana, & in-  
seruo in decreto Gratiani, in cap. nullus  
Episcopus 57. de consecrat. dist. 1. quem  
allegavit pro se Nicol. superius citatus  
in quo canone sic habetur: *Nullus Epi-  
scopus, Presbyter, aut Diaconus ad So-  
lemnia Missarum celebranda presumat  
cum baculo introire, aut velato capite  
Altari Dei assistere, & qui temere pre-  
sumperit, communione privetur:* ex quo  
textu clare percipitur, quod Presbyter  
accedens, & ascendens ad Altare vela-  
to capite graviter offendit, ex quo id  
prohibetur sub pœnam excommunica-  
tionis, & praesumitur inde, Papæ in-  
tentione in tuis transgressores obligare  
ad culpam mortalem, postquam com-  
minatur pœnam, quæ non potest fieri,  
nisi pro peccato mortali, ut ita benè ar-  
guendo firmat, *Sayr. de censur. l. i. cap.  
9. num. 5.*

Hanc canonis prohibitionem plures  
innovarunt Decreta à Gavanto allegata,  
& Congreg. Ritr. ultimo suo decreto ge-  
nerali impresso in principio Missalis (ne  
quisquam de eo allegare posset ignoran-  
tiæ) sic mandat, & prohibet: *Nemo  
andeat uti Pileolo in celebratione Mis-  
sarum sine expressa licentia Sedis Apo-  
stolice, non obstante quacumque contraria  
consuetudine:* quod Decretum, cum  
fuerit ab Urbano VIII. approbatum,  
non datur amplius locus de hoc dis-  
putandi, neque Presbyteri ventosi (fre-  
ti opinione probabili) se excusare va-  
lent.

Num. 16. Eucharistiae Sacramentum  
non debet ministrari in Missis defuncto-  
rum: sed celebrans post Missam debet il-  
lud sumere, & ministrare ad Altare, in  
quo Sacramentum in Tabernaculo asser-  
vatur, Gavant. in rubr. Missal. par. 2.  
tit. 10. num. 6. litt. N. Biss. Hierurg. lit.  
B. num. 66. §. 1. Unde, ut ita servetur  
etiam à Regularibus, illos Episcopas ad-  
monesciat, juxta facultatem sibi tribu-  
tam à Concilio Trid. in Decret. de rit.  
in celeb. missar.

Eod.

Eod. Tit. 13. form. 5. pag. 59.

- 18 Num. 3. Adde ibi, quod dignitatibus in Choro non debetur thurificatio triplici, sed dupli tantum ductu, non obstante, quod ibi, admissis distributionibus, persona, quæ habet dignitatem, incidet cum Rocchetto, & habitu Prothonotarii, ut respondit *Sac. Congreg. Rit. contra Praepositum Ecclesie Insulane 21. Martii 1699.* Imo quod neque Vicario Apostolico debeatur trina incensatio, declaravit *Sac. Congreg. Episcoporum in Melphien. 28. Augusti 1579.* neque prima dignitati Ecclesie Collegiate S. Mariæ in Colmedin, Urbis *Congreg. deputata trium Cardinalium, die 4. Septembris 1705.* in responsione ad dubium 31.
- Num. 4. Authoritatibus ibi allegatis, 21 ad probandum, quod laici quamvis nobilissimi numquam sedere debeant in Presbyterio tempore quo celebrantur Divina Officia, (& multo minus occupare Stalla Canonicorum *Sac. Congreg. Rit. in Compostellana 21. Februar. 1694.* & in Granaten. 24. Octobris 1609.) ad de declarationem emanatam parte acriter informante; in Gerunden. 12. Martii 1689. *Congreg. Rit. in qua decretum: Non licere Juratis Gerund. tam in Cathedrali, quam in Ecclesiis habere locum in Presbyterio, nec potuisse capitulum, & Canonicos Ecclesie Cathedralis concedere eisdem Juratis locum in Presbiterio.* Et postmodum reprobata causa sub 22 dubio: *An sint concedenda Remissoriales ad effellum probandi immemorabilem?* die 22. Aprilis 1690. responsum fuit: 23 *Negativè, nam consuetudo, quod laici sedeant in Presbyterio tempore divinorum officiorum, tamquam abusiva non est allegabilis, etiamque immemorabilis esset, Pignatell. conf. 6. num. 27. tom. I. Card. de Luc. de præminen. disc. 24. num. 5. Sac. Congreg. Rit. Egitaniæ. 10. Junii 1602.*
- Num. 10. Magistratus Laicalis, quo- 24 ties renuat adire Ecclesiam Cathedram in solemnioribus anni festivitatibus, & præstare eidem, & Episcopo solita obsequia, compellit potest juris remedii, ut

*Sac. Ritnum respondit Card. Fransonia Episcopo Camerini die 24. Februarii 1680. sic rescribens: Coherendo decreto decretis alias in similibus emanatis in Narnien. 16. Jul. 1605. & in Fanen. 1. Septembris 1607. decreverunt per E. V. magistratum esse cogendum opportunis remediis, ad interessendum functionibus. Et in Maceraten. 5. Augusti 1662. à me ibidem relata num. 12. & novissimè in Carpentoraten. 3. Decembris 1701. in qua informante Magistratu, rescript: Teneri intervenire juxta formam servat ante motam litem.*

Num. 12. Prælato Referendario, & 25 Gubernatori Civitatis, accedente ad Ecclesiam, datur aqua benedicta per contactum Aspersorii ab aliquo Ministro Cotta induito, non autem per traditionem Aspersorii quo se ipsum signet & alios per aspersionem, ut auditis partibus *Sac. Congreg. Ritum declaravit in Aesina 6. Junii 1704.* quod decretum impressum, fuit publicatum, neque eodem licet retinere sedem in presbyterio *eadem Sac. Congreg. in Montis Altii 13. Junii 1703.*

Num. 6. Adde, quod Episcopo Titulari Suffraganeo, non competit usus Baldachini, nec in Ecclesiis suis, nec in exemplis Diœcesis, imo nec extra Diœcesis, quamvis accedit licentia Ordinariorum, ut responsum fuit à *Sac. Congr. Ritum Episcopo Titulari Suffraganeo Hildefimen. 16. Martii 1706.*

Num. 25. Reliquia certa Sancti in Martirologio Romano descripti licet non sit insignis, adhuc sufficit, ut obtineri possit licentia celebrandi in die festo ejusdem Sancti Missam de communis sub ritu dupliciti sine Credo in Ecclesia, in qua Reliquia ipsa asservatur, prout concessum fuit Parochio Albegni Bergomen. Diœcesis 14. Januarii 1692. pro reliquia S. Blasii ab *eadem Congreg.*

Spinæ coronæ Domini N. Jesu Christi, inter Reliquias insignes computantur, & speciali nota, & cultu dignae sunt, ut declaravit *d. Congreg. Ritum in Conchen. 21. Junii 1632.* & idem in Celsonen. 20. Martii 1683. concessit, ut 30 in Terra Tarragæ d. Diœcesis posset recitari officium cum Missa Coronae Domini,

31 mini dummodū constaret, spinas eſed Coronæ, postquam præcedenter sub die 20. Septembr. 1661. declaraverat populo dicti loci non licuisse eligere in Patronas sacras spinas. Si autem deferrantur in Processionibus, non debent deferrī sub Baldachino, ut respondit eadem Congreg. in Calaguritana 23. Martii 1686.

32 Num. 28. Officia propria alicujus Ordinis Regularium in concursu, non sunt præferenda Officio Ecclesiæ universalis, & ea propter die 13. Junii 1682. proposto dubio: *An occurrente festo translationis S. Didaci (quod sub ritu duplaci minori celebrandum concessit Alexander Papa VII. feria 2. Rogat.) cum alio duplice minori debeat hoc transferri, & celebrari de Sancto Didaco?* Sac. Rituum Congreg. respondit: conformari debere cum Ecclesia universalis, & festum translationis S. Didaci transferendum ad aliam diem non impeditam.

33 Et ad dubium propositum à P. P. Cappuccinis scilicet: *Si incidat in eundem dientem duplex officium novem lectionum Ritus equalis, unum Ecclesiæ universalis, aliud vero Ordinis Minorum, & ambo transferantur, quidnam ex duabus debeat transferri?* Ead. Sac. Congreg. Rit. die 27. Septemb. 1698. respondit, *Officium quod ab Ecclesia universalis celebratur, prius persolvendum.*

34 Item notandum, quod festum SS. Fabiani, & Sebastiani, una simul celebratur, licet titulus Ecclesiæ sit tantum de Sancto Sebastiano, ut prædicta Sac. Rituum Congreg. respondit in Cremone. 22. Novembbris 1698. in qua sic declaravit. *Festum S. Fabiani, non transferetur sed celebratur una cum Sancto Sebastiano.*

35 Num. 39. Quæ ibi dicuntur de auctoribus missam diebus festis in Oratorio privato Episcopi, intelligenda sunt, dummodū Episcopus non sit absens à Civitate, nam eo absente à residentia, nec Sacerdotes licet, nec alii missam ibidem audire valent pro satisfactione præcepti. Etenim cum privilegium cap. final. de privileg. in 6. indulximus sit Episcopis ad hoc, ut possint commodè quotidie celebrare, vel Mif-

sam audire (sicut decet), & idem sit personale, & facultas, quam olim habebant concedendi Altare viaticum, 37. fuerit per Concilium Tridentinum ablatum, vel saltem restricta ad casum necessitatis, & concurrentia justæ causæ, ut tradunt Fagnan. in cap. in his, num. 20. de privil. Passer. in d. cap. num. 6. Pac. Jord. tom. I. lib. 4. tit. I. num. 122. Pirhing. in jus canon. lib. 5. tit. 33. num. 92. Sequitur, quod nemo alias valeat illo uti, Episcopo absente, ut teneat Capon. discept. 183. num. 44. 50. & 51. Dian. par. 9. tract. I. resol. 41. quem refert, & sequitur P. Octavius à S. Joseph oper. moral. tom. 2. tit. 256. num. 1384.

38 Quidquid dicat Amost. de cauf. piis. tom. 2. lib. 5. cap. 11. num. 14. cum seqq. qui innixus in cap. missarum, de consecr. dist. I. conatur probare, quod etiam hodie Episcopus possit erigere, & habere Oratorium privatum pro se, & publicum pro familia, ipso absente, quod est erroneum. Tum quia Canon. missarum, est Concilii Tribunensis, quod non facit jus commune, cum sit nationale: tum quia absolute fuit per Concilium Tridentinum Oecumenicum abrogatus, ut probant authoritates supra allegatae.

39 Si autem Cappella Palatii Episcopi esset publica, fixa, & invariabilis, tunc non ex privilegio, quod competit Episcopis, sed ex qualitate, & privilegio Oratorii publici, tam celebratio, quam auditio missæ esset licita etiam Episcopo absente, prout accidit in Cappellis Cardinalium, quæ respectu eorum familiæ, reputantur tanquam Ecclesiæ, ut ait Nicol. lucubr. Can. lib. 5. tit. 33. num. 7. limit. I. Capon. loco citato num. 52.

40 Verum est tamen, quod quando Episcopus residet, & est præsens in Civitate, non tantum una Missa, sed plures in ejus Oratorio, seu Cappella, celebrari poterunt, quia text. in d. cap. fin. de privil. in 6. loquitur sine restrictione, & concedit Episcopis privilegium absolutum ibi: *Ut altare possit habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari illis permittitur, vel audi-*

41 dire Divina . Et idem dicas procedere etiamsi Episcopus sit absens ad paucos dies intra Diœcesim , quia absentia modica , non dicitur absentia , & non dicitur abesse qui statim est reverfus , Graff. lib. 3. consilior. de Cleric. non residend. consil. unico , num. 15. & seqq.

42 Præterea si Episcopus visitaret , aut alia occasione iter ageret in sua , vel aliena Diœcesi , potest erigere Altare portatile in Domo privata , quam pro sua habitatione selegit ad hoc ; ut ibi per se ipsum , vel per alium Sacerdotem Missam celebret , vel audiat ( si locus sit omnino decens ) absque contraventione Decreti Clem. XI. emanati anno 1703. quod per extensum dedi tom.2. pag.50. de non utendo privilegio extra Domum propriæ habitationis : nam in hoc casu , Episcopus dicitur in sua habitatione manere , & liceat privilegio utri , cum sit casus de jure permisus ; imo quodammodo imperatus in d. cap. fin. de privil. in 6. ut notat Pignatell. consult. 12. num. 15. tom. 6. neque ullo modo prohibitus in dicto Decreto generali , in quo solum damnatur abusus , & excessus talis privilegii , qui irreplerant in Regno Neapolitano , ut legitur expressè in proemio , quod totam Decreti dispositionem informat Barb. axiom. 192.

43 Laudabilius tamen ageret Episcopus , si ( præcisa insitimitate , aut alia notabili incommoditate ) loci Ecclesiam adiret pro celebranda , aut audienda Mis sa , ut monet gloss. in d. cap. fin. ibi : Si non habet accessum ad Ecclesiam , nam populus ædificatur , & Episcopi benedictione ( quam dat in fine Missæ ) à peccatis venialibus abluitur , ut vult Di scipul. in serm. 110. de tempor. lit. S. nisi impeditur remissio , quoad existentes in peccato mortali , eo quod venialia non dimittantur , existentibus mortalibus , ut ex doctrina D. Thom. p. 3. quæst. 87. art. 3. & 4. explicat Pac. Jord. tom. 1. lib. 5. tit. 15. num. 50. de seqq.

44 Num. 44. Adde ibi sequens memoriale juris à me porrectum Sacr. Congreg. Con ciliū , in qua emanarunt subnexæ resolu tiones .

Cum in Ecclesia Parochiali Castris Plani Æsina Diœcessis vigore nonnullorum legatorum celebrari debeant quolibet anno Missæ , & anniversaria pro suffragio Animarum Testatorum , & pluribus ab hinc annis heredes oneribus injunctis satisfacere neglexerint , ex quo praetendant legata expirasse per obitum primorum heredium gravatorum : curatus d. Ecclesia probe officium suum adimplens , ut consuleret non minus suffragiis Animarum Testatorum , quam securitati conscientiarum suorum Parochianorum heredium , recursum habuit ad hanc Sac. Congregationem pro habenda declara tione : An scilicet legata Missarum de quibus agitur , sint ne perpetua , & quatenus affirmative . An adimpleri debeant in Ecclesia Parochiali translati , vel in antiqua : ad quem effectum particulas legatorum transmisit , habitaque , ut moris est , super ejus precibus Episcopi relatione , & causa descripta in folio Congregationis habitæ 19. Junii proximi preteriti , rescriptum fuit : transmittantur integra Testamenta . Cui rescripto cum jam fuerit paratum , & Episcopus Testamenta per extensum transmisserit , idem Orator humiliter in supplicat pro resolutione Dubiorum in d. folio de benignitate reassumendo proposi torum .

Quoad primum legatum , resolutio pendet ab interpretatione copulae , & cum enim Testator legando dixerit : Voluit infra scriptos suos filios , & heredes teneri ad fieri faciendum officium unum , & videndum est , an copula , & fuerit addita tanquam copula ordinis , seu separationis : vel potius con junctionis qualitatum ad conscientiam unicam orationem , adeout nominatio heredes non intellexerit de heredibus successoribus , sed de filiis tantum heredibus , juxta ponderata in decis. 1283. num. 21. & duob. seqq. coram Coc cino .

Et videtur dicendum , quod Testator de solis filiis cogitaverit , eosque solummodo gravaverit , non solum per illam dictiōnē demonstrativam infra scriptos , sed certius per alia verba ibi , Donec quilibet suorum filiorum , & her edum .

dum vitam duxerit: quæ operantur, ut dispositio non possit extendi ultra tempus à Testatore prefixum, Barbos. dict. 93. num. 6. & in terminis operis Missarum hæredi injuncti quoad vixerit, dixit Card. de Luc. de legat. disc. 34. num. 9. vers. Et hic erat casus, & quod ideo sub nomine hæredum non includantur, nec censeantur gravati hæredes hæredum, cum hæreditas dari non possit in diem, vel ad tempus. Unde è vivis sublati sibiis hæredibus, legatum Missarum cessasse fatendum est.

Quo verò ad secundum, tertium, & quartum legatum, contrarium resolendum videtur, quia nec ex verbis dispositivis, in d. folio fideliter relatis, nec ex Testatorum aliundè præsumpta, seu conjecturali voluntate, potest desumi, quod sint temporanea, imò perpetua esse ex toto Testamentorum tenore dignoscitur.

Nec temporaneum legatum facit, dictio, *infrascripti*, seu *predicti*, nam licet hujusmodi verbum, (quod legitur in secundo legato tantum, non autem in tertio, nec quarto) regulariter referatur ad solos hæredes, qui nomine proprio vocati sunt, non antem ad hæredes substitutos, & successores, ad tradita per Gratian. discept. 104. num. 48. 4. & seqq. hæc tamen regula fallit in legatis relictis ad pias causas, quæ si alia efficaces conjecturæ contrariae voluntati Testatoris non habeantur, semper censentur, & reputantur perpetuae, non obstantibus prædictis distinctionibus, seu verbis demonstrativis, ut ipse Gratian. adverrit num. 49. & in puncto legati Missarum disceptat. 603. num. 12. & seqq. quem sequitur SABELL. in summ. divers. tratt. §. verb. num. 33. & in sensu veritatis tenuit Card. de Luc. de legat. d. disc. 34. num. 6. & 7. disc. 42. num. 3. & seqq. quos sequuta est hæc Sacr. Congreg. in Urbanien. 14. Julii 1704. Et ratio ea est, quia semper debet sumi illa interpretatio, quæ magis favet Animæ Tusch. lit. L. concl. 58. num. 6. & seqq. & etiam, quia nomen *hæredis* in materia indifferenti, universaliter prolatum comprehendit omnes hæredes in infinitum. Gratian. discept. 266.

num. 8. Rot. coram Cavaler. decis. 189. num. 2. & 3. SABELL. loco citato, §. Hares num. 7.

Ad secundum dubium, videtur respondendum, Ecclesia Parochiali translata, quia nullus ex Testatoribus de quibus sermo est, legatum Missarum reliquit intuitu loci, & particularis Ecclesia, sed omnes disponuerunt in genere, quod celebrarentur Missæ in Ecclesia Parochiali, ut legitur in particulis in d. folio ad verbum transcriptis. Et sic cum unusquisque eorum principaliter respxerit ad remedium Animæ propriæ, quod non minus ex prima Parochiali Ecclesia, quam ex secunda translata proveniat, in hac secunda celebrandæ erunt, juxta magistraliter firmata in decis. Seraph. 2149. num. 12. & per tot. salv. &c.

Die 21. Augusti 1706. Sac. Congreg. respondit: Ad primum esse temporale, reliqua esse perpetua.

Ad secundum, & tertium in Ecclesia Parochiali translata, quartum verò in antiqua.

Nota, quod in quarto legato fuit responsum; Missas esse celebrandas in Parochiali antiqua, & non in translata, eo quia Testator asseruit in Testamento, se plures annos dictæ Ecclesiæ Parochiali antiquæ inservisse, & ex ista enunciativa, seu expressione, desumpta fuit conjectura affectionis, devotionis, & contemplationis loci.

Secundò nota, quod in alia Senogallien. proposita 1. Decemb. 1708. sub Dubio, An legatum Missarum relictum cum particula, sui infrascripti hæredes, sit perpetuum? Sacr. Congreg. Conc. respondit: Affirmative.

Num. 55. Quidam Testator mandauit suis Executoribus, ut erigerent pro amore Dei, & remedio Animæ sua unam Cappellaniam, cum destinatione Cappellani, qui Missam singulo mane celebrare curaret. Fuit erecta Cappellania cum assignatione congruae Dotis, at quia Cappellani pro tempore semel in hebdomada vacare consueverant, & sacrificium pro Testatore applicare omiserant; relata causa ad Sacr. Congregat. Concilii, hæc in Lucan. 18. Febr.

- Febr. 1702. declaravit, Cappellatum te-  
neri applicare sacrificium pro Fundato-  
re, licet ipse id non expresserit, & con-  
demnavit Cappellanos, seu Rectores pro-  
tempore, ad restituendam eleemosynam  
pro eo tempore quo celebrare, & applica-  
re sacrificium omiserunt, non obstante  
55 descriptione contraria facta in Tabella  
occasione Visitationis Apostolicæ à cen-  
tum annis circa.
- Num. 59. Declara ibi firmata, quod si  
non agatur de simplici celebratione Mis-  
sarum privatuarum, sed de exequiis, &  
Anniversariis, hæc debent (saltem ex  
honestate, & ex præsumpta Testatorum  
devotione erga Ecclesiam) celebrari in  
Ecclesia ubi Testatores habent sepul-  
chrum, ibique sepulti fuere. Rot. coram  
Cavaler. decis. 494. num. 3. 4. & 5. Romag.  
ad synod. Gerund. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num.  
16. & duobus seqq.
- 56 Num. 65. Quod Canonici possint se in-  
vicem substituere Sac. Congreg. Episc. te-  
nuit 11. Augusti 1597.
- 57 Num. 68. Poena amissionis dimidiaz  
pattis primo anno, & omnium fructu-  
um secundo, quam incurunt Canonici  
ob non residentiam, ultra tres men-  
ses, non potest ab Episcopo remitti, &  
condonari, sed tenetur prævia monitio-  
ne personali contra absentes (quando  
de facili possunt inveniri) ad allegandam  
causam quare non debeant puniri ad for-  
mani Decreti Concilii Trid. illos præ-  
dictis Præbendæ fructibus private, alias  
enim si sine justa causa raceat, & dis-  
simulet eos ira punire, peccat, ut ex  
Navar. cons. 3. num. 2. de cleric. non resid.  
docet Garc. de benef. part. 3. cap. 2.  
num. 149. & 151. quos sequitur Ventrigl.  
in prax. part. 1. annot. 19. §. 3. numer.  
1. Pignatell. consult. 5. num. 3. tom. 3.  
58 non obstante licentia, seu remissione  
Canonicorum, quam dare non pos-  
sunt, quia hujusmodi fructus applicandi  
sunt in usum Ecclesiae Garc. d. cap.  
2. num. 146. Pignatell. consult. 144.  
num. 13. tom. 6. Crispin. de visitas.  
past. part. 2. paragr. 19. numero 12.  
Quamquam Episcopus ante senten-  
tiā possit ex causa dictam poenam  
minuere, vel augere, Garc. d. cap. 2.
- num. 150. ubi Decretum Sac. Congreg.  
refert.
- Supposito igitur, quod Canonici  
gaudeant vacatione Concilii, poter-  
it ipse Episcopus arbitrii boni viri  
arbitrio quanto tempore debeat ultra  
tres menses, absentes expectare, an-  
tequam contra eos dictam poenam exe-  
quatur, prout decisum fuisse à Sac. Congregatione, testatur Garc. d. cap.  
2. num. 145. Nec oportet, ut ab-  
sentiæ ultra tres menses sit continua,  
ad hoc, ut comprehendatur in De-  
creto Concilii: sed satis est, ut dies  
absentiæ licet interpolati, superent  
trimestre, juxta sententiam ejusdem  
Sac. Congreg. de qua meminit Fagnan.  
in cap. licet, num. 55. de præb. Pi-  
gnatell. d. consil. 114. num. 21. & sic  
sufficit, ut quis absit ultra tres men-  
ses quolibet anno; sicuti ad poenam  
hanc effugiendam necessaria est quo-  
libet anno residentia novem mensium  
Pignatello consult. 4. numero 2. & 3.  
tom. 2.
- Donec tamen Episcopus sua senten-  
cia, non residentes non privet, non te-  
nebitur Canonicus absens fructus il-  
los, quos alias fecit suos, in foro con-  
scientia restituere: quia poena non est  
imposta ipso jure, sed debet infligi  
per Judicem, ut clare percipitur ex  
illis verbis Concilii: Privetur dimi-  
dia, & advertunt Garc. d. cap. 2. num.  
151. Fagnan. in d. cap. licet, num. 25.  
de præb. Ventrigl. de annot. 19. §. 3. d.  
num. 1. Matteucc. Official. Cur. cap. 44.  
num. 21.
- Absentes autem, & non residentes,  
quoties Episcopus voluerit procedere ad  
privationem fructuum juxta graduatio-  
nem Concilii, erunt monendi formu-  
la sequenti.

FOR

prima clausula, non participat nisi intersit.

## F O R M U L A

*Monitionis.*

**C**iretur, & moneatur N. Canonicus nostræ Cathedralis N. (sive Collegiatæ N.) ad allegandum in termino . . . causam, quare ob suam absentiam à residentia non debeat puniri ad formam Decreti Concilii Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform.* Instante promotore Fisci.

Executa monitione, proceditur ad sequestrationem fructum Præbendæ, & postea constito ex actis de excessu absentia (nisi aliquid relevans deducatur), devenerit ad dictorum fructum privationem; Canonico autem coadjutore non residente potest, & debet moneri sub pena privationis ad residendum *Sac. Congr. Concilii in Oxonen. 8. Maii 1688.*

**63** *Num. 72.* Punctantur quoque Canonicæ, si exeat à choro antequam Sacra absolvantur, sine licentia Præsidentis, non petita venia, ut *Sac. Congreg. Concil. respondit in Lunen. Sarzanen. 4. Junii 1701.*

**64** *Num. 76.* Declara ibi, quod Canonicus jubilato, non debentur distributiones, quæ proveniunt ex anniversariis non fixis, nec in casu, quo ex statuto Ecclesiæ, vel à Testatore excluduntur absentes, & nisi præsentibus debentur *Sac. Congreg. Concilii in Romana 27. Junii 1705. & 17. Martii 1708. contra Canonicum Collegiatæ SS. Celsi, & Juliani, & in Novarien. 29. Novembri 1681. lib. Decret. 32. fol. 44.*

**65** *Num. 79.* Et qui habet indultum, ut possit percipere distributiones cum clausula: *Ac si præsens esset, non participat de fallentiis absentium; secus si illi concedatur cum clausula, ac si Divinis interesset, nam tunc de illis participat: ut distinguit Pignatell. consult. 115. num. 24. & consult. 116. num. 10. in fin. tom. 9.* sicuti enim Canonicæ, qui sunt in Civitate, & suburbis, dicuntur præsentes, & tamen nisi Choro interessint, habentur tanquam absentes in amittendis distributionibus; ita Indultarius cum Monacelli, *Formul. Suppl.*

*Indultus autem quod soler obtineri à Sac. Congreg. Concilii, est sequentis tenoris.*

## F O R M U L A

*Indulti Jubilationis.*

**S**Ac. Congreg. Em. S.R. E. Card. Concilii Trid. Interpretum, attenta relatione Episcopi N. benignè commisit eisdem, ut veris existentibus narratis, & constito sibi, quod Orator per quadraginta annos præfata Ecclesiæ N. continuo, & laudabiliter inservierit, illi gratis indulget, ut quamvis in posterum non inserviat, nihilominus fructus omnes, & distributiones quotidianas sui Canonici percepere valeat, non secus, ac si Choro, & Officiis Divinis personaliter interesset. Datum, &c.

*N. Card. N. Prefectus.*

*N. Secret.*

*Eod. tit. 13. form. 3. pag. 102.*

**67** *Num. 25.* Qui utitur scriptura falsa, quam ipse non falsificavit, non tenetur pœna falsi, sed puniendus venit extra ordinem arbitrio judicis; etiamsi utens sciat, vel scire potuerit esse falsificatam, & quamvis negligenter præsertim crasso quandoque dolo æquiparetur, ut probat Graff. consil. lib. 5. de crim. fals. consil. unic. num. 13. & 14.

**68** *Num. 26.* Occultum dicitur delictum, ad hoc, ut Episcopus possit vigore Concilii reum à Cenfuris incursis absolvere, & dispensare, quando non fuit probatum, quamvis delictum sit reductum ad forum contentiosum, & reus remansit absolutus, vel ex capite innocentia, vel ex hac tenus deductis, vel tamquam non repertus culpabilis: in his inquam casibus, delictum adhuc dicitur manere in occulto, ut Episcopus uti valeat sua potestate, *Pignatell. consultat. 99. num. 18. & pluribus seqq.* D tom. 6.

- 69 tom.6. secus tamē esset dicendum in causa ; quo reus esset relaxatus , & habilitatus cum obligatione , vel fidejussione de se repræsentando , tunc enim , quia dicitur stare sub Judice , Episcopus cum eo non dispensat , Pignatell . ibidem , num. 23.
- 70 Num. 35. Quod irregularitas non incuratur per scriptiōnem Processuum , Causarum , seu Querelarum Crimināliam , neq̄tie per exercitium Officii Gubernatoris , absque prolatione Sententiarum Sanguinis , seu Capitalis , declaravit Sac. Congreg. Concilii in Sutrina Irregularitatis 28. Maii 1695. & in S. Severini 2.
- 71 Junii 1703. Neque per solam adscriptiōnem militiæ Sæculari sine actibus hostilibus in Leodium . 30. Septembri 1684. & in N. 10. Martii 1674.
- 72 An antem per violentam abscissionem digiti pollicis incuratur irregularitas , dubium est : nam casu proposito in Sac. Congreg. die 31. Januarii 1688. respondit fuit : Dispensationem requiri ad canzelam .
- 73 Num. 38. Cæcitas licet inducat irregularitatem , tamē Clericus cæcus , si esset scientia idoneus , posset per summum Pontificem dispensari , ut ad Presbyteratum promoveatur in ordine ad confessiones Sacramentales audiendas , ut probat Pasqual. quest. mor. jurid. 38. per tot. vel ut Prædicationis ministerium suscipiat . Paris. de resign. l. 5. quest. 6. num. 43. & seqq.
- 74 Item Cæcitas habilitatur ad suscipiendam Clericalem Tonsuram pro Pensione consequenda , prout concessum fuit à Sac. Congreg. Concilii in Agrigentina 8. Augusti 1705. in qua afferebatur exemplum Clementis X. qui de anno 1671. dispensavit ad eundem effectum Franciscum Maval Massiliensem Cæcum .
- 75 Immò etiam mutus , & surdus à nativitate , potest dispensari , ut possit fieri Religiōsus , ut concessum fuit cuidam Juveni nobili Hallo ; nam cum hic veller suscipere habitum militiæ Hierosolymitanorum , & petiisset dispensari , Sac. Congreg. Concilii instantiam prima vice reje-
- 76 cit : at quia Episcopus , & alii quamplures Viri nobiles testabantur , quod iste mutus , & surdus à Nasivitate , rectè cal-
- leat militiae exercitia , nec non scribat , & legebat , renovata instantia , eadem Congregatio sub die 8. Maji 1706. prescripsit . Prævio recessu à decisō pro concessione Brevis facultativi .
- Item Pharmacopola laicus per exercitium Aromatariae non efficitur irregularis , sed potest (alio impedimento cessante) ab Episcopo ad Ordines promoveri abique alia dispensatione Apostolica , ut declaravit Sac. Congreg. Concilii in una S. Marci 5. Junii 1688. Pignat. conf. 146. num. 5. tom. 8.
- Num. 43. Quid dicendum sit si in ordinatione Presbyteri in traditione materia data fuit sola Hostia cum Calice absque vino , an ordinatio sit valida ? Sac. Congreg. Concilii 18. Junii 1676. respondit esse reiterandam sub conditione , lib. Decr. 29. fol. 274.
- Num. 44. Quamquam subditi sex Episcopatum Ubi vicinorum ubi non adest suffraganeus , non possint se promoveri facere ad Ordines etiam minores ab alieno Episcopo , seu debeant præcisim dimissorialibus sui Ordinarii Emin. Card. Vicario Urbis directis , in Urbe ordinari , prout mandat Constitutio Alex. VII. ibi allegata ; nibilominus Sac. Congr. Concilii die 16. Februarii 1704. dubio proposito ad Instantiam Ginnesi Petrella Albanen. Dicecisis : An valeat præviis dimissorialibus Ordinarii Albanen. se insigniri facere sicut Prima Tonsura Veltiri , non obstante d. constit. Alexandri VII. Responsum Affirmative quoad primam Tonsuram tantum .
- Eod. tit. 13. form. 4. pag. 110.
- Num. 11. Durante causa metus , non inducitur tacita professio , nec tacita professionis ratificatio per susceptionem Sacrorum Ordinum , tum ex ibi firmatis , tum ex congregatis à Pignatell. consult. 173. num. 105. in fin. tom. 9. ubi declarationem Sac. Congreg. Episcop. & Regul. ab Alex. VII. confirmatam refert .
- Num. 30. Adde ibi , quod Presbyter Græco-latinus , non dispensatur ad exercendum coram in Parochia ritus Græcorum , nam cum unus ex eis in una Messanen , fuisset approbatus in concursu Pa-

ro-

rochialis, in qua ritus Græcus servari consueverat, & postulasset dispensationem transeundi de rito Latino ad Græcum, Sac. Congreg. Concilii subdie 23. Junii 1708. respondit: *Archiepiscopus factis requisitoris etiam in aliis Diœcesibus, curet novum concursum.*

*Constitutio autem Clementis octavi, ibi allegata la 34. continet sequentem instructionem.*

### INSTRUCTIO.

*Super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum Diœcesibus Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes degunt, &c.*

**S**anctissimus D. Noster Clemens Papa Octavus, &c. Presbyteri Graci Baptizatos chrismate in fronte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine baptissimi apud eorum Euchologium prætermittantur que sequuntur, &c.

§. 1. *Episcopi Latini, infantes, seu alios baptizatos a Presbyteris Græcis de facto chrismate in fronte consignatos confirmant, & tutius videtur ut cum cautela, & sub conditione id faciant, videlicet, N. si es confirmatus Ego te non confirmo, sed si non es confirmatus, Ego consigno te signo Crucis & confirmo te chrismate salutis & in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti, praesertim vero cum verisimiliter dubitari potest, quod ab Episcopis Græcis fuerint Baptizati.*

§. 2. *Sanctissimum Eucharistie Sacramentum, quod pro infirmis asservatur, singulis octo diebus, aut saltē quindecim renovetur.*

*Non asservetur idem Sacramentum toto anno, si tamen asservatum fuerit, saltē in fine anni sumatur.*

*Tollatur abusus tundendi, vel etiam miscendi Sacro Oleo, ac iterum coquendi, vel alias exsiccandi species Sacramenti Sac. Eucharistie feria quinta Cœsse Domini, ut deinde illud asservent.*

*Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata,*

*benè erit. Sin minus tolerentur eorum throni super altaria lapidea ponendi cum celebrant.*

*Corporalia ut latini habeant, nisi thionis etiam pro corporalibus utantur.*

§. 3. *In casu necessitatibus Presbyteri Graci catholici possint Latinos absoluere.*

*Ut intur formas absolutionis in generali Florentino prescripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi absolutionis dicere tanum consueverunt. Tollendus abusus ubi est, ut Vir atque Uxor simul, & eodem tempore eidem Presbtero consteantur. Aqua ex rite Græco in die Epiphania, vel primo die Mensis benedicta conservetur in Ecclesia, vel illa fideles aspergantur.*

*Non sunt cogendi Presbyteri Graci, Olea Sancta, præter Chrisma ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum hujusmodi Olea ab eis in ipsa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri rite conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem, quod non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere; prohibeantur vero ab Episcopis Græcis externis Schismaticis, seu S. R. E. communionem non habentibus, illud accipere, vel eouiri.*

§. 4. *Ordinati ab Episcopis Schismaticis alias ritè ordinatis, servata debita forma, recipiant quidem ordinem, sed non executionem.*

*Proinde ipsis ordinati ab Episcopis Schismaticis correcti, vel emendati reconciliandi sunt, & absolvendi cum penitentis salutaribus, dummodo errores, vel saltē schisma Ordinoris abjurent in judicio, vel publicè, vel secretè pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos alias ritè susceptis ministrare non permitantur, nisi cum ipsis super irregularitate hujusmodi occasione contracta, auctoritate S. Sedis Apostolicæ fuerit dispensatum.*

*Non sunt admittendi Episcopi schismatici, sive pro ordinibus, sive pro aliis Sacramentis conferendis, sed detinendi, quo ad Sancta S. Apost. defutari per consulatur, & responsum habeatur.*

D 2 „ Græ-

„ Græci sine litteris Dimissoriis Episcoporum Latini Diœcesani ad sacros ordinates promoti suspensi sunt, & si suspensi in suis Ordinibus ministraverint, efficiuntur irregulares sicut, & Latini.  
 „ Super hujusmodi autem, & similibus irregularitatibus dispensandi facultatem à sancta S. Apost. obtineri oportet.  
 „ Si Episcopus Latinus Græcum alii quem ordinare voluerit, qui à Presbytero Græco in Baptismo Chrismate in Fronde de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare saltem sub conditione, videlicet, N. si es confirmatus, &c. ut supra. Presbyteri vidui, seu Uxoribus orbat, habitum deferant diversum ab aliis.  
 „ §.5. Curent Ordinarii locorum, ut decretum S. Generalis Concilii Trid. de reform. matrim. verratur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & Parochiis Græcorum, & Albanensium evulgetur, & publicetur.  
 „ Matrimonia inter conjuges Græcos, dirimi, seu divortia, quo ad vinculum fieri nullo modo permittant, aut patiantur; & si quæ de facto processerunt, nulla, & irrita declarent.  
 „ Maritus Latinus Uxor Græcæ ritum non sequatur.  
 „ Latina Uxor non sequatur ritum Mariti Græci.  
 „ Graeca verò Uxor sequatur ritum Mariti Latini.  
 „ Quod si id fieri non possit, quisque conjugum in suo ritu Catholico tamen manere permittatur.  
 „ Proles sequatur Patris ritum, nisi prævaluuerit Mater Latina.  
 „ Presbyter Græcus conjugatus, ante sacram Sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab Uxore.  
 „ §.6. Græci credere tenentur, etiam à Filio Spiritum Sanctum procedere, sed non tenentur pronunciare, nisi subfert scandalum: præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem Catholicam; quia tunc oporteret etiam pronuntiare.  
 „ Nunquam Monachis Græcis, seu Calogeris animarum cura committata, tur, nisi ex necessitate, vel alia justa causa.  
 „ Presbyteri Seculares Græci, abjurations schismate, & erroribus, atque in Fide Catholica benè instructis in Parochialibus, seu Curatis Ecclesiis Græcorum institui possunt.  
 „ Tollendus est apud Græcos usus carnum die Sabbati, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tanrum.  
 „ Item tolerandum est, ut ad jejunium eodem die Sabbathi in Quadragesima, excepto uno Sabbatho Sancto ex antiqua traditione non teneantur, sed dum taxat ad abstinentiam.  
 „ In jejunis biduanis, vel triduanis, vel alias à Diœcesanis, vel in Jubilais à Summo Romano Pontifice indicatis dies Sabbathi in eis comprehensus, vel præscriptus, in alium diem pro plebis Græcis ab ipsis Diœcesanis, Apostol. autoritate permittitur commutari.  
 „ Si ipsis Græci ad observationem jejuniorum, & vigilarum Latinæ Ecclesiæ induci possent, optimum esset, sed non cogantur, cum ipsis qualibet hebdomada, & feria quarta, & feria sexta, jejunent.  
 „ Græci existentes inter Latinos, dies festos de præcepto ejusdem Latinæ Ecclesiæ servare teneantur.  
 „ §.7. Insuper idem Sanctissimus D.N. constituit Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italæ, & Insularum adjacentium subjectos, ab Episcopo Græco ordinati volentes cum illorum dimissoriis ad id tantum concependis, ritu Græco ordinet.  
 „ §.8. Ita Sanctitas Sua ex sententia Congregationis super reformatione Græcorum decrevit, & declaravit, ac fieri mandavit. Romæ in Palatio Montis Quirinalis, apud S. Marcum, die 31. Mensis Augusti, Anno Domini 1595. Pontificatus sui anno quarto.  
 Num. 33. Privilegia odiosa, quæ mergunt in damnum tertii, strictissime 84 veniunt intelligenda. Rot. coram Coccin. decis. 1856. num. 9. Et quæ fuerunt concessa in casu simplici, numquam ad casum mixtum extenduntur, Gratian. dis. 85 scpt.

- scpt. 947. num. 21. & 22. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 33. num. 103. & 104.  
 86 Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 2. num. 3. & 28. Et quæ adversantur, & opponuntur juri communi, non extenduntur ad omissa, C. licet 8. de transl. Epis. Amostaz. de caus. piss. tom. I. lib. 5. cap. 7. num. 19. Et quæ sunt odiosa, exorbitantia, juri communi contraria, & tertio præjudicia, si possunt verificari in uno casu, non sunt trahenda ad plures casus, Zaul. observ. ad Statut. favent. tom. 2. rub. 11. lib. 7. num. 12. & 13. Raynald. observ. criminal. tom. I. cap. 5. §. 4. & 5. n. 41. & 42. latè Fagnan. in cap. causam quæ, num. 8. & seqq. de rescript. ubi quod in quantum possunt, sunt restringenda ad limites juris communis, dum tamen conferant aliquid quantumcumque minimum.
- 88 Num. 34. Usus Pontificalium, si concedatur, solet hodie concedi cum clausula. Servatis tamen Decretis Alex. VII. ita concessum fuit Præposito Novodonensi in Bohemia, sub die 11. Augusti 1691. Nec non Præposito Collegiatæ B. M. V. Trajecten. Leodien. Diœcesis 19. Januarii 1692.
- Et cum Præpositus Collegiatæ Ecclesiæ S. Agathæ Cremonæ, Canonicorum Lateranensium, dicta Alexandri VII. Decreta non servaret, prætextu Privilegiorum, & consuetudinis proposita causa in Congreg. Sac. Rit. 14. Junii 1687. super excessu, responsum fuit.
- I. Non licere Præposito S. Agathæ uti Baldachino, nisi simplici ad formam decreti Alex. VII.
- II. Circa Candelas cum privatim celebatur, ad mentem, & mens est, quod se abstineat.
- III. Associationem competere tantum inter sepa Ecclesiæ.
- IV. Teneri cooperire Baculum Pastorealem velo albo, ac eidem non licere eo uti in Processionibus extra suam Ecclesiam, & Jurisdictionem faciendis: ita pariter de Mitra juxta tenorem Bullæ Pii IV.
- V. Non posse eundo per Ecclesiam Benedictionem impartiri.
- VI. Posse suppelleatilem suæ Ecclesiæ benedicere, non autem aliarum Eccl. Monacelli, Formul. Suppl.
- clesiarum sibi non subditarum, nisi habeat Indultum.
- VII. Non posse desumere paramenta ex Altari, cum privatim celebrat.
- Pralati vero Referendarii, usum Pontificalium non habentes, debent pariter observare prædicta Alex. VII. Decreta ibidem à me per extensum relata, & in celebratione Missæ servare modum Abbatibus præscriptum in Decreto XXI. prout Sac. Congreg. Rit. declaravit suo hic subnexo decreto generali.
- Sac. Rituum Congregatio declaravit, non licere Illusterrimis D. D. Referendariis, utrinque signature Sanctissimi D. N. Pape, ac Prothonotariis Apostolicis honorariis, Missam celebrantibus in Civitatibus, quarum regimini præciuntur, uti ritibus, qui propriis Eminentiss. Cardinalium, & Episcoporum videntur; sed iidem rem sacram facere tenentur more caterorum Sacerdotum, prout in privatis Missis præscriptum fuit. Abbatibus in decreto circa usum Pontificalium Pralatis Episcopo inferioribus concessionem emanata ab eadem Sac. Congregat. habita coram fel. mem. Alexandro VII. die 27. Septembris 1659. & ita servari mandavit ab Illusterrimo Gouvernator Cœtivatis Cesena, die 9. Februario 1675.
- Num. 39. Habentes Indultum, ut possint tribus diebus festiis promoveri ad Sacros Ordines, etiam interstitii non servatis, valde honestum, & decens est, ut aliquod interstitium servent arbitrio Episcopi, ut ibi insinuatum fuit. Si enim duo Summi Pontifices, virtute, & doctrina insignes, nempe Gregorius VII. & Innocentius III. cum de tempore eorum electionis, & assumptionis ad Pontificatum, essent in ordine Diaconatus; ad Sacerdotium ascendere, & properare noluerunt, nisi tempore à Sacris Canonibus præscripto quatuor temporum, prout notandum refert P. Menoch. in suo opere vulgo le Siuore, par. 3. cent. 9. cap. 60. Cum testinanter, & nullo, vel brevi interstitio servato, simplex Clericus ad Sacros Ordines ascendere non trepidabit?
- Festi autem dies, in quibus hujusmodi Indultarii sunt ordinandi, non sufficit

D 3      quod

quod sint officii duplices, sed requiritur, quod sint dies festi de præcepto, ut declaravit Sac. Congreg. Concilii in Brixien. Ordinationis 15. Januarii 1689. quidquid garriant Casuistæ, & concordat alia declaratio, quam refert Fagnan. in cap. de eo, num. 42. de temp. ord.

Eod. tit. 13. form. 5. pag. 128.

<sup>92</sup> Num. 13. Quod Professio emissæ à Novitia, seu Novitio in articulo mortis ante completum annum probationis, suffragetur solummodo, quoad acquisitionem Indulgentiarum concessarum verè professis, non autem quoad acquisitionem honorum Professæ, seu Professi favore Monasterii, præter authoritates ibi allegatas, luculenter firmant Barbos. in cap. ad Apostolicam, num. 4. de regular. ibique Fagnan. num. 32. Sperell. decis. 16. num. 24. Nicol. Lucubrat. can. lib. 3. tit. 31. num. 3. lim. 4. vers. solum tamen, qui plura decreta refert, Card. de Luc. de dot. disc. 167. num. 40. & novissimè Matteucc. Official. Cur. cap. 32. num. 15. & 16. contrariis respondens.

<sup>93</sup> 93. Et quamquam Tam. de jur. Abbat. disp. 6. quest. 7. Passer. de stat. hom. to. 3. quest. 186. infp. 4. num. 52. & 53. & nonnulli alii DD. Regulares, propriam causam tuentes, tenuerint, quod hujusmodi Professio juvet, & suffragetur, etiam quoad susceptionem favore Monasterii in bonis Novitiæ, seu Novitio in articulo Mortis Professæ, seu Professi: eorum tamen rationes nullæ sunt. Nam Indultum Pii V. quo ad hoc uti valent Novitiæ Moniales Ordinis Predicorum, & utuntur cæteræ aliorum Ordinum Mendicantium, quæ in eo communicant; fuit concessionem ad petitionem eundem Novitiarum, quæ nihil aliud in precibus perierunt, & nihil ultra eis Papa elargitus est, quam Indulgentias, pro consolatione Animæ, prout illis gaudent Moniales verè Professæ, ut in eodem Indulstro impresso in Bullario, tom. 2. const. 119. pag. 315. litteraliter legitur. Unde si gratia, & rescriptum Papæ facta, seu interpositum ad preces alicuius, semper

<sup>94</sup> intelligitur juxta petita, ut docet Fagnan. in cap. innovamus, num. 6. de

tregu. & pac. non potest, nec debet extendi ad non petita, & omessa, qua involvunt præjudicium tertii, cui Papa, nisi exprimat, numquam intendit præjudicare, cap. dudum, de privil. ubi glos. & alibi saepe.

Præterea quatenus per possibile ex citato Indulso, aliquod jus oritur Monasterio ad successionem honorum Novitiæ, seu Novitii, ita Professæ, & Professi, & intra annum probationis decedentis (quod absolutè negatur) hodie remaneret hoc Indulsum sublatum, saltem in ea parte, qua adversatur Decreto Sacri Concilii Trid. cap. 15. sess. 25. de regular. attenta Constitutione Gregorii XIII. impressa in Bullar. tom. 2. la. 6. pag. 370. ut advertunt DD. supra allegati, in qua Pontifex vult, & declarat, quod gratiae, concessiones, & Indulta à Pio V. Prædecessore Regularibus elargita, reducta sint, & intelligantur ad terminos juris, & Decretorum d. Concilii, ut legitur in §. 6. ibi: *Quæ sive ex jure veteri, sive Sacri Concilii decretis, sive alias legitimè ante dictarum litterarum, & Constitutionum editionem erat, & si ipsæ emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem suumque pristinum, & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus. Decernentes, &c.* Et sic per hanc ultimam clausulam. Decernimus qua Papa uitur, novum jus inductum fuit, gloss. in clem. I. de sepult. in 6.

Num. 21. Adde Passer. in d. Stat. hom. tom. 3. quest. 189. ar. 8. n. 189.

Eod. tit. 13. form. 6. pag. 139.

Num. 10. Debes hic advertere, quod licet Episcopus possit compellere Parochos, & iudi Magistros, ut doceant pueros Doctrinam Christianam, ut decreta ibi allegata mandant: non tamen potest mulctis, & poenis, etiam in casu notabilis negligentia, & contumacia, cogere ipsos pueros, neque illorum Parentes, ut intersint, & respective mittant ad discendam Doctrinam Christianam, ut olim declaravit Sac. Congreg. Concilii supra cap. 4. sess. 24. de reform. quam de- clara-

clarationem inveni in meo Regesto, & nitati à Paulo V. concessis, ut patet ex eorum referunt Zerol. in prav. par. 1. Bulla impressa in Bullario tom. 3. pag. 225. quæ pro informatione Episcoporum, & Parochorum Bullario carentium, datut hic subnexa in necessariis.

verb. fin.

decif. 300. num. 3. par. 4. Gavant. in manual. eod. verb. Barbos. de potest. Episc. allegat. 76. num. 38. Gallemart. collect. in Concil. Trident. d. cap. 4. in remiss.

97 Et quamvis Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 15. num. 19. Barbos. loco mox citato, & alii quos allegat, & sequitur Romag. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 11. cap. 3. num. 9. & 10. velint, quod possit Ordinarius pœnis, etiam censuratum præfatos pueros, & Parentes ad id compellere; tamen istorum DD. opinio (quæ invaluit, & servatur in Regnis Hispaniarum) usu apud nos non recipitur, ut monet Pac. Jord. lucubr. tom. 1. lib. 6. tit. 2. num. 8. quamvis de jure fieri posse ille arbitretur, & ipse arbitratur.

98 Quare in praxi, si concurrat notabilis negligentia, postquam Parentes, Tutores, & Heri moniti fuerint, & non obtemperent, solet decreto Synodali injungi Parochis, & Confessariis, ut illos à Sacramentis Pœnitentiae, & Eucharistie arceant, ut ita provisum fuit in Synodo Æsina anno 1683. & in Cesenaten. in titulo de Doctrin. Christi. quam provisionem in hac secunda approbavit Sacr. Congreg. Concilii 26. Febr. 1695. in responsione ad 7. dubium, & laudat quoque Jordan. loco citato. Quoniam, Parentes, Tutores, & Heri, qui neque ipsi per se (si huic apti sint muneri) filios, Pupilos, & Famulos, ea quæ sunt ad salutem necessaria, non docent, neque per alios, neque illos ad Ecclesiam ubi possint eruditiri, mittere satagunt, in peccato mortali vitam trahunt, ut advertitur in præallegata Synodo Æsina, & in Admonitionibus Confessoriorum Urbis evulgatis, & Typis impressis anno 1702.

99 Ut igitur negligentia Parentum, Totorum, & Herorum, modo quo potest suppleatur, remedium efficax est erectio, & institutio Societatis Doctrinæ Christianæ præsertim in Civitate, qua postquam aggregata erit Archiconfraternitas Urbis ejusdem nominis, gaudebit Indulgentias copiosè eidem Archiconfrater-

nitati à Paulo V. concessis, ut patet ex Bulla impressa in Bullario tom. 3. pag. 100. quæ pro informatione Episcoporum, & Parochorum Bullario carentium, datut hic subnexa in necessariis.

Bulla Pauli V. super Indulgentiis, & Indultis concessis Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ Urbis.

**E**T credito, &c.

§. 7. Ut autem devotio Christi Fidelium ad dictum opus exercendum in dies magis augeatur, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè paenitentibus, & confessis, ex sacra communione refectis, qui pro Ministris, Operariis, & Confratribus dictam Archiconfraternitatem ingredientur, die primo illorum ingressus, seu eo die, quo dictæ Archiconfraternitati ascripti fuerint, plenariam.

§. 8. Nec non eisdem sic descriptis: qui verè paenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistie Sacramentum in festo, quod ab ipsa Archiconfraternitate, & aliis Confraternitatibus aggregatis, seu aggregandis pro earum præcipuo & principali respective eligeretur, sumpserit, etiam plenariam.

§. 9. Quique verè paenitentes, & confessi dictum Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumpserint, aut id facere non valentes, animo contrito, nomen Iesu saltem corde in Mortis articulo invocaverint, similiter plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam, dicta autoritate earundem tenore praesentium concedimus.

§. 10. Præterea eisdem Confratribus, qui verè paenitentes, & confessi, semel quolibet mense Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumpserint, septem annos, & rotidem quadragenas.

§. 11. Quique in causa fuerint, ut pueri, & famuli, aut quavis alia persona

D 4 ad

ad descendam Doctrinam Christianam eant, ducentes dies.

§. 12. Qui verò diebus stationum Urbis, hanc Doctrinam in Ecclesiis docuerint, ac etiam illi, qui ad eandem descendam accesserint, easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si Ecclesiis stationum personaliter visitarent.

§. 13. Easdem etiam indulgentias Visitatores dicta Archiconfraternitatis, qui ex commisso sibi officio, visitabunt illas Scholas, quas in illo die visitare poterunt, consequantur.

§. 14. Super eisdem Confratribus, qui diebus feriatis hanc Doctrinam Christianam, aut publicè, aut privatim explanaverint, centum dies.

§. 15. Nec non omnibus, & singulis Praeceptoribus, qui diebus festivis discipulos suos ad Doctrinam Christianam duxerint, eoque illam docuerint, septem annos.

§. 16. Quique diebus feriatis in propriis scholis eandem doctrinam explicaverint, centum dies.

§. 17. Sacerdoti etiam d. Archiconfraternitatis, qui in Ecclesia, seu Oratorio illius Confraternitatis verbum Dei prædicaverit, aut collationes fecerit, licet illo die non intervenierint in aliqua schola docendi causa, septem annos.

§. 18. Omnibus autem singulis Patribus, & Matribus familias, qui in suis domibus, liberis, famulis, & familiaribus utriusque sexus Doctrinam explanatory, qualibet vice id fecerint, centum dies.

§. 19. Item Confratribus, qui per civitatem Viros, Mulieres, aut pueros ad Doctrinam Christianam ducendi causa circumjacent, septem annos.

§. 20. Eisdem autem Confratribus, qui extra Civitatem ad illam docendam per Castella, & Villas exierint, decem annos.

§. 21. Item eisdem Confratribus, qui disputationibus, que in scholis d. Archiconfraternit. fieri solent, interfuerint, ducentos dies.

§. 22. Omnibus item, & singulis Christifidelibus, qui per medium horam doctrinam, aut docendi, aut di-

scendi gratia studuerint, centum dies:

§. 23. Eisdem etiam Confratribus, qui infirmos dicta Archiconfraternit. visitaverint, quoties id fecerint, ducentos dies.

§. 24. Quoties verò Sanctissimum Eucharistia Sacramentum ad infirmos defertur, comitati fuerint, septem annos.

§. 25. Eisdemque Confratribus, qui corpora Confratrum, & Consorum defunctorum, & defunctorum, ad sepulturam associaverint, aut exequis anniversariis, officiisque, que pro eis celebrantur, pro eorum animabus processantes interfuerint, tres annos.

§. 26. Ac quoties divinis Officiis, & Congregationibus publicis, vel secretis dicta Archiconfraternitatis intervenient, ducentos dies.

§. 27. Eademque Indulgentiam consequantur quandocumque Processionibus à locorum Ordinariis sub vexillo dicta Archiconfraternitatis prescribendis interfuerint.

§. 28. Item omnibus, & singulis utriusque sexus, & cuiuslibet etatis Christifidelibus ad Doctrinam Christianam descendam in dictis scholis, convenire solitis, qui peccata sua quolibet B. Marie Virginis, aut alio festo à Superioribus dicta Congregationis determinando, confessi fuerint, tres annos, ii verò, ad communicandum habiles sunt, si dictum Eucharistia Sacramentum devote sumpserint quinque annos.

§. 29. Praterea quolibet die dicta Congregatio in quavis Civitate, vel Terra publicabitur, omnibus, & singulis utriusque sexus Confratribus, dicta Confraternitatis, verè paenitentibus, confessis, ac communicatis, septem annos, & tandem quadragenas de eis injunctis, seu alias quomodolibet debitum paenitentis, misericorditer in Domino concedimus, & relaxamus.

§. 30. Nostra praterea intentionis esse declaramus, quod indulgentie, gratia & indulta predicta intelligantur, ac sint concessa cuivis Confraternitati canonice erecta, seu erigenda in qualibet Orbis parte statim, ac predicta Archiconfraternita-

nitati, iuxta constitutionem fel. record. Clem. Papæ VII. predecessoris nostri fuerint aggregata, nec absque aggregatione hujusmodi gratiarum, & Indulgentiarum predicatorum participes ullo modo esse possint.

§. 31. Declarantes nihilominus, quod cum una Confraternitas Doctrina Christiana unius Civitatis aggregata fuerit, intelligentur, & sint omnino aggregatae reliqua omnes utriusque sexus ab Ordinario loci erecta, & erigenda, earumdemque Indulgentiarum, & gratiarum predicatorum participes sint. Non obstantibus &c. datum &c. 6. Octobris 1607.

<sup>101</sup> Ulterius Pius V. concedit omnibus Christifidelibus, qui confraternitati adscripti sunt Indulgentiam quadraginta annorum, toties quoties, vel doceant, vel discant doctrinam Christianam, & in ea docenda, & discenda occupati sint.

Gregorius XIII. indulgentias praedicas confirmavit, & alios centum dies adjunxit.

<sup>102</sup> Clemens VIII. concessit confratribus utriusque sexus primo die eorum ingressus, dummodo confessi sint, & communione refecti, nec non in articulo mortis, eo modo quo concessit Paulus V. in supra relata Bulla §. 9. indulgentiam plenariam.

<sup>103</sup> Similiter idem Pontifex omnibus confratribus, qui exercitantur in hoc opere, tertia Dominica cuiuslibet Mensis, confessis, & verè paenitentibus, & communione sacra refectis, orantibus, pro Principibus Christianis, extirpatione hæresum, & exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ indulgentiam plenariam elargitur.

<sup>104</sup> Item omnibus Confratribus, qui intersunt Congregationibus, aut docent Doctrinam Christianam, toties quoties in his occupati sint, centum dies de vera Indulgentia concedit.

Quas Indulgentias referunt Synodus Farensis in Appendice pag. 474. Æsina secunda pag. 1. 8. Synodus Cesenaten. pag. 335.

<sup>105</sup> Erectio autem Confraternitatis ab Ordinariis locotum facienda in Visita-

tione, vel extra, fieri poterit modo sequenti.

## FORMULA

### Decreti erectionis.

**C**onsiderantes nos jure optimo tam à Sacr. Concilio Trident. quam à pluribus Summis Pontificibus Statutum, & jam à saeculo, & ultra maximo Ecclesiæ Dei bono observatum fuisse, ut pueri, & puellæ singulis Dominicis, & aliis festivis diebus, fidei rudimenta, obedientiam erga Deum, & Parentes aliasque Christianas virtutes ab iis ad quos spectat, edocerentur, ut hac ratione qui ad Mundi voluptates sequendas natura propria sunt, Christiana pietate eruditæ de virtute in virtutem proficientes, Christi Domini imitatores efficiantur, atque cum hoc consilio nonnulli probitatis viri zelo charitatis accensi pro Divini cultus augmentatione, in quibusdam Ecclesiis hujus nostræ Civitatis: pueros, & adultos quoscumque summa pietate, & diligentia Doctrinam Christianam docere satagant; pro nostro Pastoralis Officii munere hoc pium, Christianæque Reipublicæ necessarium opus, ex quo haec tenus uberrimi fructus provenerunt, ac ubiores post hac perventuros speramus, ex animo amplectentes, illudque in hac nostra Civitate, & Diœcesi augeri cupientes, Congregacionem sive Confraternitatem, sub *Doctrina Christianæ* nomine dictorum proborum hominum utriusque sexus in albo descriptorum, qui in dicto pio opere exercentur in nostra Cathedrali Ecclesia N. perpetuò erigimus, & autoritate nostra ordinaria erectam esse volimus, & declaramus, ac instituimus, eique sic canonice erectæ, & institutæ administratorem, & Protectorem Capitulum Canonicorum ejusdem Cathedralis constituiimus, & deputamus, cum facultate adhibito consensu D. Protectoris statuta pro felici regimine d. Confraternitatis, licita tamen, & honesta concedendi, & quoties opus fuerit, immutandi, quæ tamen nostræ, & suc-

successorum nostrorum moderationi, & correctioni in omnibus semper subjecta remaneant, ad formam Constitutionis 115. Clementis Bap<sup>t</sup>e VIII. Et ita erigimus, instituimus omni, &c. datum, &c.

fraternitas fructus, participes sint. Datum 26. Martii 1711.

I. M. Card. Gabriellius Praef.

Raphael Cosmus de Hieronymis Sec.

*N. Episcopus N.*

*N. Cancell. Episcopalis.*

Facta creatione, procuranda erit aggregatio à supradicta Archiconfraternitate Urbis ad hoc, ut Confratres participes esse possint de indulgentiis à Paulo V. concessis, quæ aggregatio postquam obtenta fuerit, cæteræ Confraternitates Diœcesis hujus nominis, non indigent ad dictum effectum alia aggregatione, ut habetur in supra relata Bulla §. 31. & ad removendum omne dubium declaravit Sacr. Congreg. Indulgentiarum sequenti decreto.

Cum Venerabilis Archiconfraternitas Doctrina Christianæ posita in Ecclesia S. Martini de Urbe, Sacr. Congregationi Indulgentiarum humiliter exposuerit, sepius à nonnullis dubitatum fuisse, an attenta Bulla San. Pauli V. edita, quæ incipit: Ex credito satis sit, ut una Confraternitas ejusdem instituti in aliqua Civitate aggregetur, ad hoc, ut cunctæ alia similes Confraternitates ab Ordinario loci erectæ, seu erigende, aggregata pariter censeantur, vel potius insuper requiratur, ut singule Confraternitates, quæ in tota Diœcesi eriguntur, ab Archiconfraternitate seorsim aggregationem suscipiant: Cumque pariter supplices preces porrexerint, ut Eminentiss. P. P. ea de re suum Oraculum proferre dignarentur: Eadem Sacr. Congregatio, etiam si verba prædicta Bulle satis clara viderentur: Tamen ne ullus imposterum dubii locus superesset, die 23. Martii 1711. declaravit sufficere, ut aliqua Confraternitas Doctrina Christianæ in una Civitate Archiconfraternitatis aggregata sit, ad hoc, ut cunctæ aliae ab Ordinario loci in tota Diœcesi erectæ, seu erigende aggregata censeantur, & omnium spiritualium gratiarum, & Indulgentiarum, quibus dicta Archicon-

fraternitas quaruncunque Confraternitatum, quæ aggregati cupiunt Archiconfraternitatibus Urbis tam Secularium, quam Regularium, edocti sint de expensis, quæ sunt pro aggregatione obtinenda, & ne indebet graventur, datur subnexum Decretum.

Congregatio Illustrissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium à Sanctis. D. N. Paulo Divina Providentia Papa V. Indulgentiarum moderationi præfeta, cum acceperit nonnullos Archiconfraternitatum Alma Urbis Ministros in litteris parentibus Aggregationum expedientis mercedem à Confraternitatibus aggregandis, eorumve procuratoribus pretendere, & extorquere, contra fel record. Clementis Octavi hoc de genere edita constitutionis dispositionem, quæ expresse cautum fuit, ut littera hujusmodi ab Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omnino, ac nulla prorsus mercede etiam à sponte dampibus accepta, expediri, & concedi debeant; si vero illorum Ministri Superiori, vel Officiales quocumque nomine nuncupati, quavis autoritate, privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contravenire præsumperint, erectiones, institutiones Indulgentiarum, &c. communicantes, nec non aggregationes, per ipsos facienda, seu revocanda nullius sint roboris, ac momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, & Officialium, & aliorum prædictorum, privationis Officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtainenda, pœnam, quæ ab alio, quam a Romano Pontifice remitti non possit, incurrat eo ipso; Ne abusum hujusmodi ulterius serpere, ijsaque Archiconfraternitatis sumptibus propter faciendis minimum gravari patitur, specialis Sanctitatis sua ordine vi-

væ

ve vocis oraculo habito , præcipit , ac sac. Congreg. Concilii , ut in civitatibus Ducalis 7. Auguſti 1683. &c in Verulana mandat omnibus , & singulis earumdem Archiconfraternitatum , tam Seculari 30. Martii 1686. in Celenaten. 26. Februarii 1695. in qua cum effet Statutum : Ut si vel Religionem aliquam , aut Congregationem ingredi voluerint , vel ad statum laicalem redire , sumptus seminario refundant : Reclamante Civitate aduersus decreta Synodi ; jussit , ut deleretur prohibito ingrediendi Religionem , quia in hoc caſu Alumni non deferunt statum Clericalem , sed strictiori vinculo illi ſe alligant .

Et in Nonantulana proposito dubio : 109

An fervanda ſint conſtitutiones Synodales , quibus cavitur dandam eſſe ab Alumnis fideiūſionem , de reſtituendis ali- mentis , & expenſis pro eis factis caſu quo ipſi propria culpa ad Sac. Ordinem presbyteratus non promoveantur ?

Die 1. Decembris 1685. reſponſum ſuit Affirmatiue , ita ut pro pauperibus ſufficiat obligatio Conjanctorum , lib. Decr. 36. fol. 486.

Eod. tit. 13. form. 8. pag. 151.

Num. 5. Qui habent juſ nominandi 110  
Concionatorem , debent illum nominare in termino à Synodo Diocesana præcripto , ſcilièt , vel ante festum Nativitatis Domini Noſtri Iefu Christi , vel duobus mensibus ante Quadragesimam , aliàs nominatio devolvitur ad Episcopum ,  
Sacr. Congreg. Concilii in Narnien. 24. Febr. 1652. lib. poſit. fol. 383. & 446.  
& in Theanen. 14. Aprilis 1685. Præfigi- tur autem hoc tempus nominare debenti- bus ad hoc , ut Episcopus , de moribus , & qualitatibus electi poſſit ſe instruere , & informare .

Prohibere quoque poterit Episcopus 111  
Regularibus ne prædicens etiam ſub po- nis cenzurarum , hora , qua ipſe Episco- pus in ſua Cathedrali prædicat , & quando ex cauſa publica convocatis Clero , Magistratu , & Populo , coram ſe præ- dicare facit ſolemniter , ut inſtante Ar- chiepiscopo Urbini censuit , & declaravit Sac. Congreg. Concilii 3. Febr. 1652. lib. poſſit. 198. f. 448.

Tit.

108 Num. 18. Statuta Synodalia , quibus  
cavetur , quod Alumni ſeminarii prætent cautionem de reficiendis ali- mentis , qua- tenus redirent ad ſeculum , & statum Clericalem defererent , pluries probavit

Tit. 14. form. I. pag. 159.

112 *Num. 6. Quod Cathedricum solvi debeat Episcopo, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, iterum declaravit Sac. Congreg. Concilii in Amalphytana 5. Septembbris 1705. illudque deberi à die adeptæ possessionis respondit in eadem Amalphytana 26. Febr. 1707.*

113 *Num. 8. Quantitas duorum solidorum pro Cathedratico solvendorum juxta cap. requirente, de Offic. Ord. reducitur ad aestimationem duorum Ducatorum in Regno Neapolitano, ut declaravit Card. Ursinus in sua Synodo Beneventana anno 1687. cap. 15. de Cathedrat. & in Edicto 6. ibidem registrato pag. 19. alibi autem duorum scutor. monetæ usualis loci, ut in eodem Edicto §. 10. auctoritate probatur. Verum hæc reductio, seu*

114 *aestimatio erit sequenda, quando non constet in præteritum in minori summa fuisse solutum: Nam si in minori quantitate exactum fuisse ab Antecessore constaret, tunc in hac minori summa esset solvendum, ut Sac. Congreg. Concilii declaravit in allegata Amalphytana, in qua ad rationem carolenorum septem, Cathedricum solvendum esse censuit juxta solutum.*

115 *Num. 14. Quarta funeralis debetur Parocho ab Ecclesiis Regularium quantumvis exemptorum, quando eis fuit concessa Monasterii fundatio cum clausula: Salvis juribus Parochialibus, Barb. de jur. Eccles. lib. 2. cap. 24. num. 11. Caren. resol. 249. num. 5. vel cum alia clausula: Salva justitia Ecclesia Parochialis, quæ idem sonat Rot. decis. 83. num. 3. & seqq. post Tambur. de jur. Abbat. Pignatell. conf. 216. num. 18. tom. 4. imò Regulares privilegiati illam solvere tenentur, si per notabile tempus solvere consueverint, ut ostenditur in subnexa mea allegatione pro Parocho amico exarata recenter.*

*Æsina, seu Senogallien. funerum.*

Em. D. Quamquam litigantium iuria calamo sustinere in foro mez non sint partes, tamen quia nihil honorabilius cultu veritatis l. cum ita legatum, de condit. & demonstr. Mantic. de conject. lib. II. tit. 12. num. 37. adhuc in hac causa pro Parocho mibi antiqua amicitia conjuncto, & coram Eminentiss. P. P. quid pro mea tenuitate sentiam votum pandere compellor. Et præscindendo ab his quæ cadunt sub disputatione Primi, Quarti, & Quinti Dubii, & defensioni Causæ Patroni, ac D. in Jure scribentis relictis; ea quæ ad Secundum, Tertium, & Sextum dubium pertinent, perstringam, & Parochum super his bonum Jus fovere, rationum favore ostendam.

Et insciendo à secundo Dubio, in quo quæritur: *An Parochus Castri S. Marelli, teneatur associare cadavera usque ad Januam Ecclesia P. P. sita in aliena Diœcesi?* Ne Altare contra Altare erigatur, reflectendum venit, quod cadavera defunctorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesia P. P. Minorum, licet ab ipsis è Domo defuncti levavi, & ad Ecclesiam tumulantem efferi non valeant, nisi vocato, & expectato defuncti Parocho, juxta præscriptum à Leone X. in Concilio Lateranensi sess. II. nihilominus quatenus Parochus ad associandum cadavera ire recusat, non cogitur invitus adesse, prout declaravit ista Sac. Congregatio suo Decreto generali per viam legis emanato anno 1604. & cum quo hac in re hodie vivimus: in eo autem habentur, hæc verba: *Hujus Decreti tenore statuit prædictis Fratribus Ordinis Minorum, aliisque quibusvis Regularibus, &c. Nullo modo licere etiam specialis aliquius consuetudinis praetextu Parochias, cum Cruce processionaliter, aut alias ad offerenda, & levanda defunctorum funera intrare, vel illa levare & offerre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem presente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat,*

rat, vel nisi requisitus, venire expressè omnino recuset: Et illud referunt. *Quarant. in Summ. Bullar. verb. privilegia Regular. Gratian. discept. 492. num. 45. Donat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 10. quest. 12. num. 5. Lantusch. Theatr. Regular. verb. Exequia, num. 5. Nicol. Lucubr. civil. lib. 4. tit. 15. num. 25. Pafferin. de Stat. hom. 2. quest. 187. art. 4. num. 153.*

Hinc igitur oritur, quod cum associatio Parochi ex hac præscripta lege sit libera, & facultativa, non potest, neque debet trahi ad obligationem præcisam, adeo ut etiam volens, teneatur associare cadavera in ecclesiam Regularium tumulanda, nisi velimus statim contradicere, imd, & destruere Concilii Lateranensis, & dicti Decreti dispositionem, & id, quod in favorem Parochorum sanctum fuit, in eorum odium, & gravamen rectorum, contra juris principia, & communem DD. etiam Regularium sententiam: qui firmant Parochum ad associandum Cadavera in illorum Ecclesiis tumulanda, non teneri, si renuat, nempe *Samuel de Sepultur. disp. 4. controv. 14. concl. 5. ibi: Parochus requisitus ad suum Parochianum defunctum associandum ad Ecclesiam Regularium, in qua sepulturam eligit, si venire recuset, aut venire non valeat, sive nolit, esse non debet difficilis ad licentiam praestandam, alias Regulares uti debent jure suo, Donat. prax. rer. regul. tom. 3. tract. 10. quest. 40. ibi: Bene tamen verum est, quod si Parochus vocatus ad funus, noluit accedere, potest sepeliri sine suo interventu, Pafferin. de Stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. num. 169. inquit: Quamobrem si Parochus nollet interesse funeri, & levare corpus, possunt Regulares sine Parocco illud sepelire, & infra: Sed Leo XI. omnem sustulit dubitationem, & voluit quod necessaria esset Parochi presentia, si ipse vellet adesse, & iterum num. 189. Debent vero Regulares monere Parochum, sed si ipse renuat fungi officio, ipso millies invito possunt Regulares etiam corpus levare, & hos sequitur Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 34.*

Ex his patet, quod prætensione PP. Mi-

norum adversariorum, scilicet quod noster Parochus teneatur etiam invitum (quamquam ipsi nolint ad corpus levandum venire) cadavera Parochianorum, qui sibi ipsis sepulturam elegerunt, in eorum Ecclesiam sitam in aliena Dioecesi, deferre, & associare, est contraria Canoniciis Sanctionibus, DD. sententiis, irrationalis, & à jure valde exorbitans; adeo ut resolutio capta super isto dubio die 18. Novembris 1707. qua declaratum fuit, Parochum teneri, nullo modo possit subsistere; sed omnino ab ea recedendum videtur, vel saltem reducenda ad terminos laudati Concilii Lateranen. nam decreta, quæ ex adverso allegantur, quibus resolvitur, quod Parochus teneatur associare funus, usque ad Januam Ecclesiæ Regularium, sunt intelligenda cum modificatione contenta in dicto decreto generali istius Sac. Congregationis scilicet, dummodo Parochus funeri interesse, & officium facete velit, ne illud destruatur, & firmant authoritates allegatae.

Præterea asserta localia decreta (quatenus adsint) procedunt, quando Ecclesia Regularium sita est in eodem loco defuncti, & in eadem Dioecesi, in quo, seu qua Regulares pro Cura, & Salute animarum laborant, & Parochum coadiuvant, qui est finis primarius mutui laboris, & concessionis Privilegiorum, non autem merentur allegari in hoc casu, in quo Conventus, & Ecclesia PP. sunt sita in Dioecesi Senogallien. & distant à Parochia Castri S. Marcelli Aesinae Dioecesis per unum milliare, & nullum lucrum Spirituale pro suis Parochianis, Parochus ab eis reportat, & ad quorum Ecclesiam numquam associavit cadavera illorum, qui ibi sepulturam elegerunt, ut probant Testes Processus remissorialis: quæ observantia sola sufficeret pro executione excitatae prætensionis, cum certum sit, quod in materia associationis funerum, totum facit consuetudo locorum, Gratian. dict. disceptation. 492. numer. 7. Pafferin. de Stat. homin. loco supra citato, numer. 171.

Quamobrem quoties PP. Adversarii volunt recipere in eorum Ecclesia ca-

da-

davera defunctorum Parochiæ Sancti Marcelli , qui in ea sepulturam elegunt ; postquam erunt ab hæredibus de tali electione certiorati , debent accedere ad levandum Parochum , prout Decreta Sacr. Congreg. Rituum prescribunt , & illum requirere , & ad associandum invitare , ad hoc , ut tam ipse , quam 221 iudicem Fratres , unanimi inter se voluntate , & ea , quæ patet , charitate , ultima Christianæ pietatis officia defunctis praestent , quamvis invitati non fuerint , quia eo ipso , quod Testator mandavit suum corpus ibi sepeliri , statim spectat ad ipsos Fratres judicio defuncti , & præsumit , quod etiam voluerit , eosdem prosequi , & associare ejus funus , ex regula , quod qui vult consequens , voluerit antecedens , prout ita arguendo docet Passerin. superius citatus num. 189. inquiens : Debent vero Regulares monere Parochum , sed si ipse renuat fungi officio , possunt cum Cruce ingredi Parochiam , & etiam corpus levare , & ad sepeliendum processionaliter deferre . Sed immo etiam non sint invitati , habent jus accedendi ad funera , cum mortuus sepeliendus est in eorum Ecclesia , & præsumi possit , quod hac fuerit mens ejus . Hoc enim præsumi posse affirmant Bordon. nam ex quo Testator reliquit suum corpus sepeliri , præsumitur , quod etiam voluerit eosdem prosequi ejus funus , quia præsumitur voluisse antecedens , qui voluit consequens .

Et hoc certius practicandum venit in casu nostro , eo quia Parochus , sive Curatus Castri S. Marcelli est unicus , & sine Coadjutore : qui ideo , ne cura Animarum per ejus absentiam detrimen tum patiatur , ultra quartam partem milliarii ab Ecclesia Parochiali dicti loci , cadavera Defunctorum associa re non compellitur , ut Decreto Synodali statuitur , quod datur in Summa num... .

Quod vero ad tertium dubium , in quo queritur , An Parochus S. Marcelli ratione itineris , & laboris , possit exigere ab hæredibus defuncti duplum illius eleemosynæ , qua daretur in casu , quo ca davera esse sepeliendum in ejus Parochia ? Ad evitandum æquivocum , & solvendam

dubii propositi captiosam fallaciam est advertendum , quod in Diœcesi Aëna ( sicuti servatur in Urbe ) Emolumenta funerum quoad Parochum sunt in duplice differentia . Alia enim ei debentur ratione eleemosynæ associationis , de quibus participant etiam alii Presbyteri , & Clerici funeri interessentes , cum hac sola differentia , quod Parochus , tam in pecunia , quam in candelis duplum , alii vero simplum recipiunt , sive defunctus sepeliatur in Parochiali , sive in alia Ecclesia Seculari , vel Regulari , juxta dispositionem constitutionum Synodalium clar. mem. olim Card. Mei Petrucci , de quibus in Summa num... .

Alia autem eidem dantur pro portione Canonica , sive quarta funerali , ratione curæ , scilicet ceræ , aliarumque rerum , quæ cum funere , & circa cadaver in Ecclesia deferuntur , & exponuntur , juxta Sancta in Clementina dudum , verum , de sepulture .

Si ergo loquamur de primis , extranea prorsus sunt Decreta , quæ magna pompa ex adverso allegantur , prohibentia majorem eleemosynam exigi pro tumulatione cadaverum , quæ fit in Ecclesia Regularium , quam recipiatur in propria , quia eleemosyna , quæ in Synodo vocatur la doppia , & quæ regulariter non excedit mercedem aliorum associantium in uno Julio , solvit Parochus ab hæredibus Defunctorum , sicut ceteris assitantibus , tamquam emolumentum laboris in eadem Summa , sive Cadavera sepeliantur in Ecclesia Parochiali , seu Regulari , eo quia ipse plus ceteris circa defunctum labo ravit .

Et est adeo verum , ut ipsa Synodus per me ( munere Vicarii Generalis fungente ) extensa in titulo de funeribus idem quod Decreta opposita dantur , expresse prohibet his verbis : Parochi , aliisque Ecclesiarum Reffores tam Seculares , quam Regulares , majorem eleemosynam pro defunctis effundendis in Ecclesiis Regularium , in quibus elegerunt sepulturam , quam ipsis solvatur quando tumulantur in propriis Ecclesiis , nullo modo exigant , sub pena nobis arbitaria .

Hinc

Hincum cum noster Parochus nihil  
ab hæredibus defunctorum sepeliendo  
rum in Ecclesia PP. Minorum exigat ,  
præter mercedem taxatam in Synodo ,  
ab omnibus aliis Ecclesis tumulanti-  
bus solvendam , nec exigere prætendantat ;  
super hoc secundo dubio , (gratis pro-  
posito) nulla alia cadere potest respon-  
sio , quam ista , *Servetur Synodus* ; quam  
in hac parte taxæ funeralium etiam Re-  
gulares servare debent , ut firmat pluri-  
bus cumulatis *Romag. ad Synod. Gerund.*  
*lib.3. tit.9. cap.3. num.48.* & *tit.17. cap.18.*  
*num.11.*

<sup>122</sup> Immò addo quod ubi adeat consuetu-  
do , vetitum non est duplum eleemosy-  
næ recipere pro associatione , quando  
in delatione funeris exeendum est extra  
Portam Civitatis , vel loci (ut h̄c) pro-  
ut decimatum fuisse à Sac. Congreg. in una  
*Placentina de anno 1669. testatur Nicol.*  
*Iacob. civil. lib. 4. tit. 15. num. 22.*  
vers. per hoc tamen , quamvis cadaver  
esset sepeliendum in Regularium Ec-  
clesia .

Si verò sermo sit de secundis emolu-  
mentis , & sic de Quarta funerali , quæ  
cadit sub 6. dubio , & hæc quoque juxta  
solitum deberi perspicuum videtur , non  
obstantibus magnificatis privilegiis ,  
quia cum assistentia juris , quam pro se  
habet Parochus exigendi Quartam fu-  
neralem ab Ecclesia tumulante , con-  
currit longeva observantia nedium trī-  
ginta , & quadraginta , sed centum fere  
annorum . Etenim à die fundationis  
Conventus Belviderii , sequutæ anno  
1614. usque ad annum 1706. in quo lis-  
mota fuit , Parochus noster pro tempo-  
re Quartam funeralem exegit pro tu-  
mulatione illorum Parochianorum ,  
qui Sepulturam elegerunt in Ecclesia  
PP. Adversariorum , qui illam solverunt  
sine contradictione , ut Testes for-  
miter examinati deponunt Summa-  
rio N.

Et licet prædicti testes non deponant  
dum requisitis glossa in cap. 1. de præscript.  
sufficit ad intentum nostrum , ut inclu-  
dant (prout concludenter includunt , )  
tempus aptum ad præscribendum , nam  
ait *Surd. consil. 262. num.26.* & *27. Si*  
*haberi non possint , ad probardam obser-*

*vantiam temporis immemorabilis testes ,*  
*si valeant de tanto tempore deponere ,*  
*tamen si probetur , ita per decennium*  
*fuisse servatum , remanebit etiam proba-*  
*ta presumptivè observantia , retrofluxi*  
*temporis , & eum sequitur Rot. decis. 403.*  
*num.5. par.4. tom.2. rec. & coram Merl.*

*decis. 40. num. 2. Qua observantia , seu*  
*consuetudine stante , asserta privilegia*  
*eximentia PP. Minores S. Francisci à*  
*solutione d. Quaræ non suffragantur ,*  
*cum enim sint onerosa ; & lèdant jus*  
*tertii , per non usum , & fortius per con-*  
*trarium usum , (ut h̄c) amittuntur , &*  
*præscribuntur , ut probant text. aperti*  
*in terminis privilegii eximentis Regulari-*  
*res à solutione decimatum , in c. si de ter-*  
*ra , & in cap. accendentibus , de privileg. &*  
*communiter tradunt Barb. in d. cap. si de*  
*terra , num.7. Cherubin compend. Bullar.*  
*ad constitut. 2. Pauli 3. Schol. 2. Piasc. in*  
*prax. part. 2. cap. 3. art. 6. de visit. regular.*  
*num.59. ver. habentur iſſe declarationes :*  
*ubi in individuo de observantia contra-*  
*ria privilegio non solvendi Quartam*  
*funerale Caren. resolut. 246. num. ver.*  
*& cum in hoc , Amostaz. de causis piis*  
*tom. 2. lib.6. cap. 3. num. 38. & duob.*  
*seqq.*

Haneque sententiam , auditis , &  
acriter scriptis , & voce informantibus  
Procuratoribus Generalibus Ordinum  
Regularium privilegiatorum , sequuta  
est *Sacr. Congreg. Concilii in illa celebri*  
*Mantuana Quartæ 18. Junii 1609. in*  
*qua rescriptum fuit in casu , & loco de*  
*quo agitur , servandam esse consuetudinem ,*  
*ea potissimum ratione , (ut mihi retu-*  
*lit dignissimus Card. meus Petruccius*  
*unus ex Judicibus) quia talis consuetu-*  
*do est laudabilis , & favorabilis , & pro*  
*se habet juris assistentiam , & ideo ser-*  
*vari debet , ut docet glossa in cap. 2. verb.*  
*consuetudinis , de consuetud. quamquam*  
*præscripta non esset , ut notabiliter am-*  
*pliat alia gl. in c. fin. vers. consuetudo , eod.*  
*tit. in 6. Et quoniam ita sit regressio ,*  
*& reversio ad jus commune , & etiam*  
*quia facilius tollitur concessum ex privi-*  
*legio , quam concessum à jure communī*  
*Passerin. in cap. si adversus num.37. de*  
*ref. in integr. in 6. Et demum quia ma-*  
*jor ratio gravaminis vigeret in Ecclesiis*  
*Pa-*

Parochialibus, quibus debetur quarta fū-  
neralis de jure communi, quam in Ec-  
clesiis Regularium exemptis de speciali  
*Fagnan.* in cap. nuper num. 6. de decim.  
Et ideo quantum fieri potest, privilegia  
aliis præjudicialia, ad juris consonan-  
tiam reducenda sunt, ut inquit *Innoc.* in  
cap. dudum, num. 2. de privil. & excess.  
privileg.

Ad quæ oculos convergens ista *Sacr.*  
*Congreg.* *Episcop.* & *Regular.* in præliba-  
to Decreto generali in principio allega-  
to, jussit consuetudinem locorum hac in  
re esse servandam illis finalibus verbis:  
*Atque ita observari mandat, & distri-*  
*Etè præcipit, firmis ceterisque, & in suo*  
*robore permanentibus iis omnibus, que*  
*super quartu funerum, & canonica por-*  
*tione à Sacris Canonibus, & Concilio-*  
*rum Decretis, summorumque Pontificum*  
*Constitutionibus haetenus sancta sunt:*  
*vel alias ex particulari consuetudine, vel*  
*alio jure observantur.*

Et hæc profecto militare debent inspec-  
to tempore præsenti, in quo Conven-  
tus, & Monasteria Regularium privile-  
giatorum; habito respectu ad tempus  
concessionis privilegiorum in triplo,  
& quadruplo aucta, & multiplicata sunt,  
adeout Ecclesiæ Parochiales-Sæculares,  
fere ubique, non solum diminutionem  
oblationum, & eleemosynarum fide-  
lium, passæ sunt, sed illis penitus  
carent, & privantur: ex quo fit, ut  
Parochi, & Rectores in administra-  
tione Curæ Animatum pigri, negligentes,  
& socordes evadant: ideoque cum  
talia Regularium privilegia nostro hoc  
ævo sint Parochialibus Sæcularibus Ec-  
clesiis valde onerosa, & lœsiva, ubi  
non vigent, non sunt vivificanda, sed  
potius reducenda ad æquitatem, & ra-  
tionabilitatem juxta terminos *Text.* in  
cap. suggestum de decim. ubi *Barbos.* num.  
4. & alii Canonistæ communiter, gloss.  
in cap. decet, verb. ex hac regula de re-  
gul. jur. in 6. *Card.* de *Luc.* de regul.  
disc. 5. num. 8. Præsertim attenta mente  
Summorum Pontificum, qui in confirma-  
tione talium privilegiorum, solent ap-  
ponere clausulam. *Quatenus* sint in usu,  
& Sacris Canonibus, ac Decret. *Sac.*  
*Congreg.* Trid. non adversentur, ut ad-

vertit *Pias.* in prax. p. 2. cap. 3. art. 6.  
de visit. Regular. num. 75.

His positis, non obstant propugnacula,  
ad quæ solent PP. Adversarii confu-  
gere, nempe, Primò, quod Fratres Con-  
ventus Belviderii, non potuerint eorum  
facto præjudicium inferre Religioni, cui  
fuerunt privilegia concessa. Secundò,  
quod privilegia habeant in ventre clau-  
sulam Decreti irritantis, quæ inficit ti-  
tulum, & possessionem, claudit os parti,  
& tollit Judici facultatem, aliter ju-  
dicandi. Tertiò, quod contra nostram  
observantiam fuerint protestati, & re-  
mansiérunt interrupta præscriptio.

Nam primum objectum forsitan proce-  
dere posset in privilegio nulli oneroso,  
& non contrario dispositioni juris: ce-  
terum in nostra hypothesi, in qua ladi-  
tur jus commune, & grave præjudicium  
Ecclesiis Parochialibus insertur, Reli-  
giosi particulates Conventus, qui regunt,  
& administrant, per actus contrarios pri-  
vilegio gestos, concurrere præscriptione  
Conventui, præjudicant, & privilegium  
amittunt, neque possunt amplius illo se  
tueri, ut respondit Papa in d. cap. si de  
terra, & d.c. accendentibus, de privileg.  
ubi *Innoc.* & alii supra in §. & licet Rot.  
coram Coccin. decisi. 52. num. 8. & admit-  
tunt Assertores privilegiorum, nempe  
*Donat.* prax. rer. reg. tom. 3. tract. 12.  
quest. 7. num. 18. ibi: *Ex his bene colli-*  
*ges privilegia Regularium, quæ alias o-*  
*nerosa per non usum amitti, spatio à le-*  
*ge præscripto, seu sunt illa exemptionis*  
*à decimis.* *Pirbing.* in jus can. lib. 5.  
tit. 33. num. 178. inquiens: *Privilegia ne-*  
*gativa, quæ in non faciendo consistunt,*  
& aliis onerosa sunt, sive gravamen in-  
ferunt, ut est privilegium immunitatis à  
solvendis Decimis, vel tributis, amittit  
ur per actum directè contrarium pri-  
vilegio: primo per modum præscriptionis,  
si nimis post actum contrarium sine  
protestatione factum, decurrat legitimum  
tempus ad præscriptionem sufficiens, &  
paulo post num. 181. private, & singula-  
res persona non possunt expresse renun-  
ciare privilegio concesso Ecclesia, vel Re-  
ligioni, nec tacite per contraventionem,  
& factum contrarium, nisi legitima pre-  
scriptio accesserit.

Ne

Neque per hoc tollitur privilegium Religioni, sed observantia contraria privilegio, illud admissit à Conventu, seu Conventibus particularibus, qui ad servandam juris dispositionem, & æquitatem, ad fovendum inter Ecclesiasticos pacem, & Christianam Charitatem, laudabiliter passi sunt per notable tempus quartam funeralis solvere, prout fecerunt P. P. Conventus Belvideri juxta terminos citatae resolutionis in Mantuana, & Doctrinæ gloss. in d. cap. si de terra, de privil. in verb. tanto tempore ibi: Sed propter hec quantum ad alios non perditur (id est privilegium) Panorm. in cap. cum accessissent, de const. qui ait, quod privilegio Universitati concessio non utens, utenti non præjudicat. Unde cessat objectum præjudicii Religionis.

128 Ad secundum objectum responderetur, quod cum non agatur de Constitutionibus Papæ emanatis pro bono publico, & per viam legis in universum, quibus privatorum non usus, vel contrarius usus, & sic factum privativum, vel negativum præjudicare non potest: Sed de privilegiis, & indultis particularibus per viam gratiæ concessis, in quibus quisque potest suo juri, & favori renunciare; clausula Decreti irritantis nihil operatur, quia intelligitur si pars ad cuius favorem apposita fuit uti voluerit: Unde nihil prohibet, quin ex non usu legitime præscripto talia privilegia odiosa, & onerosa, tanquam ex tacita renunciatione, suam operationem amittant, ut tenent, & docent Gratian. d. discept. 492. num. 19. Gonzal. ad regul. 8. cancell. gloss. 67. num. 52. & 53. Fagnan. in cap. cum accessissent num. 25. & 26. de Confess. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 7. post num. 6. ubi quod haec distinctio communiter recepta, vera, & rationabilis est, quam amplexa fuit Rot. in Romana Juris legendi 9. Januarii 1696. paragr. verum etiam, coram Muto.

129 Tertiò objecto dupliciter responderetur. Primo, quod unica protestatio, quæ assertiur facta de anno 1684. non potuit elidere, & interrumpere obser-

Mon. celi, Formul. Suppl.

vantiam, jam tunc præscriptam Rot. coram Coccin. decis. 2305. Et in terminis solutionis quartæ funeralis coram Millin. decis. 49. num. 4. Non obstante replicatione, quod cum non constet per testes, neque per scripturas, quod in tempore antecedenti evenerint casus in quibus uti potuerint, & non fuerint usi privilegio, dici non valeat præscriptionem de tempore protestationis fuisse completam.

Quia hoc clarè evincitur, tum ex iuris præsumptione propter præsentem observantiam, ut supra firmatum fuit in §. Et licet: Tum ex ordine transmisso ab olim, clar. mem. Cardinali Cybo tunc temporis Episcopo Aesino de anno 1688. quo Curato, & P. P. injungebatur ut in exequiis, & solutione quartæ funeralis servarent solitum sumarium N. . . . ex quo actu, & mandato, redditur manifestum, observantiam solutionis, jam de eo tempore fuisse introductam, ex tradidit. à Rot. post Tambur. de jur. Abb. decis. 97. num. 17. quia solitum dicitur, quod plures observatum fuit, 130 Barb. diff. 376. num. 1. Alias enim si quartam funeralis ante annum 1668. non solvissent, justissimus, & prudensissimus ille Princeps talem ordinem dare non potuisset, neque dedisset: nec minus PP. Conventus illi acquieviscent, prout fecerunt, absque ulla alia protestatione.

Secundò responderetur, quod post dictam unicam protestationem, elapsi sunt alii viginti duo anni, in quorum cursu, quamquam plures occasio, & casus venerint utendi privilegio, PP. Adversarii illo usi non fuerunt, sed juxta solitum pacificè quartam Parocho relaxarunt, absque ulla protestatione, ut plenè probant Testes formiter inducti, & dati in hodierno sum. nu. . . Propterea, vel censetur dictæ unicæ protestationi renuncia, & ab ea recessisse, Ricc. collect. 259. & 865. & dixit Rot. coram Dunoz. jun. decis. 845. n. 13. & coram Cerr. decis. 455. n. 5. Vel saltem per lapsum tanti temporis, consuetudo solvendi Quartam, denuò inducta fuit gloss. supra citata in cap. fin.

E de

de consuet. in 6. Panimoll. decisi. 6. annot. 8. num. 44. & 45. & observanda venit, cum habeat juris assentiam, ut in terminis præcisissimis alias adductis probat Amofaz. de caus. p. i. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 40. Sicut enim differunt inter se præscriptio totæ, & præscriptio quotaæ 133 Quartæ Canonice, ut ait Ricc. in prax. num. 3. resol. 349. num. 6. & 7. Ita differt præscriptio consuetudinis, quæ habet juris assentiam pro se (in qua decem anni sufficiunt) à præscriptione consuetudinis, quæ juris habet resistentiam, in qua quadraginta anni cum titulo requiruntur, ut in puncto tradit Pias. in prax. par. 2. cap. 3. art. 6. de visit. regul. num. 74. & 75.

Hac etiam in rigorosa juris censura sufficiunt pro obtainenda in supra examinatis dubiis favorabili resolutione: at facilius superanda, & expectanda est ab hac Sac. Congreg. quæ non subjetat restrictioni rigoris regularum juris, sed cum regulis, & legibus prudentialibus pro rerum, & temporum qualitate regitur, & procedere solet, sola facti veritate inspecta, & æquitate, prout ita in hac nostra subjecta materia, procedendum esse monet practicus, & doctrina ornatissimus Card. de Luc. in tit. de Paroch. disc. 40. num. 10. ubi punctualissime hæc habet: Potissimum, quia in hac materia pro meo sensu, erroneous videtur, cum generalitatibus procedere, quodque potius inspici debet locorum, & Diocesum observantia, cui tanquam hujusmodi dubiorum interpreti deferri debeat: Ideoque damnari merentur innovations Regularium contra Parochium, quando observantia sit pro solutione hujusmodi quarta, sicuti è converso innovations Parochorum contra Regulares, quando observantia sit pro non solutione. Quamvis etenim ob legales subtilitates observantia attendi non solet in his, quæ adversus præscriptionem pro ea impedienda habentur dicto disc. 21. de judic. & aliibi præsertim ob solitum configuum decreti irritantis insufficientis quamcumque contrariaam possessionem, vel quia negligentia prædecessorum non possit præjudicare successori, vel respectivè universæ Religioni, &c. Attamen istæ videntur legulei-

ca superstitiones, pro meo judicio non de facili admittende in hac materia aliisque similibus controversiis inter ipsos Ecclesiasticos, ob scandala, quæ apud Populum exinde oriri solent, sed potius processi debent de bono, & a quo, & cum Religiosa simplicitate, & naturali veritate, attendingo observantiam de facto, ubi sit alicujus temporis considerabilis, atque non sit positive vitiosa.

Hanc doctrinam contra Regulares privilegiatos laudabiliter passim amplexe sunt Sacrae Congregationes, nempe ista Episcop. & Regular. in una Meliten. contra PP. Minor. de Observ. S. Francisci 1. Septembbris 1662. in qua partibus informantibus rescripsit: Quartam funeralē deberi Parocho juxta solidum: Et altera Concilii in Firmana quartā funeralis contra eosdem PP. Minor. Observ. Reformat. S. Francisci 26. Junii, seu 7. Augusti 1688. favore Propositi Ecclesiæ Parochialis SS. Laurentii, & Rubini Oppidi Massæ, in qua conscriptum fuit. Servari solidum, & contra eosdem PP. in Ariminum. 27. Novembr. ejusdem anni, in qua responsum fuit, Deberi quartam de jure, & in alia Ebredunen. contra PP. Trinitarios Oppidi Falconii favore Parochi dicti loci in responce ad duodecimum dubium, qua decisum fuit die 25. Junii 1695. Deberi quartam Parocho juxta morem regionis, & demum in Calaguritana funerum 27. Maii 1702. in qua cum PP. Societatis Jesu, tanquam exempti à solutione quartæ illam solvere recusarent Ecclesiæ Parochiali pro tumultatione cuiusdam defuncti, partibus acriter informantibus rescriptum fuit; servetur solidum, quæ resolutio confirmata fuit in secunda, & tertia cause repropositione 18. Novembbris ejusdem anni, & 1. Decembbris 1703.

Quapropter super sexto dubio rescribendum speramus. In loco, & casu, de quo agitur, servetur solidum, ut in Mantuana. Et ita PP. Adversarii recedent à novitatibus, quibus immerito post unum ferè Sæculum Parochum vexant, & simul intelligent, quod non in vendicandis privilegiis amissis, & tertio onerosis, sed in observantia Testamenti Bea-

Beatissimi Francisci (in quo prohibet  
expressè suis Alumnis uti privilegiis .  
his verbis. *Comando per ubbidienza a tutti*, che non ardiscano di domandare *sorte alcuna di privilegio*, o d'esonzione  
dalla Corte Romana ne per se stessi, ne  
per altra persona interposta, ne per le  
Chiese loro, &c. prout refert P. Marc.  
a Lisbona in Chronic. p. I. lib. 2. cap. 68.  
litt. H. & I.) vigilantia Religiosa con-  
sistit.

Quare &c.

*F. Monacellus.*

His visis, causa non fuit proposita,  
sed partes devenerunt ad concordiam,  
in qua (ut audivi) PP. solitam quartam  
Parochio solvere promiserunt, & ipse Paro-  
chus funus associare ad eorum Eccle-  
siam spopondit.

*Eod. tit. 14. form. 2. pag. 194.*

136 *Num. 1.* Quid servare debeant Judices  
delegati in exequendis Beneplacitis ob-  
tentis pro alienatione bonorum Ecclesiarum  
praescripsit *Paulus II.* in sua Constitu-  
tione, quæ incipit, *Cum in omnibus:*  
*Impressa in Bullar. tom. I. pag. 327.* quæ  
non videtur ignorantia, cum hujusmodi  
alienationes frequentes sint; ideoque hic  
illam producere volui, ut possint Dele-  
gati, & partes impetrantes, Beneplacitum  
observare & pœnas contra transgressores  
infictas evadere.

*Tenor Bullæ.*

„ *Cum in omnibus Judicibus sit recti-  
tudo justitiae, & conscientiae puritas  
observanda, id multo magis in con-  
cessionibus alienationum rerum Ec-  
clesiarum convenient observari, in qui-  
bus de Christi patrimonio, & dispen-  
satione pauperum, non de proprio cu-  
jusque peculio agitur, vel tractatur.*  
„ *Quapropter oportet, ut in examinan-  
dis hujusmodi alienationum causis,*  
„ *quæ à Sede Apostolica in forma;* Si

„ in evidentem utilitatem cedant, one-  
ratis Ecclesiasticorum Judicum con-  
scientiis delegantur, nihil favor usur-  
pet, nihil timor extorqueat, nulla ex-  
pectatio præmii iustitiam, conscientia  
tiamque subvertat.

„ §. 1. Monemus igitur, & sub inter-  
minatione divini judicij omnibus Comi-  
ssariis, & Delegatis hujusmodi di-  
strictè præcipimus, ut cautè, & dili-  
genterattendant causas in litteris Apo-  
stolicis per supplicationes expressas,  
illasque sollicitè examinent, atque  
discutiant, testes, & probationes su-  
per narratorum veritate recipient, &  
solum Deum præ oculis habentes, o-  
mni timore, aut favore deposito, Ec-  
clesiarum indemnitatibus consulant,  
nec in læsionem, aut detrimentum  
earum Decretum quomodolibet inter-  
ponant.

„ §. 2. Si quis autem Commissarius,  
vel Delegatus conscientiæ suæ prodi-  
gus in gravamen, aut detrimentum Ec-  
clesiæ per gratiam, aut timorem, vel  
fordes alienationi consenserit, aut De-  
cretum, vel autoritatem interpolue-  
rit, inferior quidem Episcopo, senten-  
tiam excommunicationis incurrat:  
Episcopus vero, aut superior ab exe-  
cutione Officii per annum noverit se  
se suspensum, ad existimationem de-  
trimenti Ecclesie illati nihilominus  
condemnandus. Sciturus, quod si sus-  
pensione durante damnabiliter ingesse-  
rit se in divinis, irregularitatis laqueo-  
se involvet, à quo non nisi per Sum-  
mum Pontificem poterit liberari.

„ §. 3. Is vero, quidolo, vel fraude,  
aut scienter in detrimentum Eccle-  
siarum alienationem fieri procurave-  
rit, aut per fordes, vel impressionem  
alienationis Decretum extorserit, si-  
milem sententiam excommunicatio-  
nis incurret, à qua nisi per Romanum  
Pontificem possit absolvī; ad resti-  
tutionem nihilominus rerum aliena-  
tarum, cum fructibus quandocumque  
de præmissis constiterit, condemnan-  
dus.

„ §. 4. Volumus autem, quod Dele-  
gati, & Commissarii prædicti, de  
pœnis Constitutionis nostræ specificè

„moneantur, & in quibuscumque li-  
„teris, & commissionibus hujusmodi,  
„hoc Statutum nostrum inseratur. Nul-  
„li ergo, &c. Datum Romæ apud S. Pe-  
„trum Anno Incarnationis Dominicæ  
„1465. 5. Idus Maji Pont. nostri anno  
„primo.

Tria in executione hujus Constitutionis advertere debent Judices Commissarii. Primo, quod excommunicatio comminata in transgressores, est latæ sententiæ, ibi: *Sententiam excommunicationis incurrat. Sayr. de cenfur. lib. I. cap. II. num. 8.* Secundò quod licentia alienandi, vel permutandi bona Ecclesiæ, sive obtineatur per Breve Datariae, sive à Sac. Congregatione Concilii, aut Episcoporum, & Regular. semper dicitur, & vocatur Beneplacitum Apostolicum, quia omnes istæ expeditiones sunt autoritate delegata Papæ: & ideo exprimitur in Bulla. *Et in quibuscumque literis, & commissionibus.* Tertiò, quod læsio Ecclæ non evitatur in permutatione ex eo, quod assignata fuerit res majoris fructus, nisi sit etiam majoris valoris, & è converso, ut dixit Rot. cor. Cocc. *decis. 517. num. 1. & 7.* & ideo *Sacr. Congreg. Episcop. in una Senen. Beneplaciti 12. Decembr. 1704. licentiam, & Beneplacitum concessit modo sequenti Archiepiscopo in forma commissaria, & servetur decis. 517. Coccini.*

*137* *138* *Num. 8.* Dicitur ibi quod caducitas per Authorem incursa possit contra illius successores declarari, corrige errorem Impressoris, & dic. *Non possit declarari.*

*Eod. tit. 14. form. 3. pag. 169.*

*139* *Num. 3.* Tam in emphyteusi Laicali, quam in Ecclesiastica, etiam ex pacto, & providentia, quoties Ecclesia non vult, aut non potest pro se retinere, renovatio emphyteusis competit solum proximi or ultimo defuncto, per cuius obitum terminata fuit generatio, & hoc ex æquitate legis, sublata qualibet differentia sexus inter Agnatos, & Cognatos, tam ascendentibus, & descendenteribus, quam *140* transversales, seu laterales, licet de iis nulla fuerit facta explicita mentio in pri-

mis Investituris, ut plenè discusso articulo firmavit *Rot. decis. 66. par. 15. rec.* ubi habetur quod Mater (uti proximi or defuncto) debebat præferri remotioribus transversalibus, licet Agnatis, & plenissimè iterum hanc conclusionem laudavit, & amplexa est in *Callien. Castrorum 17. Junii 1701. §. identitas, & in §. ex quibus coram Molines,* in qua dicitur, quod extincta linea investitorum, emphyteusis ex pacto, & providentia ad instar Patronatus gentilitii, assumat quodammodo naturam emphyteusis hæreditariæ.

*Eod. tit. form. 4. pag. 172.*

*141* *Num. 4.* Non incurrit pœnas *Extravag.* Ambitiosa, qui alienat sacras Reliquias, quia non sunt in numero bonorum Ecclesiæ corporalium, nec pretio alienabiles cum sint supra omne pretium, & in nullius bonis. Propterea illas alienans pacto, aut pretio, est quidem simoniacus, sed non transgressor legis de non alienandis rebus Ecclesiæ sine solemnitatibus: si vero donaret, nec Simoniacus, nec prædictæ legis esset transgressor, ut rejectis contrariis probat *Passerin. de stat. hom. tom. 1. quæst. 185. art. 7. num. 4. 7. & seqq.* Verum tamen est, quod si donatione alienaretur aliqua Reliquia insignis, vel perpetuae sepulturæ tradita, & muro clausa, donatio non valeret, nec effectum habere posset, nisi Summi Pontificis accederet licentia, prout in *142* harum translatione de stylo servatur, secus si Reliquia esset modica, & jam efficta alienabilis, ut distinguit, *Passerin. loc. cit. num. 121.*

*143* *Num. 15.* Conclusio ibi firmata, quod præsumptio Beneplaciti Apostolici, quæ oritur ex antiquitate temporis destruatur quando ex inspectione Instrumenti apparet solemnitates non fuisse servatas: vel etiam quando insubsistens titulus fuit productus; in hoc secundo casu procedit conclusio, quoties productio tituli invalidi fiat ab eadem parte, quæ bona possidet ad justificandum suum titulum: Secus si productio fiat

fiat ab alia parte alienationem impugnante, aut ab extraneo, nam tunc non tollitur præsumptio, & possiblitas tituli melioris, Ciarl. controv. 39. num. 18. Card. de Luc. de alien. discept. 3. num. 18. & 19. & de Judic. discept. 21. num. 54. Pacion. de locat. cap. 14. §. 11. num. 25. An autem centenaria a Constitutione Urbani VII. præservata debeat esse completa de tempore editæ Constitutionis, vel sufficiat, quod postea fluxerit, vid. Rot. coram Cerro decis. 673. num. 13. & decis. 268. num. 21. part. 12. recent. in quibus tacite videatur admissum, quod sufficiat fluxisse etiam postea, & hæc est æquior, & verior opinio.

144 Num. 17. In Taurinen. contra P. P. S. Francisci strict. observ. & P. P. Minoris S. Francisci de Paula proposito dubio: *An sit prohibenda dictis Fratribus, aliisque Regularibus facultas exercendi Aromatariam etiam pro Secularibus?* Sac. Congreg. Concilii 21. Decembbris 1674. emanatum 2. Septembbris, & concordat aliud Decretum latum in Barchinonen. 12. Nov. 1672. Nam Regulares ita faciendo exercent mercimonium.

Eod. tit. 14. form. 5. pag. 177.

145 Num. 4. Quod census Ecclesiæ non possit reduci ad minorem fructum, vulgo calare, sine beneplacito, tenuit præter ibi citatos etiam Ventrigl. in prax. p. 1. annot. 1. §. 2. num. 6. at Carol. Ant. de Luca ibi num. 4. hæc habet: Contrarium in plerisque locis Regni practicatum vidi, in quibus cum essent paratae, & prompte exemptiones annui redditus ad rationem septem, sex, & quinque pro centenario, & debitores censuales ad rationes majores, vel octo, vel novem, aut decem pro centum rogabantur ab habentibus pecuniam otiosam pro extincione census ad graviorem usuram venditi, cum subingressione in locum antiqui creditoris, & ita redditur pecunia fructifera, & exemptio sit secura. E contra Ecclesiæ extinguentes censum amitterebant fructum pecuniarum restitutarum, & de novo implicare cogebantur ad minorem ratio-

Monacelli, Formul. Suppl.

nem, cum amissione anterioritatis, & periculo sortis, ideo sine restituzione pecunie, diminuerunt redditus ex necessitate evitantes circuitum, ut supra insinuatum, & quia agitur de dimissione frumentum, Bich. decis. 525. num. 10.

Dicit igitur hic Auctor, quod quando debitor Census Ecclesiæ habet promptum emptorem, qui censem ab eo vult emere ad minorem usuram, & censem Ecclesiæ graviorem vult extinguere, & redimere, nisi fructus diminuantur, expediatur Ecclesiæ ad evitandum circuitum pro sua utilitate, anterioritate manutenenda, & sortis securitate, censem absque solemnitate recidere, ut in locis Regni practicatur.

Card. de Luc. in conflict. leg. observ. 201. eamdem sententiam propugnat inquiens: ita namque legis prohibitive ratio nullatenus adaptari dicuntur, atque in priori nulla sequitur proprietatis, vel sortis principalis alienatio, vel deterioratio, qua in fructu est sub prohibitione non cadens: *Ac etiam, quia necessarius potius, quam voluntarius dicitur actus quoties ex moribus regionis, ac frequenteri tunc currenti usu bona fides exuberet, omnisque fraudis, abit suspicio, ut ita inanes evitentur circuitus, qui potius prejudiciales sunt Ecclesiæ in ammissione anterioritatis, ubi per actum retrosimilem necessarium, ac inevitabilem, antiquo censu extinto, novum cum eadem, vel diversa persona creare oportet.*

Et de alienat. disc. 6. num. 5. ait: *Solumque alias in facti contingentia plures dubitatum vidi, & consuls fui, an eadem reductio, seu sbassatio absque beneplacito Apostolico fieri posse in censibus consignativis, quia nempe imposito censu ad majorem rationem, postmodum ad minorem reducatur, & pro meo Judicio dixi indubitatum videri id licite fieri posse: Nullamque probabilem dubitandi rationem desuper cadere: cum id contineat quemdam circuitum, seu plurimum actuum licitorum occultationem, quia scilicet fingatur debitorem extinxisse, (ut poterat) priorem censem absque eo, quod Ecclesia creditrix id negare*

E 3 posset:

posset, cum esset actus necessarius, quodque incontinenti ad novam impositionem deventum esset.

Et num. 6. Magis verò Ecclesia creditrici expedit procedere per hanc viam simplicis reductionis (quories tamen citra fraudem, & collusionem bona fide id sequatur, quia nempē temporum conditio, & usus communis diligentium Patrum familias ita exigat) quam extinctionis: Quoniam continuante eodem antiquo censu, evitatur illa questio, an scilicet novum creditum creatum pro extin-

ctione antiqui cum cessione Jurum, vel

pacto de subintrando, eandem habeat

anterioritatem pro fructibus.

147 His autoritatibus, & rationibus aductis, bene persensis (recedendo ab opinione quam ibi sequutus fui) eandem hanc secundam sententiam & ipse sequor, tanquam in jure magis fundatam. Ut autem in reductione centuum facienda absit fraus, Ordinarius statuat, & prohibeat, ne fieri valeant, nisi imperata ab eo licentia. Si verò ageretur de censu reservativo, vel Canone, tunc reducō fieri non possit sine Beneplacito, juxta decis. 1228. Seraphini, & distinguit Card. de Luc. d. disc. 6. num. 3. de alienat.

Eod. tit. 14. form. 7. pag. 184.

148 Num. 11. Dispensatus in Matrimonio ad hoc, ut valeat retinere pensionem, non censetur dispensatus in Bigamia, quia ubi sunt duo impedimenta, uno sublato, remanet aliud; Tondut. de pension. cap. 78. num. 36. Qui autem damnatur ad

149 Triremes, non amittit pensiones, si quas habet; Tondut. quast. Benef. par. 2. adnot. ad cap. 5. §. 2. num. 109.

Num. 14. Quod Clericus Pensionarius non gaudeat fori privilegio, nisi incedat in habitu, & tonsura præter ibi allegatos, tenuerunt Garc. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 70. Bellet. disq. cler. par. 1. de favor. Cleric. person. §. 8. num. 14. Gallemart. collect. in Concil. cap. 6. sess. 23. de refor. num. 5. vers. cui reservata. Gavant. in manual. verb. Clericus, num. 17.

Fagnan. in cap. audientiam, num. 132. de rescript. ubi declarationem Sac. Congreg. Concilii adducit.

Et quamvis modernus P. Riccius in Synopsi Secretorum Sac. Congreg. Immunitatis in verbo Pensionarius, referat, eamdem Congregationem super hoc dubio respondisse, quod Pensionarius censetur Beneficiatus ad effectum gaudendi privilegio Fori, etiam si non incedat in habitu, & tonsura, & alleget Perusinam 20. Febr. 1652. lib. 4. Decr. Paul. pag. 175, à tergo.

Adverto, quod in Regesto resolutio- 151 num ejusdem Congreg. quod apud me retineo illius temporis, sic scriptum legitur: *Pernina Clerici Joannes Monaldus, & Valerius Vilinus 20. Februar. 1652. Transmittatur Episcopo declaratoria tenoris sequentis, qui illam insu- nuare poterit Gubernatori, scilicet, Die 18. Decembris 1576. Sacr. Congregatio Concilii censuit Pensionarium censi- feri Beneficiatum ad effectum fruendi pri- vilegio Fori, de quo Concilium loqui- tur, et si non incedat in habitu, & Tonsura, lib. 4. Decr. Paul. fol. 175. à tergo. Ex quo Decreto evidenter constat, quod Sac. Congreg. Immunitatis nihil su- per hoc declaravit, sed ad declarationem Sac. Congreg. Concilii se retulit, & trans- mitti mandavit.*

Cæterum talis Sacr. Congreg. Con- 153 ciliī declaratio, vel est ab Amanuensi erroneè transcripta, vel est apocrypha: Nam legitima, & vera declaratio ejusdem Congregat. emanata super intelligentia cap. 6. Concilii, sess. 23. de reform. de anno 1586. quam pariter invenio in meo Regesto, est sequentis te- noris.

*Cui fuit reservata pensio, ut Clerico, si non incedat in habitu, & Tonsura non gaudet privilegio fori; Sic fuit de- cisum de supradicto, ex eo quod Concilium Trid. corrigit Jus commu- ne, & tres casus excipiunt per dicti- onem: Nisi.*

Et cum meo Codice concordat Gal- 154 lemart. Et quatenus dictum primum decretum verum esset, per hoc secun- dum ab eo recessum fuit, & huic stan- dum est, cui innituntur omnes DD. supe- rius

ritis allegati. Parificatur ergo Pensionarius Clerico Beneficiato in eo, quod gaudeat fori privilegio, licet Ecclesiæ non inserviat, non autem si non incedat in habitu, ut explicat Fagnan. loco citato olim d. Congreg. Secretarius nisi forte haberet Pensionem loco tituli Beneficii, ut volunt DD. allegati à Diana p. 1. tract. 2. resol. 31. quem refert P. Octavius à S. Joseph. oper. moral. tom. 2. tit. 176. num. 1605.

Eod. tit. 14. form. 8. pag. 192.

155 Num. 6. Statuta, quæ excludunt plures fratres utrumque, aut ex uno tantum latere coniunctos à voce activa in Capitulo, vel Concilio, laudabilia sunt, & approbada, Sac. Congreg. Concilii in Parterbonen. 9. Augusti 1704.

Tit. 15. form. 1. pag. 197.

156 Num. 5. Jurispatronatus usurpationis præsumptio, licet cadere soleat in Communitate, seu universitate, non tamen in Confraternitate, quæ dici non potest Universitas, sed Collegium Personarum ad exercitium pietatis institutum, Rot. coram Merlin. decis. 407. num. 16. 17. 18. & 19. Card. de Luca de jurep. disc. 58. num. 29. circa fin.

157 Num. 13. Adde ad supplementum materiae, quod licet fundator possit in limine foundationis Beneficii apponere conditiones sibi bene vilas, & etiam juri communi contrarias Ciarl. controv. 53. num. 48. Rot. decis. 157. num. 7. p. 7. recent. hoc tamen intelligitur dummodo ab Episcopo, vel Papa approbentur, à quorum autoritate totum pendet Lotter. de Benef. lib. 1. quest. 32. num. 3. Tondut. quest. Benef. tom. 1. cap. 5. num. 5. Caren. resol. 142. num. 2. Nam cùm Testator sit privata persona, non potest mutare ordinem canonum, & ordinatio- nes Ecclesiæ Abb. in cap. cum dilectus, num. 4. & 5. de consuet. neque disponere, quod in Beneficio erecto, & fundato Pa- pa non possit se ingerere, seu authorita- tem interponere, quia hæc est conditio

turpi, & im proba, cùm Papa sit omni- um Beneficiorum absolutus Dominus, & dispensator, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. num. 42. & 43. Fagnan. in cap. nos quidem, num. 43. & 44. de test. Tondut. quest. Benef. tom. 1. cap. 5. num. 4.

Conditio autem, ut minores 14. annorum præsentari, & admitti debeant ad Beneficia Jurispatronatus, poterit ab Episcopo admitti in limine fundationis, Ricc. in prax. tom. 5. resolut. 470. per tot. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 49. num. 12. Add. ad Pamphil. decis. 54. num. 16. Nisi agatur de Canonicatibus Collegiatæ. Nam in his strictius proce- dendum erit, & ætas 14. annorum exi- genda Barbos. de potest. Episcop. alleg. 6c. num. 71. & de Canon. cap. 13. num. 14. Tondut. quest. benef. tom. 1. p. 2. cap. 3. §. 12. num. 1.

160 Num. 14. Si Clericus præsentandus ad præbendam in Cathedrali, cui sit certus annexus ordo, infra annum non promo- veatur statim post annum (impedimento cessante) amittit vocem in Capitulo, ita- ut nullo modo, nec ex Capituli conce- sione, neque ex Episcopi dispensatione post annum illam habere possit, imò perdit etiam dimidiad distributionum, 161 ut sanctum fuit in Clem. 2. de etat. & qualit. Monet. de distrib. lib. 2. quest. 20. num. 9. Barbos. in d. clement. 2. num. 5. Et ulterius compelli poterit ad ordinem suscipiendum, & exercendum, & si mo- 162 nitus renueret, etiam privari vigore de- creti Concilii Trident. cap. 12. sess. 24. de reform. ibique Gallemart. num. 15. 17. & 22.

163 Num. 19. Quamquam verum sit, Be- neficium primum vacare ipso jure per adiectionem alterius incompatibilis, Rot. decis. 277. num. 12. par. 4. recent. hoc ta- men debet intelligi, quando possessio se- cundi est pacifica taliter per duos menses Garc. de benef. p. 11. cap. 5. num. 116. 164 Tondut. quest. benef. part. 2. Addit. ad cap. 5. §. ult. num. 16. Sit tamen per provi- sum steterit, quominus possessionem se- cundi haberet, etiam tunc vacaret pri- 165 mum, quamvis possessionem non appre- henderet, cap. licer Episcopus, ubi gloss. de prab. in 6. & ibi Passer. num. 10. Garc. ubi supra num. 200. Barbos. in cap. de

E 4 mult-

mulcta, num.3. de prab. Fagnan. eodem loco num.9. & 10.

**167** Num. 24. Cardinales perpetui Comendatarii habent facultatem praesentandi, eligendi, ac providendi ad omnia Beneficia Ecclesia commendatae, ut tradunt Lotter. de re benef. lib.2. quæst.33. num.12. & 13. Tondut. quæst. benef. tom.2. par.3. cap.18. num.1. & seqq. Verum hoc faciunt tanquam Ordinarii Collatores, adeout in mensibus reservatis non conferant Beneficia predicta, nisi tanquam Indultariorum; & ideo tunc eorum provisi, tenentur infra quatuor menses confirmationem obtinere à Dataria Apostolica, expeditione Bullarum, alias collatio Cardinalis nulla esset, & ab alio Beneficium collatum impetrari posset à Dataria: Hæc enim conditio apponi solet in Indultis Cardinalium; dummodum tamen Beneficia per eos in mensibus reservatis col-

**168** lata excedant summam Ducatorum 24. de Camera, & sic scuta quadraginta monetæ, nam cætera minoris redditus liberè conferunt, dummodum non sint affecta duplice affectione, talia enim Beneficia vigore Indulti non conferunt, eis obstante Bulla Urb. VIII. la 288. Rot. decis. 154. num.1. p.16. rec. & in Mediolan. Prioratus 16. Junii 1679. & 9. Julii 1681. cor. Pauluccio.

**170** Num. 28. Episcopus Neocastrensis ad consulendum numerositati Populi, divisit Parochiam, & duas portiones Curatas constituit æquè principales; Sacr. Congreg. Concilii 15. Decembri 1703. divisionem in duas portiones Curatas non sustineri, & invalidum fuisse concursum respondit, & resolutionem 16. Februario 1704. confirmavit, & cum hac declaratio, concordant alia Decreta allegata eodem tom.2. tit.13. form.1. pag.9. num. 41. quia numerositati Populi providendum est ad formam Concilii cap.4. sess.21. de reform. non autem per dismembrationem.

**171** Num.33. Ubi reperitur, quod Ecclesia Curata est unita, & annexa alicui capitulo, vel Collegio Sæculari, vel Regulari, cum exercitio promisso, pœnes omnes Canonicos, vel Collegiales, tunc in Visitatione solet provideri, ut certus Vicarius, sive sit de eodem corpore sive

extra deputari debeat, ut ita Oves certum habeant Pastorem, quem agnoscere debeat: Et è eonverso certa sit persona, quæ sciatur illud onus sibi incumbere, & à qua Episcopus in Visitatione, seu extra rationum redditionem de sibi commissis Ovibus petere valeat. Erectio igitur Vicariæ modo sequenti fieri poterit.

## F O R M U L A

Decreti erectionis Vicariatus.

**C**um in nostra Visitatione generali habita in Terra N. hujus nostræ Diœcesis invenimus in Ecclesia Collegiata sub Invocatione S. N. curam Animarum eidem annexam exerceri à Canonicis promiscue, & turnatim non sine neglectu; Volentes animarum saluti labrideri providere, & pro bono regimine earundem ita expedire judicantes, titulum, & Vicariam perpetuam in dicta Ecclesia Collegiata erigere statuimus: prout auctoritate nobis à Sacro Concilio Trid. sess.7. cap. 7. de reform. & a consti. S. Pii V. la 47. & omni alio meliori jure, quo possumus, pro uno Presbytero, perpetuo futuro Vicario, qui inibi personaliter resideat, & curam Animarum prefatam exercere, ac illius intuitu, seu causa, eidem in Divinis deservire, & Parochianis Ecclesiastica Sacramenta ministrare, nec non omnia, & singula, quæ ad Parochum, & Curatum de jure, consuetudine, necessitate, aut alijs quomodolibet spectant, facere, & gerere debeat, perpetuò erigimus, & instituimus à dicto capitulo Canonicorum nominando, & praesentando, & à nobis, & successoribus nostris approbando, & instituendo: Curamque predictam, privative ad Collegium transferimus, & eidem Vicario anneximus, & perpetuo imponimus. Curæque sic electæ pro ejus dote, & Vicarii sustentatione, seuta ... ex propriis fructibus, & redditibus ejusdem Ecclesiarum Collegiata, perpetuò applicamus, appropriamus, & assignamus, & per dictos Canonicos, & Capitulum

tulum singulo anno tradi, & pro rata singulo anno tradi, & pro rata singulis mensibus solvi mandamus, ultra emolumenta incerta servitii, & exercitii Curæ, primo remanente Statu Ecclesiæ. Et ita exigimus, & respectivè assignamus omni, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius, & Visitationis Not. & Secr.

### ADNOTATIONES.

172 Promiscue, & Turnatim. Cura Animarum annexa Collegiatæ Seculari, seu Monasterio Regularium, quæ non sit de Mensa, vel Cathedrali Ecclesiæ, non expedit, ut exerceatur à Canonicis per turnum, seu per vices, sed debet constitui Vicarius certus, & perpetuus (quamquam possit esse amovibilis arbitrio Episcopi) vel annexi Cura certe Præbenda, quia Vicarius Temporanei tanquam Mercenarii, curam Animarum, non rectè administrant, ut observant Pias. in prax. p.2. cap.3. art.2. de visitat. Eccles. Cathed. num.21. Card. de Luc. supra Conc. dif.9. num.1. & 2. & latè Fagnan in cap. ex parte, à num.14. usque ad num.35. de Offic. Vicar.

Quare Episcopus Acernen. de anno 1645. in relatione Status illius Ecclesiæ obtinuit à Sacr. Congreg. Concilii responsum: Episcopum erigere debere Vicariam perpetuam pro exercitio Cura Animarum, cum assignatione congrua ductorum Regni quinquaginta ex massa communi Ecclesiæ Cathedralis, in Reliquis remanente Ecclesia Statu solito. Et reclamante Canonicorum Capitulo, Sacr. Congreg. die 5. Maii 1646. stetit in decretis, ita tamen, ut si Præbenda Canonicalis non ascendat ad valorem ductorum quinquaginta Regni, possit Episcopus assignare ratam deficientem ex massa communi Capituli.

Et in alia Ihernien. cum dubitaretur an cura Animarum incumbens Cathedrali, esset, necnè annexa Canoniciati proviso à Sede Apostolica: propositis dubiis. Primo, an constet de unione Vicarie per-

petua Canonicali? & quatenus negativè. Secundo, an sit de novo unienda, & adnectenda? Tertio, an dicto Vicario perpetuo assignanda sit congrua, & in qua summa? Quarto, an eidem Vicario perpetuo competit omne exercitium Cura privativè, quo ad ceteros de Capitulo?

Die 2. Junii 1696. Sac. Congreg. Concilii respondit. Ad primum constare de unione, & nihilominus ad cautelam esse iterum faciendam. Ad secundum, jam provisum in primo. Ad 3. assignandam esse congruam arbitrio Episcopi, dummodo non excedat summam ducator. 60. computatis in ea fructibus præbenda, & aliis ad formam bullæ s. mem. Pii V. Ad 4. affirmativè.

Et repropensa causa ad Instantiam Capituli die 20. Aprilis 1697. sub dubio: An in congruam Canonici Curati imputari debeant distributiones quotidiana, quæ dantur ratione servitii personalis, & intercessione choro, nec non cetera emolumenta Parochialia expressa in sententia Episcopi? Sac. Congreg. respondit. Affirmativè quoad distributiones, & quoad expressa in sententia Episcopi negativè. In sententia autem Episcopi expressum sic erat: Computatis tamen in eadem congrua fructibus præbenda omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus percipi solitis.

Et in causa Augusten. ad 5. dubium in quo quærebat Episcopus, an posset deputare Vicarios perpetuos in Parochialibus Capitulo unitis extra Cathedram Sac. Congreg. particularis deputata die 4. Septembris 1696. respondit, Episcopum posse providere ad formam Concilii Trid. cap.7. sess.7. de ref. & Constitut. S. Pii V. la 47. licet Capitulum prætenderet, quod stante immemorabili deputandi Vicarios ad nutum non posse deputari Vicarium perpetuum.

Et in alia Romana Curæ S. Marci, in qua cum Cardinalis Titularis, qui Curatum amovibilem ab antiquo tempore nominabat, prætenderet, quod Card. Vicarius Urbis non posset in dicta Ecclesia deputare, & instituere Vicarium perpetuum, Congreg. deputata quinque Cardinalium die 28. Jan. 1700. re-

- rescripsit . Deputandum esse Vicarium  
perpetuum .
- 177 *A Capitulo Canonicorum nominando .*  
Hoc exprimitur ad demonstrandum ,  
quod jus nominandi Vicarium rema-  
net , ut prius Capitulo , juxta disposi-  
tionem *Bulle S. Pii V.* prout præser-  
tum fuit in supra allegata Acernen.  
Quoties enim Cura non reperiatur an-  
nexa certa Præbenda , nominatio Vica-  
rii potest fieri de uno ex toto Clero , non  
de Canonicis tantum , ut respondit *Sac.*  
*Congreg. Concilii in Melphien.* 20. Ju-  
ni 1705.
- 178 *Privative ad Collegium Transferi-  
mus.* Hoc debet apertis verbis exprimi ,  
alioquin adhuc censeretur remanere  
cumulative , etiam per se ipsum Colle-  
gium , præsertim quando ipse percipi-  
pit fructus Ecclesie Curæ , ut adver-  
tendum moneret *Piasec.* loco superiùs  
citat , d. num. 21. & ita convenit , ut  
declaravit *Sac. Congreg.* in d. *Isernien.*  
ad 4.
- 180 *Pro ejus Dote :* Congrua taxanda est  
Vicario perpetuo arbitrio Episcopi ,  
habito respectu ad qualitatem personæ ,  
& loci , & ad abundantiam , seu pau-  
pertatem fructuum , & reddituum Ec-  
clesiæ , ut in citata *Isernien.* & tam in  
re cerra particulari , quām in emolu-  
mentis incertis percipi solitis , qui af-  
fendant saltem ad summam scutorum  
50. 70. 80. & 100. annuatim , & qua-  
tenus hujusmodi emolumenta ad talem  
summam non ascenderent , poterit E-  
piscopus mandare , ut suppleatur ex  
massa communī Capituli , ut in allega-  
ta Acernen. & ita fieri decrevit Emin.  
olim meus Cardinalis Petruccius in una  
*Cusentina Congrue* , in qua cum Curat-  
us perpetuus illius Cathedralis ( qui  
emolumenta tantum incerta ab exer-  
citio Curæ pro Congrua in summa du-  
catorum 80. circiter percipiebat annua-  
tim ) Congruam in re certa sibi à Capi-  
tulo assignari debere expostulasset , & ei-  
dem Em. Cardinali à *Sac. Congreg. Episc.*  
& Regularium instantia fuisset remissa ;  
cum facultate assignandi congruam sic  
pronunciauit .
- „ Dicimus , & decernimus non esse  
„ locum assignationi novæ Congruæ ,
- „ neque augmento , sed R. Januarium  
Britellum ejusque in cura successo-  
res debere esse contentos Congrua ,  
jam à sèculo , & ultra Curatis Ante-  
cessoribus assignata , & sine contra-  
dictione acceptata : dummodo ta-  
men emolumenta solita exercitiū præ-  
fatæ Curæ ascendant annuatim ad  
summam saltem ducatorum Regni 50.  
prout hactenus pinguis ascenderunt ,  
quatenus autem in futurum non ascen-  
derent , in tali casu , capitulum Ca-  
thedralis teneatur supplere ex massa  
communi . Item quod Canonici , seu  
Hebdomadarii dictæ Cathedralis te-  
neantur coadiuvare prædictum R. Ja-  
nuarium Britellum , & successores  
in exercitio curæ , præsertim in so-  
lemnioribus anni festivitatibus , tam  
in audiendis confessionibus Parochia-  
norum , quām in administratione Sa-  
cramentorum juxta modum , & tem-  
pus ab Ordinario præscribendum .  
Item , quod prædicta Congrua sit ,  
& esse debeat libera , & immunis ab  
omni onere , & expensa adeout R.  
Britelli non teneatur , neque ejus  
successores ad expensas sepulchri in  
hebdomada majori , neque ad alias ex-  
pensas quantumvis minimas , qui-  
bus omnibus Capitulum supplere te-  
neatur .  
Et ita , &c.
- Die 17. Julii 1693.* facta relatione d.  
Decreti in plena Congregatione , re-  
scriptum fuit . *Servetur Decretum Eminentiss. Ponentis.* Et reclamante d. Cu-  
rato Britellio , & denuò audiri postu-  
lante , eadem *Sac. Congregatio* die 31.  
ejusdem Mensis respondit : Non esse  
audiendum . Verum , quia Capitulares ,  
Curatum prædictum in exercitio Curæ  
valdè ampliæ ad formam d. Decreti co-  
adiuvare renuebant , habito recursu ad  
eandem Congregationem die 12. Febr.  
1694. rescriptum fuit : *Archiepiscopus*  
*exequatur Decretum Eminentiss. Ponentis*  
*confirmatum , & approbatum à Sac.*  
*Congreg. 17. Julii 1693.* & juris reme-  
dio cogat Capitulum ad solvendam mer-  
cedem subcurato , quatenus iste sit neces-  
sarius .
- Quando etenim ita providetur con-  
gru

grua redditur certa, quamquam ex incertis conflata sit: Ubi autem numerus animarum, qualitas loci, & personæ id exigat, Episcopus potest taxare congreuam Vicario etiam ultra scuta centrum, quia Bulla Piana nullum præstat impedimentum quin possit ultra dictam summam augeri, ut dixit Rot. coram Dunoz. Jun. decision. 631. num. 6. Card. de Luc. de pension. disc. 16. num. 4. Panimoll. decis. 15. adnor. 2. num. 9. Quid autem sit animadvertisendum in erectione Vicariæ Ecclesiastum Patochialium unitarum Monasteriis Regularium, dixi ibid. cod. loco num. 34. Si autem Episcopus velit propter tenuitatem reddituum Capituli Curam Animarum toti Capitulo incumbentem per viam unionis perpetuae in certam Præbendam, seu dignitatem transferre, tunc exhibeat consensum Capituli: & quocumque modo procedat, curer partes citari. Grat. de Benef. par. II. cap. 2. num. 10.

Eod. tit. 15. form. 2. pag. 108.

181 grua redditur certa, quamquam ex incertis conflata sit: Ubi autem numerus animarum, qualitas loci, & personæ id exigat, Episcopus potest taxare congreuam Vicario etiam ultra scuta centrum, quia Bulla Piana nullum præstat impedimentum quin possit ultra dictam summam augeri, ut dixit Rot. coram Dunoz. Jun. decision. 631. num. 6. Card. de Luc. de pension. disc. 16. num. 4. Panimoll. decis. 15. adnor. 2. num. 9. Quid autem sit animadvertisendum in erectione Vicariæ Ecclesiastum Patochialium unitarum Monasteriis Regularium, dixi ibid. cod. loco num. 34. Si autem Episcopus velit propter tenuitatem reddituum Capituli Curam Animarum toti Capitulo incumbentem per viam unionis perpetuae in certam Præbendam, seu dignitatem transferre, tunc exhibeat consensum Capituli: & quocumque modo procedat, curer partes citari. Grat. de Benef. par. II. cap. 2. num. 10.

182 Eod. tit. 15. form. 3. pag. 217.

Num. 8. Certa est conclusio ibi firmata, quod Episcopus possit in sua Diœcesi ad instar Principis gratiam facere reis de omnibus delictis, non solum respectu ad Clericos, sed etiam ad Laycos in delictis mixti fori, in quibus prævenerit, & non solum ante, sed etiam post latam sententiam, ut præter authoritates ibi allegat, respondit etiam Sacr. Congreg. Episcop. in Castri Durantis II. Decemb. 1601. in qua dicitur: Il Vescovo può far grazia a condannati, se la liberazione non è espressamente riservata alla Sede Apostolica: Unde dubitari contingit, an possit quoque delinquentibus impunitatem concedere? Franc. de Angelis post. tract. de impens. & melior. dotal. opuscul. 4. de impunit. à num. 13. ad 21. tenet quod non ea ratione quia hoc sit de reservatis Supremo Principi, & quod omnes inferiores sint exuti omni potestate impunitatem concedendi, & eum sequitur Raynald. observ. crimin. tomo I. cap. 7. §. 9. & 10. num. 2. & 3. qui tamen admittit, quod possit Episcopus ad instar Baronum impunitatem concedere in casibus, in quibus extat lex expresa disponens, concedendam esse immunitatem, ut est casus in l. non omnes, §. fin. de re milit. & in l. penult. ff. de cuss. reor. Sab. autem in sum. divers. tract. §. Indulgentia post num. 2. distinguit; ut Episcopi in eorum Diœcesibus ad detegenda delicta occulta, non possint reis impunitatem condere, si agatur de simpliciter inquisitis, secus autem de jam condemnatis.

183 His tamen non obstantibus, mihi videtur dicendum, quod Episcopus in sua Diœcesi (in qua habet merum, & mixtum imperium) possit in occultis delictis impunitatem concedere, quando non agatur de delicto, cui à jure pena taxata sit, aut in quo ipse de jure dispensare non potest. Moveor ad ita sentendum ex eo, quod concessio impunitatis, seu Indulgentia delicti, est de lege jurisdictionis ordinaria, & ideo cum

183 Num. 5. & 6. Biennium, quod cap. 20. sess. 24. de refor. præscribitur causis terminandis, incipere à die citationis, non verò à die, quo quis sumit informationes alicujus delicti, declaravit Sacr. Congreg. Concilii in Patavina 15. Novemb. 1612. lib. 28. Decr. fol. 844. Et quod d. cap. 20. de causis intra biennium terminandis, non procedat in secunda, & tercia instantia, eadem Sac. Congreg. declaravit in Nullius 12. Martii 1602. d. lib. 28. Decr. fol. 945.

184 Num. 7. Mandata, seu Decreta expedita pro adimplemento onerum Misericordiarum, non retardantur, neque impe- diuntur Inhibitionibus A. C. seu Nuntiis Apostolici, Sac. Congreg. Concilii in Tiberina 18. Martii 1684. & in Bitelten. 3. Novemb. 1688. lib. Decr. 34. fol. 64. & lib. 38. fol. 506. Sicuti in causis præceptorum de non conservando factorum personis suspectis, & in aliis casibus à Sac. Congregatione expressis, potest Episcopus procedere, non obstantibus appellatione, & Inhibitionibus A. C. ut respondit eadem Sac. Congreg. in Far-

cum nullibi jure canonico , aut Constitutionibus Apostolicis , hoc illi vetitum , neque Papæ expressè reservatum reperiatur ( ut perperam supponit *Franc. de Angel.* ) utique potest impunitatem concedendo totalem potestatem liberè exercere ex latè traditis à *Sperell. decis.* 110. à num. 21. ad 25. alias nec posset reis gratiam facere ( prout admitunt communiter DD. in laudata conclusione allegati ) quia est ejusdem facultatis , neque villa vera , & solida disparitatis ratio affertur , nec afferri valer , cur illud prium possit , non autem hoc secundum genus enim propriè prædicatur de qualibet ejus specie , ut inquit *Navar. conf. 9. num. 1. de privil.* Et quamquam Principi Supremo reservata regulatior fuit . Restitutio famæ infamatis , & condemnatis de falso . Impositio Pedagiorum , quæ sunt de regalibus . Dispensatio ætatis , id est minorem majorem facere . Legitimatione Superiorum , ut tradit *Tnsch. litt. P. conclus. 695.* Adhuc Episcopus , in locis ubi adest consuetudo ( prout est Parma ) in minoritate suos subditos dispensat , & illis veniam ætatis concedit ad effectum validè contrahendi , & res domesticas gubernandi , fateor tamen , quod non nisi ex justa , & rationabili causa , 190 & pro bono publico suæ Dioecesis , & non nisi in gravibus delictis , uni tantum , vel duobus ad summum , & non principali delinquenti , has remissiones , & indulgentias , Episcopus concedere non debeat , juxta monitum *Guazin. ad defens. reor. defens. 20. cap. 25. num. 3. vers. 6. ob id.*

*Eod. tit. form. 4. pag. 224.*

192 *Num. 5. Clericus Ordinatus ad titulum Beneficii residentialis , non potest illud relinquere , & ad aliud Beneficium in alienam Dioecesim transire , absque licentia sui Ordinarii : quia cogitur invitus primo Beneficio inservire , ut communiter tradunt *Paris. de resign. lib. 7. quæst. 1. n. 12. & 13. Fagnan. in sap. admonet , de renunc. num. 8. 9. & 10. Pignatell. conf. 56. num. 3. tom. 3. Pirhing. in**

*jus can. lib. 1. tit. 9. num. 61. & 62. Imd*  
juxta canonem 20. Concilii Oecumenici Calcedonensis , transiendo ad aliam Dioecesim sine consensu sui Ordinarii , deberet communione privari . Quapropter si Dioecesanus recusat consentire , 193 tunc Prelatus secundæ Ecclesiae , debet præfigere terminum proviso ad imprestandam licentiam , quo elapo , & licentia non obtenta , erit de alia persona providendum .

*Num. 13. Quando salariatis communitatis Laicorum , solvitur salarium , non ex redditibus publicis , sed ex taxa Civibus imposta , & ex istorum bursa : in hoc casu potest Ordinarius permettere , ut per Ecclesiasticos detur annua contributio , seu recognitio voluntaria , & proportionata , ut plures rescripti Sac. Congreg. Immunit. apud Ricc. in Synopsi ver. Medicus , num. 1. Sicuti poterunt ecclesiastici uti singuli ( nullo autem modo per viam contributionis ) voluntatiè donare aliquam summam pro restauratione Ecclesiae , aut alterius ædificii publici , Ricc. in d. Synop. verb. contributio , num. 4.*

*Num. 14. Attenta penuria Annonæ potest Episcopus in Edicto statuere justum pretium frumento Ecclesiasticorum , quatenus illud cum emptoribus non concordaverit , eosque cogere ad venditionem , reservata tamen pro usu , & sustentatione ipsorum , æqua , & proportionata quantitate , ut declaravit d. Sac. Congreg. Immunit. in Casalen. 12. Febr. 1695. lib. 1. Decr. Vallem. pag. 171. & in Neocastren. 1. Decembris 1696. lib. 2. decr. ejusdem pag. 61. ut refert , Ricc. in Synop. verb. frumentum , num. 4. & 5.*

*Num. 18. Est quoque ibi notandum , quod filius legitimus , & naturalis Presbyteri , qui fuit suscepitus ante Clericatum , gaudet privilegio fori , durante vita Patris , si maneat sub illius potestate , ut declaravit d. Sac. Congreg. Immunit. in Callien. 8. Martii 1631. lib. 2. Decr. Paul. pag. 99. & in Hidruntina , & Urbanien. ut refert Ricc. in Synop. in verb. filius , num. 1. & seqq.*

*Eod.*



Eod. tit. 15. form. 7. pag. 233.

199 Num. 1. Possunt Clerici habitum Clericalem dimissum, reassumere non obstante prohibitione Episcopi, quamvis emanasset in Synodo, Sperell. decif. 66. num. 30. Guazin. jun. ad def. anim. lib. 2. def. 1. num. 7. Card. de Luc. supra Concil. Trid. disc. 24. nu. 36. Sac. Congreg. Concilii in Reginen. 29. Noverm. 1692.

Eod. tit. form. 8. pag. 237.

200 Num. 2. Judex Laicus remittens Clericum Judici Ecclesiastico, sine protestatione illum vindicandi, & puniendi, si constiterit privilegio fori non gaudere, censetur tali juri renunciasse, Zecch. de repub. Eccles. tit. de Cleric. priv. 9. circa fin.

201 Num. 3. Notandum est ibi, quod Processus constructus à Clerico conjugato, tamquam subdelegatus à Delegato Pape, contra personas Ecclesiasticas est nullus eo quia talis delegatio, seu subdelegatio solum concedi solet Clericis simpliciter, nisi Papa expressè ad Clericos conjugatos facultatem extendat, ut declaravit Sacr. Congreg. Imm. un. in Viterbien. 13. Septembris 1679. & in Interamnen. 20. Decembris 1702. & refert citatus Ricc. in Synop. in verb. Processus Curia Ecclesiastica num. 12. & 13.

Eod. tit. 15. form. 10. pag. 243.

202 Num. 2. & 3. Adde ibi pro supplemento, sequentes declarationes emanatas in causa Turritana; seu Bosanen. Jurisdictionis, in qua propositis Dubiis,

I. An in Edictis emanatis ab Archiepiscopo Turritano, & affixis in Diœcesi Bosanen potuerit se enunciare Patrem, & Pastorem?

II. An potuerit dictus Archiepiscopus dicta Edicta affigere in dicta Diœcesi Bosanen?

III. An potuerit dictus Archiepiscopus in dictis Edictis comminare Censuras sibi reservatas in Subditos Episcopatus

Bosanen. tam Ecclesiasticos quam Laicos in casu amotionis illorum?

IV. An Curia Archiepiscopalis Turritana rite procefferit ad expeditionem literarum citatorialium ad instantiam Alvire Nater, & Sotgiu adversus Oeconomum Capituli Bosanen.

V. An idem Archiepiscopus pro causis 203 ad Curiam Metropolitanam devolutis in gradu appellationis, mittere possit Executores sua Curie pro exequendis mandatis in Diœcesi Bosanen. pro juribus Curie Archiepiscopalnis, salario sententiarum, Advocatis, & similibus? Et quantum affirmativè.

VI. An Archiepiscopus teneatur interpellare Episcopum suffraganeum pro executione dictorum mandatorum, vel saltem dicti Executores, teneantur ante executionem ostendere mandata Ordinatio?

Sac. Congreg. Concilii die 12. Martii 1708. respondit.

Ad 1. Negativè. Ad 2. Negativè. Ad 3. Negativè. Ad 4. Negativè. Ad 5. Negativè. Ad 6. Affirmativè.

Ex responsione hīc data ad quintum dubium, infirmum, imò & abrogatum remanere videtur Decretum Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regular. in Volturarien. anni 1603. quod refert Nicol. in Flosc. verb. Archiepiscopum num. 6. à me ibidem allegat. num. 4. quo declaratum fuit Archiepiscopum in causis appellationum exequi facere posse mandata in Diœcesi suffraganea absque licentia Episcopi: nisi forte dicatur, quod hoc Decretum Sac. Congreg. Concilii intelligi, & locum habere debeat, quando agitur de executione mandatorum resipientium interesse Curia Archiepiscopalnis, vel ejus Officialium, & Ministrorum, ut in d. V. dubio: illud autem Sac. Congreg. Episcop. quando exequenda sint mandata ad instantiam partis vietricis, contra personam, & bona appellantis, in qua noscitur de jure jurisdictionem exercere posse, ut habetur in cap. I. de Offic. ordin. in 6. ibi: In causis appellationum devolutis ab ipso, jam Jurisdictionem obtinere noscuntur, propter quod licet possunt super illis committere vices suas.

Potest ulterius Archiepiscopus ( & 206 eo

eo absente, sum Vicarius Generalis )  
in causis appellationum caularum suffraganeorum in litteris compulsorialibus, committari eisdem, quatenus non pareant, poenam interdicti ab ingressu Ecclesie, & aliarum censurarum, *Sacr. Congreg. Concilii in Massalubren. Jurisdictionis 26. Junii, & 18. Septembris 1688.*

<sup>207</sup> Episcopus autem suffraganeus non potest carcerari facere Clericum sibi subditum in Diocesi Archiepiscopi, & eo inconsulto: imò si hoc faceret mediante imploratione Brachii Judicis Sæcularis, teneretur ad refectionem damnorum, & interesse, per carceratum passa, *Sac. Congreg. Concilii in Januen. 18. Novemb. 1702.*

*Eod. tit. form. 13. pag. 253.*

<sup>208</sup> Num. 5. Quod Hebrei gaudeant immunitate Ecclesie, intelligi debet in delictis, quæ non sapient hæresim, cæterum blasphemias proferentes contra Iesum Christum, vel B. Mariam Virginem ejus Matrem, immunitate non debent gaudere, sed ab Ecclesia, & locis immunitibus, ad quam, seu ad quos confugiant, extrahi poterunt mandato Episcopi, & poena hæreticorum puniri, ut plenè probant *Pigratell. consult. 143. à num. 1. C. per tot. tom. 8.*

*Eod. tit. form. 14. pag. 255.*

<sup>209</sup> Num. 3. Ne confugiti discedentes à loco immuni incident in manus Curia Laiæ, adhibetur cautela Salvi conductus, qui si ab Episcopo concedatur, poterit concipi modo sequenti.

### FORMULA

#### Salviconductus.

N. Episcopus N.

**T**ibi N. in loco immuni N. confugito, ut ab eo liberè discedere, & ad alium locum pariter immunitum tutio (absque tamen vagatione per loca publica) intra .... dies accedere, & te

recipere, ac transferre possis, publicam fidem, & plenam securitatem, quam salvumconductum appellant, cum omnibus clausulis necessariis, & opportunitatis, etiam specialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi volumus, damus, concedimus, & impartiimus: inhibentes omnibus, & singulis Judicibus, Magistris, & personis, tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis cuiusvis conditionis, dignitatis, & Status existant, ne tibi stanti, recedenti, & ad alium locum immunitem commigranti, ullum gravamen, aut præjudicium inferant, nec ab aliquo quoquo modo inferri permittant, vel te arrestari, seu capi, & carcerari faciant, aut præsumant sub quovis prætextu: alioquin adversus contrarium facientes, aut fieri mandantes, & permittentes, tanquam violatores, & perturbatores immunitatis Ecclesiastice ad Censuras à Sacr. Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis communatas procedetur. In quorum fidei presentes nostra manu sub-signavimus, & sigillo quo utimur in similibus, muniti, & in nostra Cancellaria registrati mandavimus. Datuna, &c.

N. Episcopus N.

Locus ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

### AD NOTATIONES.

**I**n concessione salviconductus, plura advertenda sunt. Primo, quod debet subscribi ab ipsomet Episcopo, non à Vicario, nisi in casu quo Episcopus esset absens in remotis. Secundo, debet habere sigillum, & registrari in Cancellaria, ut de praxi restatur *Raynald. obser. crim. tom. 3. cap. 33. §. 4. num. 1.* Tertio, quod habens salvum conductum, si delinquat, ipso jure eo privatus remanet, nec salviconductus servari debet, quia dicitur abuti, & concedentem offendere, ut probat *Conciol. resolut. crim. verb. Salvusconductus resol. 6. num. 2.* Quod est verum si de-

si delinquit ex proposito, & deliberatè, & appareat salvum conductum petuisse causa delinquendi; secus si lacesitus, & provocatus delinqueret, ut distinguit *Vulpius sup. Farinac. de carcer. & carcer. par. 4. quæst. 29. num. 7.*

<sup>213</sup> Quapropter Sac. Congreg. Immunit. in una Terracinen. 30. Maii 1684. quam refert *Rice. in Synop. verb. salvus Con ductus, num. 3.* declaravit, quod captus à curia sacerdotali intra tempus salviconductus obtenti à Gubernatore Urbis, ad effectum se præsentandi in eadem Urbe, deberet restituī Ecclesiæ, à qua attento salvoconductu exiverat, quamvis prætenderetur post concessum salvum conductum delipisse.

<sup>214</sup> Quartò demum animadverendum, quod non omnibus confugitis pententibus salvumconductum, incunctanter concedendum est, sed maxima ponderatione, & cautela procedendum juxta personam, delictorum, & locorum qualitatem, & idē eadem Sacra Congregatio in ejecione facienda confugitorum à loco immuni, solet rescribere Episcopis, quod in concedendis salviconductis, utantur prudentia, ut refert idem *Rice. in verb. confugiti, num. 40.*

<sup>215</sup> Num. 5. Notitia pollutionis Ecclesiæ debet haberi, & probati probatione ordinaria, qua probantur, & manifestantur cætera delicta; Nam si Parochus, vel confessarius haberet notitiam pollutionis Ecclesiæ in confessione, non posset illam detegere, ut reconcilietur, *Lazar. quæst. canonic. sect. 2. quæst. 17. num. 12. in fin.*

Eod. Tit. 15. form. 15. pag. 250.

<sup>216</sup> Num. 13. Plura alia vetita sunt Hebreis, que invenies apud *Passer. in cap. contra Christianos de heret. in 6. & Pignatell. consult. 192. num. 9. & seqq. tom. 4.* & hic quoque referuntur, nempè.

<sup>217</sup> I. Judæi tenentur per seiplos suos libros expurgare, alias puniendi.

<sup>218</sup> II. Pœnè semper est eis deneganda licentia niedendi Christianos.

<sup>219</sup> III. Non debet permitti, ut à Chri-

stianis accendatur ignis in eorum domibus die Sabbathi, etiam si offerrent elemosynam locis piis erogandam.

<sup>220</sup> IV. Prohibentur cum Christianis promiscuè larvati accedere ad audiendum comedias, ac simul tripudiare, & contra eos procedere possunt inquisitores.

<sup>221</sup> V. Retinentes in suo famulatu homines, vel puellas Christianas, quæ Missæ non audiunt, puniuntur in S. Officio, ad quod hujusmodi causæ spectant, non autem ad Judicem Sacerdotalem, *Innocent. IV. Conf. Paul. IV. Conf. 3.*

<sup>222</sup> VI. Diferentes arma Tuneum, vel Algerium, prætextu deferendi illa ad aliquem locum catholicum, puniuntur in S. Officio.

<sup>223</sup> VII. Testes Judæi absque tortura non faciunt fidem in causa fidei contra Christianos, itaut possit procedi ad torturam contra reum.

<sup>224</sup> VIII. Retinentes Thalmud, & alios libros prohibitos, puniuntur ab Inquisitoribus ex constit. Clem. VIII. etiam cum confiscatione. Unde Inquisitores si habeant sufficientia indicia, quod hujusmodi libros retineant, præcipue Thalmud, qui corrigi non potest, debent contra eos procedere, *Greg. XIII. Conf. 70. § 9.*

<sup>225</sup> IX. Transferens cum pompa, & lumenibz Arcam ab una domo ad aliam puniuntur in S. Officio.

<sup>226</sup> X. Non possunt absque licentia sedis Apostolicæ novas Synagogas construere.

<sup>227</sup> XI. Accedentes ad Hospitia Christianorum, non puniuntur in S. Officio.

<sup>228</sup> XII. Concessa est ipsis per diploma emanatum die 2. Junii 1593. facultas accedendi ad quæcumque loca ditionis Ecclesiasticae occasione mercaturæ, dummodi in illis non contrahant Domicilium, quod in nullis Civitatibus, & locis habere possunt, nisi Anconæ, Romæ, & Ferrariæ, & ex Diplomate Urbani VIII. in ducatu Urbini.

<sup>229</sup> XIII. Ostia, & fenestras in die Parasceve apertas tenere non possunt.

<sup>230</sup> XIV. Dantes Christianis panes azymos

mos, quos conficiunt in Paschate, puniuntur extra Urbem à S. Officio, in Urbe ab Em. Card. Vicario.

<sup>231</sup> XV. Pœnas sibi impositas persolvunt, non quidem manendo præforibus Ecclesiæ, sed ante Synagogam.

<sup>232</sup> XVI. Circumcidentes Infantem Christianum, severè puniuntur ab Inquisitoribus.

<sup>233</sup> XVII. Existentes in Triremibus volentes suscipere baptismum, instruuntur, & baptizantur, sed remanent in triremibus.

<sup>234</sup> XVIII. Habentes simplex commercium carnale cum mulieribus Christianis, non puniuntur à S. Officio, sed ab Ordinariis. Aliquando tamen simili procedunt, vel ratione contemptus fidei, & Religionis Christianæ, vel cohabitationis.

<sup>235</sup> XIX. Non possunt suam Synagogam, licet combustam in alio loco ædificare, sed debent in eodem loco illam reficere.

<sup>236</sup> XX. Percutientes, vel corrumpentes Imagines Sanctorum puniuntur in Sanct. Officio, etiam privatè quoad judices laicos, idque etiam si præveniunt.

<sup>237</sup> XXI. Non possunt accipere in pignus res cum Crucibus, aut sacris Imaginibus, neque in suis Tabernis tenere venalia, quæ spectant ad Religionem Christianam, veluti Cruces, Imagines Sanctorum, & hujusmodi alia, quibus abusibus occurrente iententur Ordinarii.

<sup>238</sup> XXII. Pro exercendo fœnore, debent petere licentiam à Summo Pontifice.

<sup>239</sup> XXIII. Nequeunt sua Animalia in usum carnis maestare in macellis Christianorum cum suis superstitionibus.

<sup>240</sup> XXIV. Neque possunt uti opera fullorum Christianorum. Verum ob penuriam aquæ potest propter bonum publicum permetti, ut ipsimet deferant pannos lineos ad fullonicum Mulierum Christianarum, ut ipsos abluant, & lotos ad suas domos referant.

<sup>241</sup> XXV. Procurantes liberationem Turcarum à triremibus, ut judaizent,

puniuntur in Sanct. Officio.

<sup>242</sup> XXVI. Non possunt uti opera Christianorum in addiscendis literis latinis, vel scientiis, aut artibus. Quod si concedatur licentia, detur cum conditione, ut doceantur in aliqua Domo privata extra Ghettum in quam non conveniant pueri Christiani, & exceptis diebus festis, atque adhibita priùs diligent inquisitione de doctrina, & pietate Praetoribus.

<sup>243</sup> XXVII. Nequeunt docere Christianos aliquam disciplinam, vel artem.

<sup>244</sup> XXVIII. Prohibentur accedere ad Cauponas Christianorum cum eorum Mercatoribus.

<sup>245</sup> XXIX. Non possunt promoveri ad aliquem gradum doctoratus in Universitatibus Catholicis, neque publicis officiis fungi.

<sup>246</sup> XXX. Prohibentur apponere suis sepulchris Epitaphia, & sculpere nomina, & cognomina, ac Patriam defunctorum, & apposita sunt amovenda.

<sup>247</sup> XXXI. Permititur ipsis uti opera Christianorum quo ad frumentum, ligna, & vinum ad vendendum tantum, cætera denegantur, & utentes in rebus aliis famulatu, vel opera Christianorum puniuntur in S.Officio, sicut, & Christiani illici exhibentes.

<sup>248</sup> XXXII. Nequeunt vocari nomine Christianorum.

<sup>249</sup> XXXIII. In emendis, & vendendis libris, tenentur servare manda, quæ servant Bibliopolæ Christiani.

<sup>250</sup> XXXIV. Debent subscribere suum examen, licet eximentur die Sabbathi.

<sup>251</sup> XXXV. Cum Medicis, & Chirurgis Christianis ad eorum domos causa eos medendi accedentibus, Episcopus potest connivere, annum tamen salario iis prohibeat.

<sup>252</sup> XXXVI. Barbitonibus debent ab Episcopo prohiberi, ne accedant ad eorum Domos, ut illos tondeant.

<sup>253</sup> XXXVII. Occasione pestis permititur ipsis opera Christianorum Medicorum uti, si non habeant Medicos Hebreos,

XXXVIII,

XXXVIII. Eorum Synagogæ erectæ ab Episcopo dispensari , puniuntur in S.Officio , *Innoc.IV. constit.2. Paul. IV. constit.3.*

254 absque indulto Sedis Apostolicæ supprimenda ac destruendæ sunt .  
XXXIX. Prohibetur ipsis mercatura librorum Ecclesiasticorum illolique apud se retinere . Neque eis permittitur typographia idiomatis hebraici .

XL. Non possunt deferre processionaliter per suum Ghettum Bibliam .

XLI. Tenentur deferre signum in pī leo, ad idque cogendi .

XLII. Eorum filii, quamvis non possint invititis Parentibus baptizari; Si tamen de facto baptizentur, valet Baptismus, & apud Christianos alendi sunt . Imò si eorum filii non sunt infantes, sed maiores septennio , & consensum præstent, tunc possunt etiam invititis Parentibus baptizati, ut tradit *Sperell. decif.1. n.30. 31. &c. 32.*

XLIII. Contra hortantes proprios filios Neophytes ad redeundum ad Judaismum , non devenitur ad confiscationem bonorum, sed ad mulctam pecuniam .

XLIV. Amplectentes sectam Turcicam , & inquisiti in S. Officio expediendi, ac si essent sponte comparentes cum abjuratione , vel retractatione erroris , in quem inciderunt, juxta formam præscriptam à *Pegn. in director. com. quæst. 146.* & damnantur ad Carceres arbitrio .

XLV. Pronunciantes blasphemias hereticæ, si sint sortilegi, & Dæmones consulant, aut illis immolent, aut obsequia præstent puniuntur in S. Officio *Greg. 13. constit.70. §.5.*

XLVI. Si Christianos verbis facto, vel exemplo talia nefaria docuerint, aut ad perpetranda perducere attentaverint, puniuntur, ut supra *Greg. ad constit. 70. §.3. &c. 4.*

XLVII. Si cuiusvis eorum opera , auxilio, aut consilio aliquis Christianus à fide discesserit, vel alium infidelem à conversione retrahant, puniuntur, ut supra , *Greg. 13. d. constit. 70. §.6.*

XLVIII. Retinentes nutrices Christianas in domo propria, vel extra domum , quas habere non possunt, nec *Monacelli, Formul. Suppl.*

ab Episcopo dispensari , puniuntur in S.Officio , *Innoc.IV. constit.2. Paul. IV. constit.3.*

XLIX. Christiani nequeunt accipere medicinas à Judæis exhibitas, nisi urgeat gravis necessitas, & tunc cum licentia Inquisitoris *Paul.4. constit.3. §.10. Gregor. 13. constit.68. §.3.*

L. Christianis prohibitum est invitare Judæos ad convivium , & invitati à Judæis, prohibentur ad eorum convivia accedere , & cum eis comedere , *Paul. 4. constit.3. §.7.*

LI. Christiani nequeunt servitutis vinculo Judæis subjici .

LII. Non possunt in statu Ecclesiastico conducere, seu in locationem recipere bona stabilia , ex Bulla *Paul.4.*

LIII. Christianis prohibitum est accedere ad nuptias Judæorum , & cum illis ludere, Chores agere de fide cum illis tractare, & ad circumcidiones eorum accedere , & tam ipsi Christiani accedentes, quam Judæi admittentes illos , puniuntur in S.Officio, ut dicit *Rayn. observ. crimi. suppl. ad cap. 1. suppl. 3. num. 159. vers. fin.*

LIV. Judæi non debent vocari Domini à Christianis, hoc enim prohibet *Paulus IV. Constit.3. §.11.*

Cum autem iura, quæ prohibent communicationem cum Hebreis, sint Pontificia , & dispensatio non sit Episcopis commissa , dicendum venit Episcopos in hujusmodi legibus non posse dispensare : *Passer. tamen superius citatus num. 49. admitit, quod in casu necessitatis, possint eorum arbitrio permittere, ut Nutrices Christianæ valeant lactare filios Judæorum .*

Prædictis prohibitionibus , & inhabilitatibus contra Judæos à jure , & Constitutionibus Apostolicis emanatis, *Raynal. loco mox citato post num. 159. sequutus cæca fide Pignat. consult. 189. tom.4. à quo illas transcripsisse facetur, addit alias duas sequentes .*

I. Descendentæ ex eorum progenie non admittuntur ad Canoniciatus in Cathedralibus , neque ad Dignitates Collegiatis , neque ad beneficia Curam Animarum habentia , neque etiam ad munus Vicarii amovibilis , quod ser-

F van-

vandum etiam regularibus in Ecclesiis, in quibus habent Curam Animarum. Ad ordines vero promovendi non sunt nisi viri probata vita, & in quibus merita suffragantur.

II. Cum puellis ultra secundum gradum originem à Judæis trahentibus dispensatur, ut ingredi possint Religionem, & habitantur ad officia, & munera.

At tam in prima, quam secunda inhabilitate, erravit Pignat. & errat cum eo Rayn. quia quo ad primam, asserta incapacitas descendantium Judæorum ad Beneficia, & Dignitates, non est generalis, sed restricta est ex concessione

<sup>272</sup> Clem. VIII. ad Ecclesiæ Cathedrales, & Collegiatas Regni Portugalliae, de quo indulto meminit Barbo. de Offic. Episc. par. I. tit. 2. gloss. 17. num. 30. & Rot. co-

<sup>273</sup> ram Coccin. decis. 458. num. 1. Cæterum de jure clarum est, quod Judæi ad Christi fidem conversi, sunt capaces Ordinum, Beneficiorum, ac Dignitatum, absque ulla necessitate dispensationis, ut pater ex textu in cap. eam ne, de rescript. ubi gloss. in fine decidendi rationem præstat dicens: *Quoniam de Judeis conversis Ecclesia fundata fuit, quam refert, & pluribus aliis auctoritatibus exornat Barbos.* Vot. 93. à num. 48. ad 73. lib. 3. & eum pro veritate scribens sequitur Card. de Luc. Miscel. disc. 24. num. 2. Ideoque si admittuntur ad Beneficia etiam Curata, & ad dignitates Judæi ad fidem conversi Bellet. aifq. cler. par. I. de discipl. Cler.

<sup>274</sup> §. 12. num. 8. Multò magis admittendi erunt eorum descendentes, nisi adsit Statutum à Sede Apostolica confirmatum illos excludens Barb. loc. cit. num. 74. Rot. in Leodien. Canonizatus 7. Martii 1701. §. 12. coram Scoto.

Et ex his erroneum quoque detegitur suppositum Pia/sec. in prax. par. I. cap. I. art. 3. num. 9. affirmantis hanc assertam inhabilitatem inductam fuisse à Paul. IV. & allegantis pro se Navar. cons. I. de Judeis, qui tamen nec ibi, nec alibi nihil de hoc dicit.

Quo verò ad secundam assertam inhabilitatem Puellarum à Judæis originem habentium pro ingressu in Religionem, & exercitio munierum est pariter insubsistens, quia filii infidelium, &

hæreticorum conversi ad fidem Catholica<sup>276</sup> cam, possunt recipi, & admitti ad professionem in quacumque Religione approbata absque alia dispensatione, dummodo non obstat Constitutio Ordinis recipientis approbata à Sede Apostolica, uefirmant Navar. consil. 26. num. 4. & s. de Regular. Donat. prax. rerum regular. tom. 2. traet. 3. de qualit. recip. quæst. 24. num. 1. 2. & 3. facilius ergo admittenda sunt Puellæ ab eis originem habentes, etiam ad exercitium munierum, ut probavi to. 3. tit. 4. de censur. lat. contr. Monial. irregul. 3. num. 6. & 7. pag. 192.

Eod. tit. 15. form. 16. pag. 265.

Num. 13. Addè ibi, quod Religioso Professo non licet Testamentum à se conditum ante emissam professionem moderari per viam declarationis, Sacr. Congreg. Concilii 5. Augusti 1685. lib. 25. decr. fol. 238.

Tit. 16. form. 1. pag. 284.

Num. 6. Propositio ibi firmata, niempè, quod Sacerdos, qui sine aliqua iusta, & rationabili causa, & excusatione celebrat, non prius absoluto matutino cum laudibus, peccet mortaliter, alius dicto loco omissis sequentibus innititur rationibus.

Primo, quia Rubrica Missalis, de rit. servand. cap. I. id sub gravi verborum forma præcipit primo loco his verbis: *Missa privata saltem post Matutinum, & laudes dici potest.* Secundo verò loco sic: *Matutino saltem cum laudibus absoluto, Graff. decis. aur. par. I. lib. 2. cap. 40. num. 5.* ubi advertit, quod illud adverbium *saltem* facit præceptum cap. omnis de pœnit. & remiss. & quod præcisam temporis determinationem inducat, Pignat. consult. II. num. 2. tom. 10.

Secundo, quia Rubrica dat ordinem <sup>277</sup> per prius, & posterius, & sic tempus censeretur datum pro forma. Fagnan. in cap. qui Presbyterum num. 35. de pœnit. & remiss.

Tertio, quia Rubrica cui debet <sup>278</sup> con-

convenire nigrum hæc habet: *Ritus servandus*, quæ verba resolvuntur in sequentia: *Ordo*, qui servari debet, ut adverit *Navar. consil. 3. num. 3. de celeb. miss.* & in corpore loquitur per ablativem absolutum, & ideo inducit in primo, & secundo loco præceptum, & necessitatem, ut docet *Navarr. loco citato Barb. axiom. 100. num. 12.*

Quarò, quia eadem Rubrica in tit. de defect. grav. cap. 10. hunc defectum iterum reponit his verbis: *Si celebrans saltē Matutinum cum laudibus non dixerit*, & sic graviter jubens obligat sub culpa gravi, ex iam dictis.

Quintò, quia S. Pius V. & Clemens VIII. mandant, quod Missa juxta Rubricas in novo Missali traditas celebretur, ut adverit *Gavant. par. 3. tit. 11. num. 5. & Sacr. Congreg.* Rituum suo Decreto generali ab Urbano VIII. approbato quod est impessum in principio Missalis, mandat dictas Rubricas in omnibus, & per omnia servari, non obstante quocumque prætextu, & contra ria consuetudine: Ideoque, qui sine rationabili causa à dicta Rubrica recedit graviter peccat, quia tale Decretum obligat in utroque foro, *Guazin. jun. ad def. anim. lib. 2. def. 1. cap. 6. num. 22.*

Sextò, quia hanc sententiam sequuntur sanctiores, & antiquiores Theologi, qui modernioribus præferendi sunt *Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 13. num. 4. Sebast. Medic. de legib. & stat. par. 2. quest. 16. num. 11. Fagnan. in cap. ne innitaris num. 346.* Unde nemo illum, seu illos quantumlibet eruditum, seu eruditos, sequi debet quem, seu quos sanctorum vestigiis non inhærente cognoscat, ut ex *Vincentio Lirinensi* monet *Spondan. ad annum 256. num. 6.*

Septimò, (& hæc est præcipua omnium supradictarum rationum,) quia Presbyteri suscipiendo Ordines Sacros, hanc simul obligationem in Rubrica contentam, sponte suscepserunt, & adimplere implicitè promiserunt: Et cum ista obligatio, & promissio respiciat laudem, & cultum Dei, à quo omnia creata, & bona cuncta procedunt debet recitatio Officii Divini præferri

omnibus aliis occupationibus, & negotiis voluntariè susceptis: Neque licitum est à lege rescripta discedere, nisi concurrent alii actus, qui ex Charitatis, vel Officii obligatione priùs adimplendi sint.

Hæc mi lector ponderare non spernas, ne tu (si es Sacerdos) à Deo sperni mereas.

*Num. 13. 14. & 15. Beneficiatus si ex fructibus Beneficij (quos facit suos) sibi aliquid subtrahat parcè vivendo, ex his, quæ ad honestæ vitæ sustentationem, considerata dignitate personæ sunt necessaria, potest illud liberè, tam Consanguineis, quam aliis extraneis donare, quamvis non indigeant, ut præter autoritates ibi indicatas trahunt de communī *Passer. de stat. hom. tom. 1. quest. 185. art. 7. num. 123. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 25. num. 4. Barb. de iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 17. num. 29. in fin.**

Item, quod possit ex iisdem redditibus sibi superfluis dotare pauperes consanguineas *Litter. de re benef. lib. 2. quest. 36. num. 45.* Fratrem, vel Nepotem, vel alium consanguineum in arte, & studiis addiscendis alere, si indigeant, vel Pater dives pro studio sumptum filio nolit subministrare; *Passerin. loco cit. num. 85. circa fin.* Et eosdem redditus sibi superfluos elargiri consanguineis, qui licet habeant necessaria ad vivitum, non tamen habent sufficientia

*ad decentiam Status, & pro conditio- ne, & qualitate personatum, Pirhing. loc. cit. num. 15. ver. infertur secundò Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 6. & 27. Fagnan. in cap. si quis sanè num. 18. & 19. de pecul. Cleric. Piasc. in prax. par. 2. cap. 5. art. ult. de bon. mens. Episcop. num. 50. nam paupertas ad hunc effectum mensuratur secundūm qualitatem perso- nae Leoncil. de privil. paup. par. 1. quest. 6. num. 19. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 16. num. 8. Pignatell. consult. 73. num. 20. tom. 10.*

Verū in hac secunda limitatione (in qua latet Anguis) caveant Beneficiati, & præsertim Parochi, & Episcopi, qui ex fidelitate Officii tenentur pro Ovi- bus suis multoties nedum pecuniam,

F 2 sed

sed vitam profundere, & temporaliter eas paucere, ne sub fuso sufficientia ad decentiam Status Consanguineorum sibi commissorum (ad quos tantum extenditur consideratio superfli), notat *Cartusian. in Epist. Jo. I. art. I.* in eos immoderatam largitionem exerceant in praेजudicium pauperum, qui habent Jus in redditibus Ecclesiae pro eorum sustentatione, ut inquit *Leo thef. for. Eccles. par. I. cap. 12. num. 18. cum seqq.* Sed illos subveniant moderatè, & tanquam extraneos indigentes, quia Sacri Canones, non personas, sed paupertatem respiciunt, ut serio monent *Lotter. de re benef. loco cit. num. 44. & Bellar. disq. Cler. par. I. de bon. Cleric. §. I. num. 38.*

<sup>289</sup> De jure enim naturali Divino est, ut tales fructus Beneficiato superfli, in usus pios, & sustentationem pauperum impendantur, contra quod non valet contraria consuetudo *Passerin. ibidem num. 89. Pac. Jord. tom. I. lib. 2. tit. I. num. 44.*

<sup>290</sup> Limitationes predictas facilius admittant D. D. cirati in Pensionario, qui licet in hac materia aequiparetur Beneficiato, videlicet, quod quidquid sibi superest de Pensione, deducto eo qui indiget pro sustentatione decenti sui Status, tenetur expendere in pauperes, & alia opera pia, ut voluit *Navar. de reddit. Eccles. quest. I. monit. 32.* tamen ejus opinio, & aliorum, qui communiter cum sequuntur, videretur procedere, (ut ajunt) quando Pensio data fuit in titulum Beneficii, de quo loquitur *Concil. Trid.* aliquo spirituali onere adjecto; non autem in Pensione, quae datur pro sustentatione vitae Clerici, ut distinguunt *Barbos. loco supra allegato num. 33. circa fin. Pirhing. d. num. 15. vers. fin. vel quando data, aut translata fuit titulo gratitudinis, vel mercedis pro obsequio praestito:* Nam tunc non ordinatur ad alium usum pium, sed in dominium traditur ejus, cui datur, & in quem transfertur tamquam bonum liberum, & tale, quod sufficenter est in usum pium expensum, ex quo pro compensatione obsequii est datum, aut titulo gratitudinis redditum, ut ipissimis verbis, hanc ad-

mittendo limitationem traditam ab ipso *Navar. loco cit. monit. 39. tenet Passer. de Stat. hom. d. quest. 185. d. art. 7. num. III. ad quem lectorem remitto.*

*Eod. Tit. 16. form. 2. pag. 294.*

*Num. II. Doctrinæ peregrinæ male sonantes temerarie, vel fallax, que in errorem adducere possunt lectorem, & à quibus cavendum ibi monui, mihi (studendo) visæ sunt hic subnexæ, fideliter excerptæ ab infra scriptis modernis Authoribus, quæ nec in foro fori, nec in foro conscientiæ, nec in Scholis admittendæ sunt.*

*Prima, ex Guazin. in tract. de defens. animar. Venetiis impresso anno 1650. lib. 2. cap. ult. addit. unica, num. 54. ubi haec habet: An vero Vicarius Foraneus Episcopi possit subdelegare? Respondeo affirmative; modò deleget unum tantum, vel alterum articulum; ratio est, quia censetur tamquam Ordinarius, & est datus ad Universitatem causarum in alia parte Diœcesis.*

*Ista Doctrina erronea est, & ratio decisionis falsa, quia Vicarius foraneus semper est Judex delegatus, quamquam deputaretur in loco partis Diœcesis, cum facultate generali, ut tradunt gloss. in Clemn. II. verb. foraneo, de re script. Pac. Jord. tom. 2. lib. 12. tit. 1. num. 49. Nicol. lucubr. can. lib. primo tit. 28. num. 10. ver. alterum Decretum Passer. in cap. I. num. 23. de Jud. ordin. in 6. & sic intrat regula, quod Delegatus ab alio quām à Principe, seu Papa, non potest subdelegare, cap. cum causa 62. de appellat. Ros. de execut. litt. Apostolic. par. 2. cap. 4. num. 1.*

*Et quamvis D. D. à Rosa ibi relati velint, quod delegatus ad universitatem causarum, esto, quod non sit à Papa, possit subdelegare ut de Vicario Generali Sabell. in sum. divers. tract. §. 294 Delegatus, num. 14. tamen ista conclusio non convenit, neque applicatur dubio proposito à Gnaz. qui casum figurat de Simplici Vicario foraneo, & quem subdelegare posse affirmat, ex quo censeatur Ordinarius, quod est in jure valde*

valde novum : melius igitur dicatur ,  
quod Vicarius foraneus , possit articu-  
lum nudi ministerii , & non continen-  
tem jurisdictionem subdelegare : Quia  
eriam delegato inferiori à Principe hoc  
permittitur . Barbos. in d. cap. cum can-  
sam , num. 4. de appellat . Donat. prax.  
rer. regular. tom. 4. tract. 12. quæst. 31.  
num. 2.

Secunda ex Passer. de stat. hom. Ro-  
ma impress. anno 1663. tom. 2. quæst.  
187. art. 1. num. 301. qui sic ait : Vicari-  
um Capitularem Sede vacante revoca-  
re non posse facultates audiendi confes-  
siones Regularibus concessas à defuncto  
Episcopo ob dictum privilegium Clemens  
IV. Et paulo interius ; Tum , quia  
hoc non competit sedi vacanti , sed se-  
denti : Capitulum verò non potest sede-  
re cum non habet dignitatem : Tum  
quia Capitulum non succedit Episcopo in  
facultate ei delegata .

Et num. 304. in fine : Modo Regula-  
res , ut supra est probatum , Confessiones  
audiant per Papalem jurisdictionem ,  
quam scilicet habent immediate à Papa :  
facultas igitur judicandi , & approban-  
di ad effectum , ut Regulares hac juris-  
dictione uti possint , non est in Episcopis  
ordinaria , sed delegata .

Et num. 205. Et sic Vicarii Capitulari-  
vis approbatio est utilis , sed non est ne-  
cessaria nisi respectu eorum , qui non fuer-  
ant à premortuo Episcopo approbati .

Et num. 318. concludens : Et ideo  
Confessores approbati ab Episcopo , ma-  
nent approbati juxta tenorem approba-  
tionis habite , & si delinquent sede va-  
cante in usu administrationis Sacra-  
menti pénitentia , à suis Prælatis sunt pu-  
niendi non à Vicario Capitulari .

Complexus talium propositionum ,  
directè opponitur Concilio Trid. sess. 23.  
cap. 15. sub cuius Decreto includitur  
Vicarius Capituli sede vacante , qui  
personam defuncti Episcopi repræsen-  
tat , & exerceat ea omnia , quæ per-  
tinent ad jurisdictionem ordinariam , sub  
qua cadit approbatio Confessorum ,  
eriam Regularium , ut communiter do-  
cent Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap.  
32. num. 100. & supra Concil. d. cap. 115. po in jurisdictione Ordinaria , non autem  
num. 27. Ventrigl. in prax. part. 2. an-  
delegata : ideoque ubi Concilium Trid.  
Monacelli , Formul. Suppl.

not. 15. §. 2. num. 44. Gallemart. Colleit.  
in Conc. d. cap. 15. sess. 33. in remiss. ver.  
ab Episcopis , Sperell. decis. IIII. num. 39.  
& seqq. Et ideo Vicarius Capituli sede  
vacante potest ex justa causa revocare  
facultatem , quani habent Regulares au-  
diendi Confessiones sacerdotalium , ut fa-  
tentur ipsimē Authores Regularium. De-  
nat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 4.  
quæst. 28. per tot. Matteus. Official. Cu-  
riae , cap. 6. num. 14.

Est ulterius hujus Authoris doctrina in-  
juriosa Bullæ Urbani VIII. la 92. impres-  
sæ in Bullar. tom. 4. pag. 418. qua revo-  
cantur expressè quoad hoc omnia Regu-  
larium privilegia , & injungitur , ut nul-  
lus ex eis audeat Sacramentales Confes-  
siones audire absque Ordinarii approba-  
tione , ut Conc. Trid. disponit ; quod  
postea innovatum fuit à Clem.X. sua con-  
stitutione , quæ incipit Superna in qua  
datur facultas Ordinarii locorum Con-  
fessarios Regulares ab Episcopo approba-  
tos suspendendi nova causa supervenien-  
te : Unde clatum est , quod Regulares  
ab Episcopo defuncto approbati , si in ad-  
ministratione Sacramenti pénitentia de-  
linquunt , possunt ab eodem Vicario Ca-  
pitulari suspendi , & puniri , cum vigo-  
re suæ Ordinariæ potestatis , tum vigore  
Constit. Greg. XV. Inscrutabili , ut dixit  
Rot. post me tom. 2. decis. 40. num. 21.  
circa fin.

Tertia ex Donat. prax. rer. regular.  
Coloniæ Agrippinæ impresso anno 1675.  
tom. 3. tract. 6. de Prædicator. quæst. 18.  
ubi quærens , an Vicarius Capitularis se-  
dē vacante possit punire Regulares præ-  
dicantes in Ecclesiis sine licentia , vel  
Benedictione , respondit : Negative , P.  
de Bellis in sua allegatione Hispanica §.  
1. & Dian. 7. p. tract. 12. miscellan. re-  
solut. 26. discutiturque ex eo , quod Gre-  
gor. XV. in suprad. sua Constit. incipien.  
Inscrutabili §. 6. vult , ut Episcopus  
tamquam delegatus Apostolicus , habeat  
authoritatem coercendi , & puniendi quo-  
scumque exemptos tam Sacerdotes , quam  
Regulares prædicantes sine licentia , &  
benedictione Episcopi , sed Vicarius Ca-  
pitularis sede vacante , succedit Episco-  
po in jurisdictione Ordinaria , non autem  
delegata : ideoque ubi Concilium Trid.

F 3 com-

committit aliquid Episcopus uti delegatus Sedis Apostolica, non potest Capitulum se intromittere, quo sit, ut prefatus Vicarius in casu posito, Episcopum successorem teneatur expectare, aut apud Praelatos Regulares instare de puniendo jam dictos transgressores super violatione Decretorum Sac. Concilii Trid.

Hæc doctrina, quæ fraternizat cum illa Passerin. mox supra examinata, falso innititur supposito, videlicet, quod ubi Concilium Trident. aliquid committit Episcopis uti Delegatis Sedi Apostolice, non possit Capitulum Sede vacante, se intromittere: nam e.g. facultas transferendi Beneficia simplicia ab Ecclesiis vetustate collapsis, transit in Capitulum, licet censeatur concessa Episcopis tanquam delegatis, ut decisum fuisse à Sacr. Congreg. Concilii testatur Nicol. Lucubrat. canon. lib. 1. tit. 28. num. 21. ampl. 8. Item potestias absolvendi ab irregularitatibus, & censuris ex delicto occulto provenientibus, specialiter Episcopis, non autem Praelatis inferioribus concessa in cap. 6. sess. 24. de reform. ex veriori sententia conceditur quoque Capitulo, Sede vacante, Garz. de Benef. par. 5. cap. 7. num. 41. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 82. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 1. num. 15. Gallemart. collect. in d. cap. 6. Nicol. Lucubr. can. d. lib. 1. d. tit. 28. num. 21. limit. 8. ubi quod ita declarat Sac. Congreg. Sperell. decis. IIII. num. 41.

Item Monasteria Monialium exempta, quæ ab Episcopo tanquam Sedi Apostolicae Delegato gubernantur vigore cap. 9. sess. 25. de regular. potest Capituli Vicarius visitare, Barbos. de Canon. cap. 42. num. 107. Ventrigl. loco cit. num. 19. Gavant. in manual. verb. Capitulum sede vacante in addit. num. 19. Tambur. de jur. Abbatiss. disp. 23. quest. 2. num. 4. Pellegr. prax. Vicar. part. I. sect. 4. de Vicar. cap. subsect. 2. num. 24.

Item in causa hæresis contra exemptos Vicarius Capituli non potest considerari, tamquam Ordinarius, sed ut delegatus, & tamen in eo contra illos procedere potest, ut de praxi testatur Caren. de offic. inquisit. tit. 6. §. 3. nu-

mer. 13. & ideo ex his detegitur errorne.

Ratio autem præmissorum est, quia in jurisdictione Episcopo generaliter, & perpetuo tanquam Ordinario à Concilio Trid. & Apostolicis constitutis delegata, auferendo obstaculum exemptionis, (ut hic) succedit Capitulum, seu verius Vicarius, prout de communi firmant Barbos. de Canon. d. cap. 42. d. num. 107. Garz. de Benef. par. 5. d. cap. 7. num. 48. & 49. Ventrigl. d. annot. 15. §. 1. num. 10. 20. & seqq. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 4. ver. in Jurisdictione, Sperelli d. decis. IIII. num. 43. Card. de Luc. supra Concil. dist. 31. num. 30. & 37. Pellegrin. prax. Vicar. par. 1. seq. 4. subsect. 3. num. 34. & seqq. Nam tunc dicitur data jurisdictione Ordinaria, ut docuit ipsem Donat. tom. 4. tract. 17. de vot. q. 27.

Præterea jus prædicandi spectat ad jurisdictionem Ordinariam, ut habetur ex Concilio Trid. sess. 24. cap. 4. de refor. & tenet DD. communiter, Passerin. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 1. num. 1012. Fagnan. in cap. inter catena, m. 9. de offic. Ordin. Pignatell. consult. 2. num. 4. tom. 8. ideoque Regulares concionaturi, non solum debent se præsentare Episcopo, pro recipienda benedictione, & licentia concionandi, sed etiam aliis Ordinariis, & sic Vicario Capituli, qui est Ordinarius, Pasqual. præcipiuus assertor privilegiorum Regularium, ad Laurent. de Franch. par. 1. num. 557. sic inquietus: *Quando Regulares concionaturi sunt in Ecclesiis, quæ non sunt sui Ordinis, non solum se præsentare debent Episcopis, sed etiam ab iis licentiam obtinere, &c. Quia autem sumus in illis, quæ spectant ad jurisdictionem, & non ad ordinem, nomine Episcopi, venit qui liber Ordinarius loci, etiamsi non sit Episcopus, &c.*

Quod si non faciant, & sine approbatione, & licentia Ordinarii, in dictis Ecclesiis prædicare præsumerent, excommunicationem Papæ reservatam incurserent, juxta dispositionem constit. Leonis X. in Concilio Lateranen. emanata sess. II. in qua hæc habentur: *Sacro approbante Concilio statuimus, &* or.

ordinamus, ut nullus, tam Clericus Secularis, quam cujuscumque etiam Mendicantium Ordinis Regularis, ad quem facultas predicandi pertinet, ad hujusmodi Officium exercendum admittatur, nisi ad illud aptius reperiatur, & hic quocumque postea prædicaturus accesserit de hujusmodi examine, & doctrina sua per litteras authenticas sui Examinatoris, approborisque, Episcopis, & a liis locorum Ordinariis fidem legitimè faciat: Si qui autem contra præmissorum aliquid committere quicunque ausi fuerint, ultra penas contra tales à jure Statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua nonnisi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo constituti absolvī possint, eos incurrere volumus.

Patet ergo, quod Regulares concionati, si siant transgressores Concilii Trident. & Lateranen. possunt à Vicario Capituli Sede vacante puniri, tam auctoritate Ordinaria, quam delegata: Tum etiam ratione subjectionis, quam incurruunt per usurpationem, & turbationem propriæ jurisdictionis, ut advertit Card. de Luca de regular. disc. 1. num. 30. disc. 52. num. 12. disc. 65. num. 5. & de jurisd. disc. 36. num. 3. Nec tenetur Episcopum successorem expectare (quod est absonum) ut ait iste Author. Ethinc verificatur assertio Card. de Luca Miscellan. disc. 16. num. 12. Quod DD. Regulares, ubi queritur, & discutitur de eorum exemptione, & privilegiis utpote propriam causam agentes, sint parum idonei testes.

Quarta, ex Pacion. de loc. & conduct. Rome impresso 1677. cap. 14. §. 10. num. 37. ubi firmato, quod Capituli consensu non requiratur in alienatione bonorum Ecclesiæ Cathedralis, quæ non sunt de sua Menta, inde sic illative infert: *Quod est notandum, quia hodie tit. de his quæ siant à prelat. sine cons. cap. recessit ab Aula, nam Episcopi omnia faciunt sine consensu Capituli.*

Hæc doctrina, quæ Tyrone, & alios sciolos decipere potest, præsertim illis verbis: *Quod est notandum, est tam in prima, quam secunda parte, valde nova, & peregrina; quia ea quæ ha-*

bentur toto titulo de his quæ siant à Prælat. fin. cons. capitul. vigent, & servantur etiam hodiè, ut videre est apud Moderniores Repentes, Barbos. Fagnan. Pirhing. Nicol. & alios: jus enim Canonicum Vetus non tollitur, nisi expressè revocetur, seu derogetur, & corrigatur, ut docet gloss. in cap. de multa 28. verb. per Sedem Apostolicam in fin. de præb. ideoque falsum est, quod rotus ille titulus recessit ab Aula: Solumque dicere poterat Pacion quod Episcopi præscriperunt contra Capitula, ut absque eorum consilio, seu consensu possit liberè jurisdictionem exercere, subditorumque excessus punire, ut observat Gras. discip. 100. num. ultimo, quem sequitur Barbos. in cap. irrita, n. 5. eod. tit.

Erronea quoque est propositio illa. 312

*Nam Episcopi omnia faciunt sine consensu Capituli.* Quia de jure communi (præscindendo ab iis actibus, qui expleri non valent sine consilio Capituli, qui habentur in Decretis Concil. Trident.) Episcopus plura non facit sine Capituli sui consilio, vel consensu, & si solus facit, nulliter actus gerit, puta unionem Beneficiorum Clem. 2. de reb. Eccl. alien. Seraphin. decis. 1078. num. 2.

Ricc. 198. num. 15. par. 4. Erectionem no-

væ Dignitatis, dummodo sit ex iis quæ usitatæ sint, & Sacris Canonibus cognitæ, Fagnan. in cap. pernicioſa, num. 70.

de Offic. Ord. Erectionem novi Canoniciatus, Sac. Congreg. Concilii in Maz-

zarien. 20. Septembri 1692. Ego ipse tom.

1. pag. 38. num. 14. & 15. Et alios plures

casus enumerant Piasc. in prax. p. 2.

cap. 2. art. 2. num. 9. Pac. Jord. Elucub.

tom. 2. lib. 8. tit. 1. num. 22. & seq. Pirhin.

in jus can. tom. 3. lib. 3. tit. 10. num. 16.

Tusch. concl. 259.

Quinque ex Panimola Romæ impresso anno 1685. decis. 139. in qua hæc habet num. 4. Et quod possit Episcopus ordinare quicunque habentem beneficium in sua Diœcesi ex sola subjectione Beneficii, faciunt tradita, &c. Nam, ut quis ratione Beneficii efficiatur subditus Ordinarii loci ubi situm est Beneficium, ita aut ad primam Clericalem Consuram sicut ad ceteros Ordines promoveri possit, & va-

F 4 teat.

leat, non requiritur actualis Beneficii possessio, sed sola collatio tituli, hoc est quod fuerit nominatus, seu electus ad Beneficium, non enim implicat, nec repugnat ad titulum collati beneficij primam Tonsuram conferri posse, con sequenda tamen post ejus receptionem beneficij possessione.

<sup>316</sup> Hæc Panimollæ doctrina erronea est, & jam fuit reprobata à Sacr. Congreg. Concilii in Adversana, seu Casertana 26. Septembris 1693. In qua cum Episcopus Casertanus ad titulum Beneficij ad quod fuerat præsentatus Laicus Adversanus, illum ad primam Clericalem Tonsuram promovisset, & ad sustinendam talam promotionem, & se excusandum, doctrinam hanc *Panimolla* allegasset dubio proposito: *An hujusmodi Ordinans, & Ordinatus inciderint in pœnas Statutas in cap. 8. sess. 23. de reformat. Responsum fuit. Affirmative: Et meritò rejecta fuit, quia quoties DD. dicunt, quod Episcopus alienus ratione Beneficij possit ordinare non subditum vigore texti. in cap. cum nullus, de temp. Ordin. in 6. intelligitur de eo, qui jam est capax Beneficij. Piascc. in prax. part. 2. cap. 5. art. 3. quom. sit confer. benef. num. 23. & clare elicitur ex ipso textu ibi: Cum nullus Clericus Parochie alienæ præter Superioris ipsius licentiam debet ordinari: Ergo præsupponit Clericatum in Ordinando ad titulum Beneficij, ut fiat Subditus Episcopi Diœcesis, in qua possidet Beneficium. Atque ideo Laicus, qui Beneficium assequi non potest Rot. post Ros. de Executor. lit. Apost. decis. 6. num. 3. non est in possessione subjectionis, nec alienus Episcopus in possessione superioritatis, ut possit illum licet ordinare, ut communiter tradunt Renz. in sua Encicloped. de Sac. Ordin. tract. 7. cap. 1. sect. 3. quest. 1. ubi aliud Decretum allegat Grat. discept. 430. num. 9. Pignatell. consult. 13. num. 14. tom. 3. eadem Sacr. Congreg. Concilii in alia Mutinensi. Jan. 1658. lib. 31. Decr. fol. 166. in qua pariter decimum fuit, quod Laicus non poterat promoveri ad primam Tonsuram ab alieno Episcopo, coram quo præsentatus fuerat ad Beneficium Ecclesiasticum, sicuti posset, & de-*

beret promoveri (si esset idoneus) quando esset nominatus coram proprio Episcopo.

Sexta, ex Bernardo Bisso in Hierogia, Januæ impressa anno 1686. tom. 2. lit. O. num. 109. §. 15. ubi interpretando clausulam Brevis, seu Indulti Oratorii privati, scilicet: *In tua, & Familie tue presentia, celebrari facere, hæc habet: Tertio tenendum pro indubitate, famulos qui vivunt expensis Domini privilegiati, frui hoc privilegio, licet non dormiant in Domo privilegiati.*

Tu verò pro indubitate tene, quod <sup>317</sup> famuli, qui non sunt actu necessarii pro servitio Domini privilegiati, tempore celebrationis Missæ non gaudent privilegio, sed diebus Festis de praepro, pro adimplenda obligatione, debent audire Missam in Ecclesia publica, quia ipsi non veniunt appellatione familiæ tuae, sed appellatione familiarium, quos Papa in Indulto semper exp̄s excludit, nisi sint tempore Missæ Domino privilegiato necessarii, ut ostensum per me fuit in tom. 2. pag. 51. à num. 32. cum pluribus seqq. & infra uberiori comp̄babo.

Et licet hanc laxam sententiam Bisso tenuerint etiam Diana, & Tamb. quos tamen pro se non allegat: Nihilominus, de ea nulla prorsus ratio habenda est: Quia nullus Doctor potest honora-re, quem Papa despexit, neque privilegium facere, quem ipse non facit, sed secundum continentiam privilegii est judicandum cap. porrò, de priv. Cum enim Papa in hoc Indulto familiam Agnariam à familiaribus (hoc est à famulis) separat, & distinguat, & declarat exp̄sè per clausulam Volumus, quod ex istis tantum hi, qui sunt Domino actu necessarii tempore celebra-tionis Missæ, gaudeant privilegio, & non cæteri, nescio, nec intelligo quo fundamento, & qua probabilitate freti, possint tales DD. firmare, & docere in præjudicium Divini Cultus, & gravamen animarum, quod omnes famuli Indultarii, etiam extra Domum habitantes, uti possint privilegio, contra tam solemnen contrariam expressam mentem Papæ privilegiantis.

Se-

Septima ex eodem Authore, & libro, lit. P. num. 189. §. 21. ver. Pralati, ubi sic firmat: *Immò ex privilegio concessò Monachis his S. Benedicti Vallisoleti à Paulo III. possunt hujusmodi Superiorès (qui participant talia privilegia) singulis annis feria taniū secunda post primam Dominicam Quadragesima dispensare cum suis Subditis in omni irregularitate, quavis occasione, & causa contracta; adeoque cum privilegium nullam ponat limitationem, poterunt dispensare etiam in irregularitate orta ex homicidio, tam voluntario, quam casualiter etiam publico, necnon in irregularitate orta ex Bigamia, &c.*

317 Laxissima, & falsa est doctrina ex pluribus. Primo quia talia privilegia exorbitantia à jure communi, non conferuntur per simplicem communicationem, seu participationem, sed exigunt specialis, & expressa concessio, ut in terminis facultatis dispensandi ab irregularitatibus certae Religioni concessæ, quod non censeatur alteri tributa, per privilegiorum communicationem, respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Flandrobelgica 14. Aprilis 1685. quam retuli tom. 2. pag. 87. num. 35.*

Secundo, quia assertum privilegium (quod certè *Bissus* non vidit, nec legit) concessum à Martino V. non autem à Paulo III. (ut male ipse supponit) quod referunt *Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. num. 24. & Tamb. de jure Abbat. tom. 2. disp. 17. quest. 6. num. 2.* quo datur facultas Abbatii Monasterii Vallisoleti dispensandi cum subditis in omni irregularitate etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reservat, habet invente duas limitationes, unam, quod delicta non sint notoria, alteram, quod dispensatio suffragetur in foro conscientiæ tantum, ut pater ex verbis asserti Indulti, ab iisdem *Sayro*, & *Tamb. relatis*.

320 Tertio, quia hoc Indultum concessum pro foro conscientiæ in irregularitatibus provenientibus ex homicidio siue mutilatione occulta, non suffragatur, nec illo uti possunt Prælati Regulares in foro externo, & in facto publico, & notorio *Pirbing. in jus canon.*

lib. 5. titul. 12. num. 130. in fine.

Quartò, quia hodie irregularitas, 321 quæ provenit ex homicidio voluntario præsternum publico est indispensabilis; adè ut etiam Papa abstineat à dispensatione, & rarissimè, vel numquam reum habitat, attenta dispositione Concilii session. 14. capit. 7. de reformat. Unde absonum quippè est astere cum *Bisso*, quod Prælati Regulares etiam per solam communicationem dicti privilegii ante Concilium concessi, & in his, quæ Concilii decretis aduersantur à *Gregor. XIII. revocati*, possint semel in anno subditos ab hujusmodi irregularitate dispensare.

Quintò, quia hoc assertum Vallisoletanum privilegium, fuit concessum à Martino V. per vivæ vocis Oraculum, quod proinde cadit sub revocatione *Constit. Greg. XV. la. 27.* nec transire potuit ad successores, & quod proinde minimè suffragari possit latè ostendit *Passer. de elect. cap. 27. num. 50. & seqq.* qui relatius, & ponderatis etiam aliis Regularium privilegiis, tandem num. 59. sic concludit: *Quamobrem dicendum est, Prælatos Regulares numquam poruisse, nec posse cum suis subditis dispensare super irregularitate ex homicidio voluntario contracta quantumvis occulto, quia numquam fuit illis concessa hac facultas, sed immò semper excepta, & negata, & ita tenent, &c.*

Et idem dicendum venit de dispensatione irregularitatis provenientis ex Bigamia, in qua solus Papa dispensat, ut testatur *Corrad. prax. disput. lib. 2. cap. 1. num. 18.* Unde Prælati Regulares caveant à doctrina hujus Authoris, ne suos subditos dispensando se ipsos illarent.

Octava, ex *Marc. Antonio Savello Bononiæ impresso anno 1691. in summ. divers. tract. tom. 5. var. resol. cap. 74. nu. 7.* ubi sic legitur: *Que quidem conditio rubendi adjecta legatario laico non solum valet propter publicam utilitatem, cum interfit Reipublica Civitates hominibus repleri, & quamplures subditos habere, & cum ex Nuptiis magis resultet publicum bonum quam ex continentia.*

Secun-

324 Secunda pars istius propositionis videtur injuriosa doctrinæ divi Pauli ad Corinth. i. cap. 7. Sanctorum P. P. qui virginitatem Nuptiis prætulerunt; & quod hic Author ita sentiendo, quodammodo illis hæreticis adhæreat, qui affirmant Conjugium esse necessarium tanquam iugum bonum, & virginitati esse præferendum, quos tamen Divus Hieronymus in primo libro quem scripsit contra Jovianum, Epistolam Pauli Apostoli explanando, egregiè more suo refellit: tamum est enim inter nuptias, & virginitatem (ait Sanctus Doctor) quantum inter non peccare, & bene facere: Immò quanto inter bonum, & melius. Nam Nuptiæ terram replent, virginitas Paradisum: Et idè S. Augustinus in libro de bon. conjug. cap. 10. quem refert Menoch. in opere vulgo storo, tom. I. cent. 2. cap. 94. §. 3. ait, Novi quosdam, qui murmurent, quid si omnes velint ab omnibus concubitu abstinere, unde subsister genus humanum? Responder utinam hoc omnes vellent, multo citius Dei Civitas completeretur, & acceleraretur terminus sæculi.

Et S. Cyprian. de habit. Virg. inquit: Gaudet per illas (idest Virgines) atque in illis largiter floret Ecclesia Matri gloria facunditas; quantoque plus numero addit, tantum gaudium Matri augebitur.

Et Doctor Angelicus in summ. 2. 2. quest. 152. art. 4. ad 3. dicit quod virginitas sit præferenda bono communis conjugali, sic probans: Ad tertium dico, quod bonum commune potius est bono privato, si sit ejusdem generis: sed potest esse, quod bonum privatum sit melius secundum suum genus, & hoc modo Virginitas Deo dicata, præfertur facunditati carnali: Unde August. dicit in lib. de virgin. cap. 9. quod facunditas carnis etiam illarum, que in hoc tempore nihil aliud in conjugio, quam prolem requirunt, quam mancipent Christo pro amissa Virginitate, compensari non posse credenda est.

Quantum ergo Angeli hominibus præstant, tantum Virginitas præponitur Matrimonio: bonum est quidem Conjugium, quo inventa est posteritas

successionis humanae, sed melior Virginitas, per quam Regni Cœlestis hereditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta est successio, ut notat Sebas. Medic. in summ. omnium hæres. in verb. Virginitas, cap. 219. ideoque Conc. Trid. sess. 24. de doctrin. in Sac. Matrim. can. 10. eos, qui Matrimonium antependum esse statui virginitatis afferunt, anathemate ferit.

Nona ex opere Franc. Romaguere Gerund. impreso anno 1691. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 20. cap. 5. ubi loquens de Indulgencie quas concedere solent Episcopi, num. 8. hæc habet: Unde si Episcopi ultra numerum dierum respective suprà traditum de indulgentia concesserint, nec ipsa pro dictis diebus permisstur; ex quo ipsa concessio est actus individuus, & inseparabilis, & in eo utile per inutile vitiatur.

Hæc doctrina erronea est, quia text. 325 in cap. cum ex eo, de penitent. & remiss. prohibet quidem excessum, sed non irritat, si fiat, actum, prout esset necesse: Nam aliud est prohibere, aliud est irritare, Passer. de ele. 7. cap. 9. quest. 1. num. 3. Idcirco, cum materia sit dividua, & separabilis, utile per inutile non vitiatur: & propterea Indulgentia concessa ab Episcopo ultra modum, seu debitum numerum non vitiatur in totum, sed valent tantum quo ad id, quod concedere potuit, ita communiter tenent, & docent gloss. in d. cap. cum ex eo, in fin. & alia gloss. in d. cap. fin. verb. non obtinent, eod. tit. in 6. Navar. in comment. de Jubil. notab. 31. num. 16. Graff. in Appendix. ad decif. aur. lib. 2. cap. 3. de potest. conced. indulg. num. 22.

Decima, ex eodem Authore citato loco lib. 5. tit. 9. cap. 12. ubi loquens de casibus, & censuris Sedi Apostolice reservatis num. 58. concludit sic: Nam virtute Bullæ Cruciate quilibet Confessarius electus, potest absolvere à dictis censuris reservatis, etiam contentis in Bulla Cœna Domini præter incursum pro hæresi.

Circa hanc propositionem sic absoltè prolatam, ne simplices, & rudes in errorem abducantur, & Confessarii recipiantur, sciendum est. Primo, quod Con-

Confessarius electus vigore dictæ Bullæ tualia, & Rubricæ directivæ possint impunè sperni, quod est erroneum, & injuriosum Bullæ Pauli V. la 85. Bullar. tom. 3. in qua omnibus Ecclesiæ Prelatis, & Rectoribus injungitur, ut Rit. Rom. ab eodem Pontifice approbatum, inviolatè obseretur: Ergo, qui illud non obseruat absque causa, non erit immunis à culpa, quia mandatum Papæ obligat, ut obseruat Bartol. à Platea in Opusculo l'Iridi sagra, cap. 5. §. secundo circa fin. ibi: *Dal che chiaramente si scorge non andare esente di grave peccato senza causa ragionevole, chi in cosa tanto observata dalla Chiesa, e di tanta riflessione, manca dalla dovuta ubbidienza à quella Ecclesiastica disciplina delle Rubriche, e Rituali, che senza verun dubbio deve observarsi.* Et præsertim obligant, & servandæ sunt benedictiones, quæ dicuntur constitutivæ 330 nempè, quia res benevolentæ constituuntur tantum cultui Divino, adeò ut amplius non debeat in prophanos usus converti, prout sunt Icones Altarium, de quibus loquitur hic Author.

<sup>327</sup> Undecima ex Pignatell. consult. can. tom. 9. Venetiis impresso anno 1694. conf. 186. cuius Rubrica hæc habet: *An ullo in casu exponi publicè in Ecclesia possit aliqua Imago, sive picta, sive sculpta Christi, vel Sanctorum sine licentia Episcopi?* 2. *An benedictio imaginum sit omnino necessaria? & in corpore: Ad prium non posse: Decreto enim Concilii Trid. statuitur nemini licere, &c. Ad 2. affirmativè videtur respondendum, Jure enim pietatis requiritur, &c. At his minimè obstantibus tenendum est, hujusmodi imagines posse, sed non deberi necessariò benedici: Nam quod sint benedicenda, provenit ex præscripto Ritualis. Certum est autem, & communiter docent Doctores, quod non omnia, quæ prescribuntur in Rubricis, vel Ritualibus necessariò obligant; quia continent tantum directiones in ordine ad benedicendas imagines, & ideo, quæ prescribuntur in illis, non habent vim obligandi, nisi aliunde proveniat obligatio, vel scilicet ex aliqua lege, vel ex natura rei, sed sunt tantum directivæ. Et paulo post: *Et hac ratione non esse necessariò benedicendas mappas Altaris.**

<sup>328</sup> Hæc doctrina est noxia & captiosa, quia sub generalitate, qua Author loquitur, & sub involucro verborum, videt urquodammodo docere, quod Rit-

tualia, & Rubricæ directivæ possint impunè sperni, quod est erroneum, & injuriosum Bullæ Pauli V. la 85. Bullar. tom. 3. in qua omnibus Ecclesiæ Prelatis, & Rectoribus injungitur, ut Rit. Rom. ab eodem Pontifice approbatum, inviolatè obseretur: Ergo, qui illud non obseruat absque causa, non erit immunis à culpa, quia mandatum Papæ obligat, ut obseruat Bartol. à Platea in Opusculo l'Iridi sagra, cap. 5. §. secundo circa fin. ibi: *Dal che chiaramente si scorge non andare esente di grave peccato senza causa ragionevole, chi in cosa tanto observata dalla Chiesa, e di tanta riflessione, manca dalla dovuta ubbidienza à quella Ecclesiastica disciplina delle Rubriche, e Rituali, che senza verun dubbio deve observarsi.* Et præ-

329

sertim obligant, & servandæ sunt benedictiones, quæ dicuntur constitutivæ 330 nempè, quia res benevolentæ constituuntur tantum cultui Divino, adeò ut amplius non debeat in prophanos usus converti, prout sunt Icones Altarium, de quibus loquitur hic Author.

Præterea dum dicit, quod ea quæ 331 præscribuntur in Ritualibus, ex quo sunt directiva, non habent vim obligandi, nisi aliunde proveniat obligatio, scilicet ex aliqua lege, inadvertenter se involvens fatetur, quod benedictio Imaginum in Ecclesiæ exponendis, necessariò requiritur, quia præcipitur, & præscribitur in Pontificali, qui liber habet vim legis, ut docent Fagnan. in cap. presbyter, num. 41. de Sacram. non reit. Pac. Jord. tom. 1. lib. 5. tit. 12. num. 165.

<sup>332</sup> *Et 169. Clem. unica, de jur. juri. ibi Papa allegat Pontificale tanquam textum, & patet etiam ex Constitut. 38. Clement. Ottav. Bullar. tom. 3. Et sicuti Campaniæ, quæ ex ejusdem Pontificalis præcepto debent benedici, & si reperiatur non benedictæ, possunt de ordine Episcopi 333 amoveri à Campanili, donec benedican-  
tur, (ut dicam infra in supplemento 10.  
3.) ita poterit amoveri facere ab Eccle-  
sia Imagines adorationi expositas, & non  
benedictas.*

Quo verò ad mappas, seu Tobaleas 335 Altaris, laxior est propositio hujus Authoris, quia earum benedictio est de pæ.

- præcepto, nec potest omitti. Rubrica enim Missalis in tit. de defect. grav. in minist. Miss. occurrit. hunc defectum reponi his verbis: Possunt etiam defectus occurrere in Minist. ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: ut si celebretur in loco non sacro, si vestes Sacerdotales, & Mappæ non sint ab Episcopo, vel alio habente potestatem benedicte. Et hinc est quod celebrans scienter extra casum necessitatis super Altare coopertum cum Mappis non beneditis, non est immunis à culpa, ut advertunt Gavant. in rub. Miss. p.1. tit. 20. litt. S. Pac. Jord. tom. I. lib. 4. tit. 1. num. 225. Quia Rubrica est præceptiva, & imperativa, ut clatè percipitur ex verbis relatis in tit. De preparat. Altar. ibi. Hoc Altare operiatur tribus Mappis ab Episcopo, vel alio habente potestatem, benedictis, Rot. decis. 228. num. 1. coram Coccin. ubi de verbo imperativo: Exerceatur, quod sit præcium, & necessitatem inducat, Passer. de Stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 906. ubi loquens de Decreto Concilii Trid. in quo ordinatur, ut Episcopi teneantur dare Monialibus Confessarium extraordinarium bis, aut ter in anno, dicit, quod coguntur hoc adimplere de præcepto, quia Concilium hoc mandat, cum verbo imperativo offeratur: Et sic si hæc Rubrica est præceptiva obligat sub mortali, ex doctrina Fagnan. in cap. fin. n. 22. de Conflit. & à crapulanum. 21. de vit. & honest. Cler.
- 336 337 338 339 340
- Hanc veritatem agnovit ipsius Pignatelli. consult. 98. num. 35. tom. 6. ubi loquens de præparatione Altaris erigendi in Oratorio privato Nobilitis privilegiati, hæc habet: Estque necessario cooperendum tribus Mappis, seu Tobaleis, ex lino, vel ex canape, vel ex gossypio quo ad eam partem, que regit mensam Altaris ab Episcopo, vel alio habente potestatem, benedictis. Unde si postea de his oblitus, contrarium dicat, non est curandum, sed primo dicto standum est.
- Duodecima, ex eodem Authore tom. 10. Venetiis impresso Anno 1696. consult. 63. cuius Rubrica hæc habet: An, & quatenus Clerici Sæculares, & Regulares examinari possint ad favorem rei, imo contra reum etiam in Criminalibus, & in corpore sic ait: Respondeo posse cum licentia ramen Superiorum, idque ne defectu probationum assertus reus indefensus remaneat, ideoque debet Episcopus, & Superior Regularis iis licentiam pro examine concedere, cum Clerici pro rei defensione, ac innocentia degenda coram Judice laico, admittantur. Et paulo post, adeo quidem nedum possint admitti, sed etiam debeant compelli ad se subjiciendum examini, imo in posteri casu Clericorum non modo ad defensionem in testem admitti posse in Criminalibus, verum etiam contra reum inquisitum tradit Granmat.
- Hæc doctrina est valde periculosa, & noxia, quia superiores Regulares non cautos, neque in jure versatos, ac Episcopos in praxi non valde peritos, in errorem trahere potest. Nam Episcopi, & Superiores Regulares licentiam se exponendi examini suis subditis concedunt in causis Civilibus tantum, quando veritas aliunde haberi non potest. Cœterum in causis Criminalibus, in quibus imponitur pena sanguinis, vel alia corporis afflictiva, recurrunt pro licentia (etiam si Clerici Sæculares, vel Regulares sint examinandi ad defensam rei) ad Sac. Congreg. Episcop. & Regul. vel Immunitatis, quæ juxta facti, & delicti circumstantias licentiam concedunt. Ordinariis, ut Ecclesiasticos examinent ipsimet ad defensam Rei, & postea examen communicent Curia Sæculari, vel concedunt, quod præstito prius Juramento coram eisdem Ordinariis, Judex Sæcularis examinet, prævia declaratione utendi depositione citrœnam sanguinis, vel demum facto verbo cum SS. concedunt licentiam Judici laico examinandi Clericos absolute præservando ab irregularitate, ut constat ex Decreto earumdem Congregationum in Panormitana 16. Jux. 1615. & ex aliis collectis à P. Ricci. in Synop. in ver. facult. exam. Ecclesiast. & Exemp. Vel etiam datur facultas Episcopo examinandi, & cogendi Regulares ad se subjiciendum examini in cau-

Causis violata Immunitatis, quando veritas aliunde haberi non potest, ut testatur idem Ricc. in verb. Regularis, num. 15. & 16.

Aliam doctrinam disciplina Ecclesiasticae peregrinam, & noxiā, docuit iste Author consult. 59. tom. 3. per tot. quam rejeci tom. I. tit. 6. form. 5. pag. 138. num. 8. 10. & 11. Tertia decima, ex Franc. de Eccles. Cathedr. Venetiis impresso anno 1698. qui cap. 18. num. 201. hæc habet: Sed dices; munus hoc prædicandi ad pastores pertinet, primo ad Romanum Pontificem, secundo ad Episcopos, tertio ad Curatos, ut late probat ex Trid. Mosconius, Ergo vel Episcopi Jurisperiti inutiles erunt, vel omnes Episcopi numquam prædicatorum, muneri suo non satisfacient. Et num. 240. Huic difficultati multipliciter respondetur, & primo, hodie hoc munus delegatum esse cuiuscumque Sacerdoti, quod late probant DD. superioris citati, & præcipue exponentes Conc. Trident. & late Jo. de Palafax in defens. Canonica contra P. P. Jesuitas, ex num. 25. ubi conceditur per alios prædicare. Unde obligatio hæc personalissima jam cessavit.

Hæc Frances. Doctrina est temeraria, divinis litteris injuriosa, & piarum aurium offensiva. Nam cum munus 342 prædicationis Apostolis, eorumque successoribus, (qui sunt Episcopi) injunctione reperiatur præcepto Divino 343 Matth. 28. Marc. 16. Act. 10. illudque per se ipsos, nisi impediti fuerint, Episcopi exercere teneantur, ut jubet Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 4. juxta monitum registratum in Actis Apostolorum loco citato his verbis, *Et præcepit nobis (ecce obligatio personalissima) prædicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est a Deo Iudex vivorum, & Mortuorum, numquam cessabit, donec duret lex Christi, ut ipsum apertis verbis Apostolos monens declaravit Matth. 28. dicens, Euntes ergo docere omnes gentes (& in hoc consistit Episcoporum prædicatio) baptizantes eos in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis, & ecce ego vobiscum sum usque ad consumma-*

*tionem seculi, ecce perpetua obligatio prædicandi,) & alibi, Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Luc. 21. & iterum Verbum autem Domini manet in aeternum i. Petr.*

Falsum est suppositum, quod hoc munus hodie reperiatur delegatum Sacerdotibus, quia de hac delegatione nullibi apparet vestigium, immo talis delegatio nec dari potest, nisi ab Episcopis, ad quos directè agere ad salutem Animarum spectat, cum ipsi habeant à Christo Domino delegante plenitudinem virtutis ad salutem Animarum perficiendam, ad quem finem Episcopatus Officium ordinatur per se primò, & directè: ut docet Apostolus scribens ad Hebr. cap. 5. dicens, *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus in his quæ sunt ad Deum: Ideoque, qui afferit, quod similibus Sacerdotibus, liceat prædicare Verbum Dei, etiamsi non sint Missi à Papa, vel Episcopis, censendus est hereticus, adhærens Joanni Husz Boemi, qui talia docebat, &* 346 *damnatus fuit à Martino Quinto, ut ex Bulla I. dict. Pontificis tom. I. Bullar. pag. 244.*

Episcoporum est igitur munus prædicandi (idest docendi plebem legem Christi): at quia curam animarum sibi 347 ipsi subditarum, non possunt sine aliorum adjutorio perficere, ideo cum aliis inferioribus Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, in locis suorum Diœcesum, prædicatione saluti animarum incumbunt: & sic ipsi tamquam principales, illi verò tamquam Ministri, & Coadjutores missi, munus implere debent: quia per se ipsos exercendum Apostolis Christus commisit, ut habetur in Concilio Lateranensi 4. can. 10. & egregie probat D. Th. in sum. par. 3. vol. 3. quæst. 67. art. 2. ad primum, ibi: *Dicendum quod utrumque Officium scilicet docendi, & Baptizandi Dominus Apostolis injunxit, quorum vices gerunt Episcopi, aliter tamen, & aliter, nam Officium docendi, commisit eis Christus, ut ipsi per se illud exercearent tamquam principalissimum, unde & ipsi Apo-* stoli

stoli dixerunt Act. 6. non est aequum nos  
relinquere Verbum Dei , & ministrare  
mensis ; Officium autem baptizandi com-  
misit Apostolis , ut per alios exercen-  
dum unde , & Apostolus dixit I. Cor. i.  
non misit me Christus Baptizare , sed  
Evangelizare , & hoc ideo quia in ba-  
ptizando , nihil operatur meritum , &  
sapientia Ministri , sicut in docendo .

Et ita fuerunt omnes Episcopi , qui  
Doctrina , & Sanctitate in Ecclesia Dei  
floruerunt , testimonio sapientissimi Car-  
dinali Bona lib.2. rer. liturg. cap.7. num.  
7. ubi sic inquit Porro munus pradicandi  
di proprie , & praeципue ad Episcopos per-  
tinere , tam usus veteris Ecclesie , &  
omnium Sanctorum Episcoporum exempla ,  
tam ipsa docet Episcopalis conse-  
cratio , in qua dicitur , accipe Evange-  
lium valde praedica Populo tibi commis-  
so , ideo Paulus ad Timotheum scribens ,  
ipsum terribili adjuratione obtestatur per  
Deum & Iesum Christum ejusque ad-  
ventum , & regnum , ut instanter tra-  
dicet , moneat , increpet , in omni patien-  
tia , & doctrina , & de se ipso ad Cor-  
inthios Epist. 1. cap.6. ait : Si evangeli-  
zavero non est mihi gloria , necessitas  
enim mihi incumbit , ve enim mihi , si  
non evangelizavero . Teneri autem per  
se ipsos hoc Officium exercere , Synodus  
Tridentina edixit antiquos canones se-  
quuta , nisi fuerint legitime impediti .  
Quam obligationem ab omnibus Episco-  
pis , qui doctrina , & sanctitate florne-  
runt agnitam fuisse evidens est .

Qui Doctores in Ecclesia Dei clarissimi ,  
& pietate ornatissimi scripserunt ,  
non in Sexulis Tyrannorum , sed post  
quam Ordines Regularium Mendicant-  
ium , & Prædicatorum , in Mundum  
venerunt , & per Orbem Verbum Dei se-  
minant , & tamen ausi non sunt dicere ,  
quod obligatio prædicandi , quæ est pro-  
pria Episcoporum , cessaverit , prout non  
intrepidavit firmare unus Franc. imò om-  
nes concorditer tenent , & docent vige-  
re , quia præceptum Domini est . Neque  
valet excusatio , quod aliquibus , qui  
apitudinem non habent prædicandi hoc  
reddatur impossibile ; quia Christus im-  
possibilia non jubet , sed jubendo monet ,  
& facere quod possis , & petere , quod

non possis , & adjuvat ut possis , ut ait S.  
Augustinus .

Decima quarta , ex eodem Authore  
cap.25. num.327. ubi habetur sic . Verum  
in Confraternitatibus Ecclesiarum Ca-  
thedralium specialiter crederem posse Con-  
frates sepeliri in sepulcro confraternita-  
tis , quod sic probo ; nulla electa sepul-  
tura , ut supra diximus , debet sepeliri  
Confrater in Ecclesia Parochiali , sed  
cathedralis est Parochia totius Diocesis  
ergo ibi sepeliri possunt , cum hoc sit pri-  
vilegium Ecclesia Cathedralis , ut ibi o-  
mnes sepeliri possint , ergo in ea poterunt  
sepeliri , nec in hoc prejudicium aliquid  
irrogatur Parochiali particuliari , quam  
quam inferior silere debet . Et postea  
num. 328. Secundò non electa sepultura  
sepeliri unusquisque debet in Parochiali ,  
sed si in alia sepulcrum proprium ha-  
bent in eo loco debent humari ; At se-  
pultura confraternitatis est sepulcrum pro-  
prium confratrum , ergo non electa se-  
pultura , non solus possunt sepeliri in  
Ecclesia Cathedrali , verum etiam in se-  
pultura confraternitatis debent sepeli-  
ri .

Haec doctrina , nulla prouersus proba-  
bili nixa ratione , aut authoritate , vi-  
detur noxia , quia irrationaliter exci-  
tat , & foget lites , & jurgia . Nam li-  
cer Cathedralis habet præminentiam  
honorificam super cæteras loci Eccle-  
sias , tamen non tollit jura Ecclesiarum  
Parochialium , quæ habent in Subditos  
intra terminos Parochiæ existentes , sed  
illis illæsa conservat , juxta præscriptum  
Canonis Ecclesiæ Singulas 13. quæst. 1.  
& latè probat Pignarel. consult. 89. num. 349  
16. & 17. tom.7. unde cum Franc. non  
agat de Viatoribus , & Peregrinis non  
habentibus Hospitium in Civitate , qui  
si decadent non electa sepultura sepe-  
liendi sunt in Cathedrali , vel Matri-  
ce , ut respondit Sac. Congreg. Episcop. &  
Regul. 9. Junii 1592. in fulginatione . Sed  
de Confratribus Confraternitatis ere-  
ctæ in Cathedrali , hi si decadent non  
electa sepultura , non in sepulcro con-  
structo à Societate in dicta Ecclesia  
Cathedrali , verum in propria Ecclesia  
Parochiali veniunt tumulandi , etiamsi  
haberent statutum ab Ordinario ap-  
pro-

probatum, quod in Sepulcro Confraternitatis tumulentur, ut communiter tradunt *Genuen. in prax. cap. 74. num. 6. Samuel. de sepult. disp. 5. contr. 10. conclus. 1. & seqq. Sperell. decis. 87. num. 10. & alii quos cumulat, & sequitur Panimol. decis. 5. adnot. 3. num. 53.* Tum quia, id quod dicitur de Cathedrali, quod sit Parochia totius Diocesis, est denominatio metaphorica, & analogica, non autem univoca, cum nullibi in jure hoc reperiatur concessum, neque expressum, tum quia electio sepulturæ est jus personale, & ideo nullus pto pubere potest eligere sepulturam, ut probavi *tom. 1. pag. 154. num. 26.* quare constructio sepulcri, sive Statutum Confraternitatis, non potest in præjudicium Parochialis habere vim electionis sepulturæ in Cathedrali, ut in punto benè notat, & advertit *Passerin de Stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 313. 314. & idem tenet Sebæt Medic. de sepult. par. 1. quæst. 7. num. 41.* Decimæ quinta, ex P. Moreno in Bullam Innoc. XII. Speculatores, Romæ impresso anno 1699. Typis Antonii de Rubeis in tit. Beneficii, quæst. 1. dub. 7. num. 51. qui hæc habet. *Sicuti enim, qua Ecclesiæ legantur jure Ecclesiastico alienari nequeunt, hoc est quod semel possessa ab Ecclesia, hæc alienare non valeant absque solemnitatibus in ipso jure prescriptis.* Si tamen Titius Ecclesiæ aliquid legaverit ex adjecta lege quod pro suo libito non expectatoque jure, alienare Ecclesia possit, exceptio teneret, &c. Qui enim absolitus Dominus alicuius rei est, eamque alteri tribuit, tribuere valet legibus, & conditionibus sibi beneficiis, etiam si Ecclesia tribuat, &c. Hominis que dispositio cessare facit dispositionem legis.

*Hæc doctrina fuit jam olim rejecta, & reprobata Romæ ab Officialibus Datarie Apostolicæ tempore Urbani VIII. ut testatur Corrad. prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 15. his verbis. Advertendum est tamen, quod sub Pontificatu Urbani Octavi magna desperata fuit controversia, nam ita ferente casu, post multa hinc inde deducta cor. bon. mem. Egidio Ursino Datario, ac pluribus Advocatis informantibus, re etiam ad ipsum Ur-*

banum delata, fuit resolutum negati-  
vè, nempè prohibitionem alienationis rerum Ecclesiæ, locum sibi vindicare etiam in casu quo res ita donatur, vel legatur Ecclesiæ, ut possit alienari sine solemnitatibus, quia nihilominus illæ requiruntur, non obstante dicta voluntate, quæ tanquam illicita servanda non est. Quam sententiam secuti sunt postea Ventrigh. prax. p. i. annot. 1. §. 2. num. 31. *Donat. prax. rær. regul. tom. 1. par. 2. tract. 14. quæst. 55. Passer. de stat. hom. tom. 1. quæst. 185. art. 7. num. 326.* & alii à me allegati *tom. 1. tit. 5. form. 15. num. 16. pag. 130.* Et ratio ea est: quia cum res legata statim Testatore defuncto efficiatur Ecclesiastica ministerio legis, dispositio hominibus non potest constitutionem canonicum immutare, glos. in cap. tua nobis verb. interdici, de test.

Verum tamen est, quod si fiat legatum Ecclesiæ sub conditione, ut res legata vendantur ad aliquem effectum determinatum, e.g. ut ex illius pretio, aliquid aliud pertinens ad Cultum Dei ematur, vel ut dotentur Virgines; vel legatum fiat Monasterio incapaci retinendi rem relictam, tunc poterit alienari sine solemnitatibus, ut conclusionem mox firmatam declarando tradunt *Quarant. in Summ. Bullar. verb. alienatio, nu. 32. Ventrigl. & Passer. loco superius citati.*

Alias propositiones noxias, & laxas habet Opusculum Moreni quas notavi *tom. 3. in Appendic. pag. 277. à num. 20. usque ad num. 26.* ad quem locum recurrit.

Decima sexta ex *Ameno in tract. de delict. & pæn. Venetiis impresso anno 1700. §. 8. de violat. clausur. num. 7. pag. 233.* ubi hæc habet: *In alia verò (idest Bulla) Greg. XIII. inhibetur mulieribus ingredi Monasteria, tam Religiosorum, tum Monialium, & num. 8. Observandum est circa istas Bullas, quod nomine mulierum non veniunt puellæ infra septennium, &c. itidem non veniunt Fundatores Monasteriorum, saltem apud eas Religiones in quarum Regula habetur, quod tales ingredi possint: Immò Anton. à Spiritu Sancto post del. Bene, vult hoc esse commune omnibus Religionibus, ut in Conventibus à se fundatis possint*

possint ingredi fundatrices, & hoc lice-  
re de jure communi contendit Pelizar.  
&c. Et revera si possunt fundatores si-  
bi reservare dominium Monasteriorum,  
& concedere Religiosis simplicem usum  
facti, ut patet in jure, non video quo-  
modo non possint concedere etiam domi-  
nium, & sibi reservare jus intrandi in  
illud Monasterium: Sicut potest vendi,  
aut alio contractu distrahi fundus sibi re-  
servata via, aut ingressu illius, aut a-  
lia servitute.

Hæc doctrina videtur injuriosa Con-  
stitutioni Pauli V. la 74. impressa in  
Bullar. tom. 3. pag. 309. in qua revocan-  
tur expreſſe licentia ingressus in Clau-  
ſuram etiam si eſſent à Sede Apostolica  
conceſſa quibuscumque Mulieribus  
Marchionali, & ducali dignitate ful-  
gentibus; quarum appellatione veni-  
re, & eſſe comprehensas, etiam Fun-  
datrices, & Donatrices plures deciſum  
ſuiffe teſtantur Barboſ. in Sum. dec. Apo-  
ſtolic. collect. 508. num. 7. hiſ verbiſ:  
*Monialium in monasteria ingredi, deinde non permittitur mulieribus Seculari-  
bus, ne quidem Fundatricibus, aut Do-  
natricibus ad breve, vel ad longum  
tempus, etiamſi à Sede Apostolica hoc  
eis ſpecialiter eſſet indultum, cum Pauli  
V. Conſtit. de anno 1612. edita, id fue-  
rit in genere revocatum, Sac. Congreg.  
Concili, quam citat Aldan.*

Nicol. in flosc. verb. fundator, num.  
1. inquiens ſacra &c. censuit fundatores  
359 monasteriorum Monialium non poſſe ea-  
rundem clauſuram ingredi, nec à monia-  
libus recipi; niſi in literis Apoſtolicis e-  
reliſionis ſecus expreſſe caveatur 1629.  
Regulari. Muſto minus mulieres eorum  
consanguinea 1606. Dominicani.

Donat. in prax. tom. 4. tract. 5. quæſt.  
13. num. 6. ubi respondendo à Caſtro, qui Ameni ſententiam ſectatur, ait. E-  
tenim omnis contractus, omneque privi-  
legium fundatricium contrarium decretis  
Sac. Concilii Trid. cenſetur extinētum,  
omniſque conſuetudo contraria aboleta,  
& num. 7. nec paſta privatorum ſunt at-  
tendenda, & fortius ſi ſint præjudicia  
juri communi, Canonico, & communi  
bono Religiosarum, male enim facta pro-  
fectis habentur, & ita ſuiffe à Sac.

Congregatio deciſum refert Barboſ.  
Alias doctrinas, & propositiones Ame-  
ni malè ſonantes, & falſas, retuli, &  
rejeci tom. 1. in Append. pag. 311. num. 1.  
& tom. 2. pag. 160. num. 14. & 15. & tom. 3.  
pag. 154. num. 7.

Decima septima, ex Ricciardello in  
Lico Eccleſiaſtico Arimini impreso  
anno 1704. cap. 2. §. 4. num. 11. tibi ſic ait:  
*Attamen Epifcopus in Eccleſia Regula-  
rium abſque eorum licentia minime cele-  
brare ſolemniter potest. Falsum eft hoc  
aſſertum, quia ex Papali Decreto Cle-  
mentis Octavi, quod per extenſum refert  
Laurent. de Franch. contr. p. 1. num. 378.  
emanato anno 1603. Epifcopi nequeunt  
impediri, qui poſſint in Eccleſia Regu-  
larium exercere Pontiſcalia, & erige  
Baldachinum.*

Immò valent Regulares impedien-  
tes, & contradicentes excommunicare,  
aut aliis poenit ſibi bene viſis punire, ut  
in diēto Decreto conceditur expreſſe,  
& admittunt ſine difficultate ipſiſet  
Authores Regulares, Pasqual. ad Lau-  
rent. de Franch. loc. cit. & Donat. in prax.  
tom. 1. p. 2. tract. 13. de exempt. Religio-  
quæſt. 74. num. 7. Et adsunt quoque de-  
creta generalia Sacr. Congreg. Rit. emanata  
ſuper uſu Pontiſcalium Prælatis inferioribus  
cenſeo à me relata tom. 2. pag. 85.  
& 86. in quibus in reſponſione ad deci-  
mum quintum dubium habetur, quod  
Epifcopus etiam Regularibus inviſis,  
poſteſt in eorum Eccleſia interelle, &  
ſolemniter celebrare, & quod ipſi Regu-  
laris reverentiam, & honorem, ut par-  
eſt, ei exhibeant, & decoro cultu, & or-  
natu recipiant.

Et eſt notandum, Primò, quod licet  
Donat. loco citato num. 9. & Tambur. de  
jur. Abb. tom. 1. disp. 15. quæſt. 15. num. 10.  
velint quod Epifcopus poſſit quidem in  
Regularium Eccleſia Pontiſcaliter cele-  
brare, & Baldachinum erige; verū  
non poſſit ibidem Ordines conſerre,  
neque Sacramentum confirmationis,  
invitiſ Regularibus ministrare, ex quo  
actus hujusmodi habeant mixturam ex-  
ercitii Jurisdictionis, adhuc tamen  
Ventriſgl. in prax. p. 1. annot. 26. §. unico,  
num. 6. verbiſ his premissis; abſolutè tenet,  
quod Epifcopus poſſit haec omnia fac-  
re,

re, quia est in sua Diœcesi: cuius opinio verior videtur, tum ex dicto decreto Clem. VIII. in quo ei conceditur usus Pontificalium in dictis Ecclesiis illimitatè, & sine restrictione, tum ex alio decreto Sac. Cong. Rit. in Tullen. 7. Decemb. 1613. relato à Barb. in sum. dec. Apoſt. collect. 289. numer. 5. quo usus Pontificalium in omnibus Ecclesiis Diœcesis etiam exemptis liberè Episcopis conceditur. Certius autem, quando Ecclesia Regularium esset Parochialis: nam tunc liberiùs Pontificalia exercere, & Sacra menta prædicta ministrare posset, ex plenè deductis à Pignatell. consult. 7. à num. 18. tom. 7.

363 Secundū notandum, quod si alia occasione Episcopus accederet ad Ecclesiis Regularium sue Diœcesis, debet in ipsis recipi cum obsequio, quia non sunt exempti ab actibus reverentialibus, quibus debent ei reddere debitum honorem, etiam sub culpa mortali, Pasqualig. ad Laurent. de Franch. p. 2. q. 30. num. 2. &c non solum ratione dignitatis Episcopalis, sed etiam Jurisdictionis, cum in pluribus sint illi subjecti, tamquam Delegato Apostolico, ut monet Passerin. de Stat. hom. tom. 3. q. 189. art. 10. num. 798. Unde si aliquo modo impedirent, ne suæ Dignitatis insignia, & præminentias haberet, aut uteretur, posset contra eos censuras relaxare, non tamquam Judex, sed tamquam juris Executor, ut inquit Laurent. de Franch. diēt. q. 30. num. 1. præsertim si denegatio honorificentia effet publica: puta si impedit coram Populo, ne deferret in ipsorum Ecclesia Rocchettum nudum, Mozzettam, aut Cappam Magnam, Gavant. in rubr. Missal. p. 2. tit. 13. lit. M. vel si Rocchetto, & Mozzetta, seu Cappa induitus, & incedens ad adorandum ante Altare Sanctissimi Sacramenti, genuflexorum cum stratu, & pulvinari ornatum denegarent, & præparare nollet, cum sit honorificentia Episcopo debita, Sac. Cong. Rit. in Camerenen. 21. Febr. 1699. ad 3. Verumtamen si haec contingent fine publicitate, & fine notabili contemptu dignitatis, ab Monacelli, Formul. Suppl.

finendum esset à censuris, admonitis Superioribus, & certiorata Sac. Cong. de excessu, ut accidit in una Foroli-vien.

Cum enim PP. Camaldulenses occasione accessus Episcopi ad eorum Ecclesiam tempore expositionis Venerabilis Sacramenti illum, nec in ingressu, nec in egressu associare, neque naviculam incensi, ut moris erat ( licet à Magistro Ceremoniarum moniti, ut thurificare posset Sanctissimum ) portigere noluissent, & Episcopus de his Sac. Congreg. reddidisset instructam, hæc ad relationem clar. mem. Cardinalis mei Petruccii die 6. Martii 1692. rescripsit. PP. Camaldulenses teneri præstare Episcopo accedenti ad eorum Ecclesiam, omnes aetus reverentiales, & ad mentem. Mens est, quod P. Abbas accedit ad Episcopum, & exprimat obsequia, tam suo, quam Religiosorum suorum nomine.

Tertiū notandum, quod si accederet ad Regularium Ecclesiam Episcopus Titularis Suffraganeus ad celebrandum Pontificaliter, non deberent ei erigere Baldachinum, nam talis usus, & honorificentia, nec in Ecclesiis suis, nec in exemptis Diœcesis, nec extra Diœcylum illi competit, quamvis accederet licentia Ordinariorum, ut respondit Sac. Cong. Rit. Episcopo Titulari Suffraganeo Hildebr. 6. Martii 1706.

Decima octava, ex Zerbi Gemma Episcop. Roma impresso anno 1706. Typis Bernardi, tit. I. quest. 33. ibi: Et cum hac plenissimam habeant Jurisdictionem ( idest Episcopi ) Sequitur quod Episcopus in omnibus, quæ non sunt Romane Hierarchie reservata, dispensare valeat.

Hæc propositio in tota sua latitudine sumpta, prout illam recipit Author, est falsa, & potest incautus, & simplices fallere. Nam Episcopus non dispensat, ut Monachus habeat proprium, vel contrahat matrimonium, licet in sacris non sit constitutus. Non committit simplici Sacerdoti, ut conferat Chrisma. Non delegat Laico causas criminales Clericorum cum facultate

G ex-

excommunicandi. Non dispensat in Matrimonio rato non consummato. Non dispensat in gradibus prohibitis. Non inducit impedimenta Matrimonium dirimentia, & inhabilitatem ad contrahendum. Non dispensat in Bigamia, quamvis dispensatio esset restricta ad privilegium fori. Non concedit Indulgentiam Plenariam. Nam commutat voluntatem Testatorum. Non applicat rem unius Ecclesiae alteri Ecclesiae. Novas dignitates juri incognitas, non creat. Et alia plura non dispensat, nec facit, non quia illa, & hic expressa sint Papae reservata, sed quia non habet usum clavium cum plenitudine potestatis: Quoniam Episcopus vocatur, & assumitur in partem sollicitudinis, & quasi Judex superintendens Civitati, & Dicecesi, ut advertit Faganian cap. perniciosa, de Offic. Ord. a num. 55. usque ad num. 70.

Decima nona ex eodem Authore tit. eodem, quest. 52. in qua sic habetur: Quæritur an Legati de Latere, vel Nunci Apostolice Sedis possunt ab Orariis cognitionem causarum in prima instantia avocare? Respondetur: Possunt utique.

369 Erronea est propositio, quia, nec Legati, nec Nuncii Papæ causas ab Ordinariis in prima instantia avocare possunt, nisi hoc eis expressè concedatur in facultatibus: ut patet, tam ex dispositione juris communis in cap. ubi glossa verb. legationis, de offic. legati, & in cap. conquestus, verb. procuraverit 9. quest. 3. & in cap. Galliarum, verb. prætermitti 25. quest. 2. Quàm Concilii Trid. sess. 24. 370 de reform. cap. 20. cuius vigor militat, etiam in causis executivis, & obligacione camerali vallatis, Pignatell. consult. 121. tom. 2. per tot.

Vigesima ex eodem Authore tit. eodem, quest. 56. in qua sic queritur: Potest ne Episcopus beneficium resignatum in suis manibus, conferre conjunctis suis, vel Resignantis? Respondetur non utique potest.

371 Hæc responsio data ad quæsumum claudicat. Ideò ut melius scire, responde: Beneficia liberè resignata in manibus Episcopi in casibus à jure, & Constitutionibus Apostolicis permisis pos-

tunt conferri certæ extraneæ personæ à Resignante determinatae, dummodo in resignatione nullum pactum, seu conditione, aut promissio ex parte Episcopi inferatur, & persona digna sit: & si Beneficium resignatum sit, jurispatronatus, utique etiam conjunctis, & familialibus Episcopi, vel Resignantis, conferri vallet, cum non comprehendatur sub Bulla Pii V. ut jam dixi tom. I. tit. 2. pag. 57. n. 372

1. & 2.

Vigesima prima, ex eod. Authore tit. 2. quest. 2. ubi dubium sic proponit: Quæritur: debet ne Episcopus ex congruentia, & bene esse quotidie celebrare pro suis Oribus? Responderetur quod sic.

Cavendum est ab hoc Authoris quæsito adulatorio; ne ab illo deceptus in foream lapsus, non videoas quæ recta sunt, & cum his, quos Italias 30. carpit, loquaris placentia.

Etenim Episcopus non ex congruentia, & ad bene, (ut perperam libi figurat Author) sed ex obligatione, quæ à jure Divino promanat, teneatur, si non quotidie, tamen frequenter, scilicet omnibus festis saltem diebus pro Oribus suis Sacrificium offerre, ut probant authoritates à me allegatae tom. 2. tit. 16. form. 2. nu. 21. & seqq. pag. 219. & 220. quibus nunc addo Pac. Jord. tom. 1. lib. 4. tit. 1. de Sacrif. Miss. num. 46. Ricc. in præv. par. 5. tit. de bon. observ. Episcop. cum Baron. resolut. 5. num. 9.

Vigesima secunda ex eodem Authore tit. 3. quest. 5. & 6. ubi leguntur sequentia: Quæritur: Vicarius potestne concedere litteras dimissoriales? Respondetur, non potest. Quæritur, si per duas dietas Episcopus abeflet extra Diœcesim? Respondetur potest utique concedere.

Malè huic Author secundo quæsito responder, quia text. quem pro se alleg. in cap. cum Nullus, de temp. ord. num. 6. dat facultatem Vicario concedendi litteras Dimissorias, quando Episcopus moratur in remotis, ut ex verbis ibi: Episcopo autem in remotis agente, ipsius 373 in spiritualibus Vicarius Generalis, vel sede vacante Capitulum dare possunt licentiam ordinandi: Non si Episcopus maneat extra Diœcesim ultra duas die- ras,

tas, ut tenet ipse: aliás si vera esset ejus responso, sequeretur, quod Vicarius Eugubinus, & Fulginaten. morantibus Episcopis Anconae, vel Laureti, quæ sunt loca extra Dioecesim ultra duas dietas, possent litteras dimissoriales subditis concedere, quod est maximum absurdum, cum mora duorum dierum, possit ab his locis haberi responsum.

Quando autem dicatur Episcopus agere in remotis quamquam nonnulli putent hoc verificari si degat extra Italiā, verius est, quod sit relinquendum arbitrio prudentis Judicis, qui ex facto sumere debet judicium, cum in hac materia nulla constitui possit certa, & limitata regula, ut benē advertit gloss. in d. cap. cum nullius, verb. remoto, in fin. Menoch. de arbitr. cas. 222. num. 26. Pac. Jord. tom. I. lib. 3. tit. 6. num. 130. immò Piasc. in prax. par. I. cap. I. art. 2. de subdit. ordinis, num. 20. vult, quod Vicarius, nec quando Episcopus moratur in longinquis, debeat concedere dimissorias, Quarant. vero in summ. Bullar. ver. Capitulum sede vacante, num. 12. tener, quod ille dicatur esse in remotis, cuius præsentia in brevi haberi non potest.

Vigesima tertia, ex eodem Authore tit. 5. quæst. 13. ubi hæc habet: Quaritur: Si contigerit aliquem de Judicibus, vel de Examinatoribus Synodalibus mori, potest ne Episcopus alios eligere & Respondeatur: Potest cum consilio Capituli.

Mala, & erronea est responso, quo ad electionem Examinatorum: Tu ergo mihi lector de hoc interrogatus, sapide responde distinguendo. Si sermo est de Judicibus Synodalibus, verum est, quod si aliquis illorum mori contingat usque ad novam Synodum, Episcopus, adhuc consilio Capituli, potest alios substituere, juxta facultatem sibi tributam à Concilio sess. 25. cap. 10. de reform. Si vero loquuntur de Examinatoribus, Episcopus non potest neque cum consilio Capituli novos Examinatores in locum absentiunt, vel mortuorum extra Synodum eligere, & subrogare, nisi casus mortis, & necessitatis intra annum à die celebratæ Synodi contin-

gat: Nam si esset lapsus annus ab ultima Synodo, cessaret necessitas: Nam posset, & deberet congregare Synodum, & novos Examinatores deputare, quod si non agit, sibi imputare debet, & proinde stante sua negligenter, non potest uti hac facultate extra Synodum, sed recurere debet ad Sac. Congreg. Concilii, quæ subrogationem indulgere solet ad sex menses, vel usque ad proximam futuram Synodum, dummodo in casu vacationis Parochialium utatur existentibus. Barb. in summ. decis. Apost. collect. 341. num. 10. Lorter. de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 72. Nicol. in flosc. ver. examen, num. 1. & lucubr. can. lib. 3. tit. 5. de præb. nu. 25. Ventr. in prax. par. 2. annot. 5. §. 1. num. 42. Et magistraliter Rot. coram Buratt. decis. 479. per tot.

Vigesima quarta ex eodem Authore eodem tit. 5. quæst. 21. in qua sic dubium proponitur, Quaritur, & si consuevit adhiberi Capituli consilium in condendis Constitutionibus Synodalibus, essent ne valide eo prætermisso? Respondetur, essent valide.

Neque hic Author benē proponit, 380 nec benē respondit; non enim ex consuetudine loci consilium Capituli in condendis Statutis Synodalibus exigitur, sed requiritur de jure pro validitate actus, cap. quanto, de his, quæ fiunt à Pralati, & ibi Canonistæ, & juxta legem præscriptam in Pontificali in rubrica de Synodo, & in Decreto Sac. Congreg. Concilii pro Patriarca Venetiarum emanato ann. 1592. his verbis concepro. Amplitudinem tuam in Synodo Dioecesana facere posse Constitutiones absque consensu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere consilium Capituli, & illud referunt Quarant. in summ. Bullar. in verb. Synodus Dioecesana, Pat. Jord. tom. 2. lib. 8. tit. 1. num. 18. Piasc. in prax. par. 2. art. 2. de Statut. ab Episc. facien. num. 8. eadem Sac. Congreg. Concilii in Hispan. 15. Jan. 1695. cum aliis à me allegatis tom. 1. tit. 5. form. 3. num. 9. pag. 101.

Hoc posito sequitur, quod si Episcopus consilio Capituli neglecto, Constitutiones Synodales condenseret, & publicaret, nulliter ageret, & pro-

G 2 bant

bant authoritates à me loco supra citato  
num. 10. allegatae, & indigerent sana-  
tione, ut ostensum pariter à me fuit  
tom. 2. tit. 13. form. 2. numer. 98. pag. 24.  
Ubi enim quis ex lege tenetur adhibere  
consilium in petagendo aliquem actum  
ramquam formiam; si non adhibeat, nul-  
liter actum implet, licet consilium se-  
qui non teneatur, ut docet *Lotter. de re  
benef. lib. 2. qu. 21. nu. 76.* Et in terminis  
Decretorum *Council. Trident.* habemus  
exemplum in Deputatis Seminarii, quo-  
rum Consilium Episcopus debet in gu-  
bernio ejusdem requirere quo præter-  
missio, gesta per eum nulla sunt, quam-  
quam eorumdem Deputatorum consi-  
lium sequi non teneatur, prout decisum  
fuisse à Sacr. Congreg. Concilii, referit  
*Crespin. de visit. par. 2. §. 31. numer. 7. &  
8. Sacr. Congr. Concilii in Fundana 26.  
Martii 1689.*

Vigesima quinta, ex eodem Authore  
tit. 6. qu. 6. ubi proponit sic: *Queritur,  
Minores Ordines sunt ne Sacra-  
menta, si-  
cunt Ordines Sacri?* Respondetur, sunt  
quidem. Et in corpore sic inquit, & non  
solum Sacerdotium, & Diaconatus, sed  
etiam Subdiaconatus, & quatuor minores  
Ordines sunt Sacra-  
menta.

Hic graviter offendit iste Author, quia  
videtur errare in rudimentis Doctrinae  
Christianae. Tu igitur ad quæstum  
propositum responde: Ordines minores  
non sunt Sacra-  
menta secundum Theo-  
logos, sed Sacramentalia, ut docet  
*Navar. consil. 48. num. 7. de sent. ex-  
commun.* omnes autem Ordines sunt se-  
ptem, in quibus adeat aliqua participa-  
tio, seu plenitudo Sacramenti est tota  
in ordine Sacerdotii, quod Eucharistiam  
conficit, ad quam omnes Ordines  
diriguntur, ita D. Thomas Doctor An-  
gelicus in *supplem. par. 3. qu. 37. art. 1.  
ad 2.*

Vigesima sexta, ex eodem Authore  
tit. 12. qu. 3. in qua sic habetur: *Queri-  
tur, quando coram Episcopo fit Beneficii  
resignatio, potest ne conferri consanguineo  
Resignantis?* Respondetur negativè, nec  
minus proprio.

Tu vero responde, prout responsu-  
mam fuit supra vigesimæ Doctrinæ cum  
distinctione ibi data, & hic adde, quod

Beneficium in manibus Episcopi resigna-  
tum, etiamsi sit libera collationis, po-  
test conferri Consanguineo naturali Re-  
signantis, non obstante Bulla Pii V. ex  
quo quia talis Consanguineus non dicitur  
de Domo, nec de familia legitimo-  
rum, prout ira in Curia Archiepil. Nea-  
polis decisum fuisse testatur *Ricc. in prax.  
post par. 5. 86. questiones varie, qu. 8. per  
tot. ac etiam conferri potest aliis legiti-  
mis Consanguineis ultra terrum gra-  
dum, Barbos. in addit. post tract. de offe.  
& pot. Episcop. vers. quod autem beneficia,  
pag. mibi 462.*

Vigesima septima, ex eodem authore  
tit. 18. qu. 12. in qua quæstum sic propo-  
nit: *Queritur, sententia excommunicatio-  
nis lata sine monitione est ne nulla? Res-  
pondetur si quidem est;* Et in corpore in-  
quit, quæ monitio de necessitate intercede-  
re debet, etiamsi delictum, in cuius  
penam fertur, esset notorium.

Tu vero, ut benè ad quæstum re-  
pondeas, dic sententia excommunicatio-  
nis ab homine lata sine monitione re-  
gulariter nulla est, at aliquando etiam  
sine monitione sustinetur, & validè fer-  
tur, puta quando Episcopus non pro-  
cedit, ut Judex, sed ut pars vim vi re-  
pellendo, ut in casu exemplificato *tom. 3.  
pag. 105. num. 1.* & in aliis casibus, de  
quibus *d. tom. 3. in prelud. num. 67.* In  
delictis autem notoriis, monitio non  
requiritur de necessitate, sed tantum  
adhibetur ad benè esse, & ad Caute-  
lam, ut jam dixi *d. tom. 3. pag. 53. num.  
20. & 21.* præsertim in declaratoria ex-  
communicationis jam latæ à jure, & 388  
in notorio facti permanentis nullo casu  
liciti, vel in contumace notorio, ut  
advertunt *Card. de Luc. de Judic. dis-  
9. num. 24.* Et alii à me allegati *tom. 1.  
pag. 270. num. 4.* ubi de interdicto ap-  
ponendo pro notorio excessu sine mo-  
nitione.

Vigesima octava, ex eodem Autho-  
re tit. 19. q. 31. in qua querit sic: *Utrum  
Clericus per annum in excommunicatione  
perseverans, possit beneficio privari?  
Re-  
spondetur affirmativè, quia est suspectus  
de heresi.*

Hæc responsio ita absolute concepta,  
non est vera, nam per solum lapsum  
anni,

anni, non dicitur in excommunicatione inordescere, nisi constet nullam instantiam, seu diligentiam fecisse pro obtainenda absolutione, neque dicitur suspectus de hæresi, nisi post lapsum anni 392 citeretur ad se purgandum ab hæresi suspicione; & iterum excommunicatus post alium annum animo pertinaci censuram sustineat, prout latius dixi tom. 3. pag. 161. n. 12. & seqq.

Vigesima nona, ex eodem Authore d. tit. 19. q. 32. In qua sic habetur, Quæritur, *Blasphemans est ne excommunicatus?* Respondeatur utique, & si est Clericus, deponitur.

393 Graviter hic lapsus est Author; quia nullibi Blasphemis hæc pœna latæ sententiæ reperitur inficta, T. xt. enim quem pro se allegat in c. si quis 22. qu. 1. hæc habet; *Si quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus anathematizetur*, non est ergo blasphemus excommunicatus, sed à Judice juxta gravitatem blasphemiae excommunicandus. Præterea hodie Blasphemi puniuntur, & multantur ad præscriptam formam Leonis X. datam in Concilio Lateranensi relato à Zecch. de republ. Eccles. tit. de Cleric. numer. 7. prohibit. 87. & Bullæ Pii V. la 5. §. 10.

Trigesima ex eodem Authore eod. rit. 19. n. 33. ubi querit sic: *Utrum inducens aliquem ad eligendam sepulturam incurrat excommunicationem?* Respondeatur, utique incurrit.

395 Error hic peior priore, quia text. quem pro se allegat in Clem. cupientes, §. fin. de pœn. loquitur explicitè, & expressè de Clericis Secularibus, & Regularibus, qui voto, aut præmissione irrevocabili, inducunt aliquem, vel aliquos ad eligendam sepulturam in suis Ecclesiis, & nullo modo comprehendit laicos, ut jam dixi tom. 3. pag. 102. n. 9. & seqq.

Trigesima prima ex eodem Authore d. tit. 19. q. 41. in corpore ubi sic ait: *Er nota, quod Prelati excommunicati, vel suspensi jurisdictio devolvitur ad Capitulum.*

Monacelli, Formul. Suppl.

Deceptus est hic iterum & quia Fagn. quem pro se allegat in c. diversitatem, n. 16. & seqq. de concess. præb. totum oppositione firmat n. 25. nempe, quod non ad Capitulum, sed ad Papam jurisdictione in casu notato devolvatur.

Trigesima secunda ex eod. Authore tit. 22. qu. 24. in qua sic querit, & proponit: *Promotus ad ordines ante legitimam ætatem, vel extra tempora, aut sine litteris dimissoriis, vel per saltum, si in illo ordine ministraverit, est ne irregularis?* Respondeatur, est haud dubium.

Cave à quæsito, cave à response: 396 quia primum involvit fallacias, & plura complectitur, quæ indigent distinctione, quibus responderi scite non potest unica response affirmativa, prout perperam facit Author. Etenim qui promovetur ad Ordines ante legitimam ætatem, vel per saltum, absque dolo, ignoranter, & sub fide Parentum, in nihil delinquit, & nullam censuram, nec pœnam incurrit, ut dixi tom. 2. tit. 13. pag. 73. n. 25.

Item suspensus ab Ordine inferiori, exercendo actum Ordinis Superioris peccat, sed non efficitur irregularis, Sayr. de cens. lib. 4. cap. 3. numero 10.

Item suscipiens Ordines Sacros ante legitimam ætatem, vel sine litteris dimissoriis, vel extra tempora, suspensionem, & si utatur ordine, irregularitatem incurrit per Extravag. Pii Secundi, non tamen has pœnas incurrit qui minorés Ordines sic male suscepit, ut de communi testatur Navarr. conf. 48. num. 6. & 7. de sentent. excom. Pignatell. consul. 66. numero 11. tom. 2. & firmant alii à me allegati tom. 2. pag. 73. num. 25.

Item, licet peccet utens minoribus Ordinibus male susceptis antequam dispensetur, non tamen sit irregularis, ut jam supra firmatum fuit, & comprobant Navarr. conf. 30. n. 2. de temp. Ordin. Bonacina de irregular. disp. 7. qu. 3. punct. 5. numer. 1. quidquid sit de eo, qui non confirmatus, suscepit primam Tonsuram, vel Ordines Minoreres, qui non potest ad altiores ascendere, nec recipere Beneficia, nisi à Sede

G 3 Apo-

Apostolica dispensetur, quamvis rece-  
pisset tantum primam tonsuram, postea  
suscepit Christum, promotus fuisse  
ad ordines, prout à Sacr. Congreg.  
Concilii 27. Septembris 1621. decisiun  
fuisse refert Nicol. Lucubr. can. lib. 1.  
tit. 11. numero 4. Ex quibus satis li-  
quet, quam absonta, & improposita sit  
Authoris absoluta affirmativa respon-  
sio.

Trigesima tertia, & ex eodem Authore  
red. tit. qu. 32. in qua hæc habet: Qua-  
ritur, quis dispensem in Bigamia? Respon-  
detur: Solus Papa, in interpretativa  
Episcopus.

402 Non est audiendus Author in hac  
sua erronea responce, quia Episco-  
pus in sola Bigamia similitudinaria dis-  
pensat, ut dixi tom. 3. in pralud. num-  
ero 180.

Trigesima quarta ex eodem Authore  
cod. tit. qu. 43. in qua proponens dubium  
quærerit sic: Quæritur, utrum Hereticus,  
vel Infidelis conversus, sit irregularis?  
Respondetur, Est irregularis usque ad  
secundam generationem in linea masculi-  
na, in feminina vero usque ad primam.  
Et in corpore dicit: Hereticorum filii us-  
que ad secundam lineam Paternam, ad  
primam vero Maternam, tamquam ir-  
regulares, sunt ad beneficium, vel officium  
inhabiles.

Error, tam primæ, quam secundæ  
partis hujus Doctrinæ est palmaris, &  
craffus, quia id, quod de filiis hære-  
ticorum ab Ecclesia separatorum jura  
ibi allegata disponunt, ipse de hære-  
ticis, & de infidelibus ad fidem con-  
versis affimat, quod est falsum: nam  
403 quo ad infideles conversos, isti non  
dicuntur irregulares, & possunt reci-  
pere Ordines, & Beneficia sine dis-  
pensatione, quia infidelitas præcedens  
etiam propria eis non nocet, ut docte-  
more suo probat Navarr. conf. 26. num.  
5. de Regular. & quo ad hæreticos,  
quando isti sunt occulti, post pera-  
ctam pœnitentiam, & receptam abso-  
lutionem, non sunt irregulares, Sayr.

404 de censur. lib. 7. cap. 12. numer. 16. vers.  
4. Si vero sint publici, ipsi tantum ad  
fidem redeentes, sunt, & remanent ir-  
regulares: non autem eorum filii, qui

quiores Parentes resipicunt, & Eccle-  
sia reconciliantur, non sunt prohibi-  
ti recipere Beneficia, & Officia, Paf-  
serin. de elect. cap. 25. quæst. 9. numer.  
75. & in cap. Statutum il. 2. de here-  
tic. in 6. ubi dat concordantes, cum  
aliis à me allegatis tomo 3. pag. 192.  
num. 5.

Trigesima quinta, ex eodem Authore  
tit. 22. q. 37. in qua sic proponit: Qua-  
ritur: an Clericorum famuli gaudeant  
fori privilegio? Respondetur gaudent uti-  
que.

Cave ab ista Doctrina, quia erro-  
nea est: Nam privilegio fori non gau-  
dient famuli Clericorum, sed famuli  
Episcoporum, & Vicariorum genera-  
lium tantum, ut praxis docet, & tra-  
dunt DD. relati à Panimoll. decisi. 142.  
num. 1. & seqq. Pirhing. in jus can. lib. 2.  
tit. 2. num. 96. vers. tertio extendunt, nisi  
essent Clericorum mancipia, sive do-  
mestica, sive rustica adscripta glebae,  
sive destinata culturæ prædiorum Ec-  
clesiasticorum, nam hi servi dicuntur  
membra, pars Terræ, seu Instrumenta  
fundi, inter immobilia Ecclesiæ com-  
putantur, & alienari non possunt sine  
solemnitatibus, Passerin. de Stat. hor. 408  
tom. 1. quæst. 185. art. 7. numer. 371.  
Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3.  
tit. 5. cap. 2. ubi quod in Hispania hu-  
iusmodi servi vocantur Homines proprii,  
qui mancipati Domino, & agro ser-  
viunt.

Trigesima sexta, ex eodem Authore  
tit. 27. q. 10. ubi sic proponit: Quæritur,  
qui ob respectum aliquem temporalem celat  
alterius peccatum, quod alias superiori de-  
nuntiare tenetur, an Simoniam commit-  
tat? Respondetur utique committi.

Text. in capit. nemo 14. de Simon. 409  
quem pro se allegat, hæc habet: Nemo  
Presbyterorum Xenia, vel emolumen-  
tum quolibet temporale à quocumque publice  
peccante accipiat, ut Episcopo, vel Mi-  
nistris ejus peccatum illius celet, nec  
quemquam pœnitentem gratia, vel favo-  
re, ad reconciliationem adducat, vel quo-  
cumque labore dignè pœnitentem reconci-  
liatione removeat, quia simoniacum est.  
Ex qua lectura facile percipitur quam  
extraea sit juris dispositio (quaæ Pref-  
by-

bytetus confessarios admonet) à quæstione proposita, & responsione data ab Authore, qui singularem doctrinam prorsus spernendam ab hoc textu suscepit Bonac. autem allegatus in tit. de Simon. q. 2. sub nu. 7. hæc habet. Respondeo primo nomen Simoniae eo in loco late: & impropriè accipe, & Innocent. in d. c. nemō Presbyterorum inquit. In modum Simoniae puniendus, non enim propriè dicitur Simoniacus, qui celat per gratiam crimen alterius.

Hæc Doctrina nullum in jure habet fundamentum, nam Text. in cap. Studiat, & ibi gloss. 50. dist. gloss. in capit. cum Vvinsonien. de elect. verb. admiserant in fin. Surd. de alim. titul. 1. q. 82. num. 5. quos male pro se allegat, loquuntur de Clerico suspenso, non de privato, quod est valde diversum. Cæterum

<sup>410</sup> Clerici ob eorum scelera, & delicta Beneficiis, ad quorum titulum fuerunt ordinati, si remaneant privati, nullum jus retinent pro alimentis super illorum Beneficiorum fructibus, quamquam aliunde non habeant, unde vivere possint, Pignatell. consult. 77. num. 45. & privari posse, absque ulla præservatione alimentorum, pluries declaravit Sacr. Congreg. Concilii apud me tom. 3. tit. 13. form. 3. num. 22. pag. 73. & recenter in Asculana 13. Aug. 1707. ad 1. ubi de Canonico Collegiatæ, qui Canonicatum loco Patrimonii pro congrua sustentatione subrogari obtinuerat.

<sup>411</sup> Trigesima octava, ex eodem Authorre tit. 44. quest. 7. qui iterum de more proponens querit: *An contra Ecclesiæ currat præscriptio centenaria?* Respondeatur affirmativè contra Romanam. At se-  
cundum in aliis Ecclesiæ in quibus sat est quadragenaria.

<sup>412</sup> Cave ab ista distinctione, nam Bul-  
la Urbani Octavi in ordine la 270.  
Bullar. tom. 5. (quam forte Author

ignoravit) sustulit non solum contra Romanam, sed etiam contra quascumque alias Ecclesiæ inferiores præscriptionem quadragenariam, & præservavit solum centenariam, Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 5. capit. 1. nu-  
mer. 24.

Trigesima nona, ex eodem Authorre tit. 44. quest. 2 ubi querit sic: *Quanam præscribi nequeunt? Respondeatur: præscribi non possunt obedientia, visitatio, procuratio, locus Religionis, jus decima-*

<sup>413</sup> rum. Tu vero interrogatus responde, jus decimatum & jus procreationis, si non generaliter, saltem aliquo in loco, & Diœcesi præscribuntur, ut dixi tom. 3. pag. 62. numer. 5. & 6. & habetur expressè in Concilio Trid. sess. 24. cap. defer. Passerin. in cap. exigit. num. 4. & seqq. de cens. in 6.

Quadragesima, ex eodem Authorre tit. 49. quest. 21. in qua quæsumus proponens ait: *Ecclesia reparatio, à quo est facienda? Respondeatur à Populo.*

Vaga nimis, & erronea est respon-  
<sup>414</sup>sio, quia si loquitur de Ecclesia Cathe-  
drali reparatio numquam facienda est à Populo, nisi adsit consuetudo, sed ex redditibus Mensæ Episcopalis, & Canonieorum. Si vero loquitur de Ec-  
clesia Parochiali, Populus non tene-  
tur nisi in casu, quo Rectori Ecclesiæ deficiat congrua alimentaria, & nulli alii adsint redditus pro restauratione, &  
sic tantum in subsidium, ex plenè deduc-  
tis à Sperell. dec. 67. & 68. Pirbing. in ins  
can. lib. 3. tit. 48. num. 14. Panimoll. dec.  
6. adnot. 8. per tot.

Quadragesima prima, ex eodem Au-  
thore tit. 51. q. 19. in qua sic proponit:  
*Quidnam potest Episcopus percipere à Cle-  
ro? Respondeatur, Cathedricum ob ali-  
quam urgentem causam ad Ecclesiam spe-  
ctantem.*

Adverte, quod hic Author fallitur,  
& responsio versatur in æquivoco; nam  
aliud est Cathedricum, aliud est  
subsidium charitativum, quod Episco-  
pus valet exigere à Clero; Cathedra-  
ticum, quod solvit ex obliga-  
tione, non propter necessitatem (ut per-  
415  
peram ipse supponit) sed in signum  
G 4 subje-

Subjectionis, & in honorem Cathedrae, & non à Clero, sed ab Ecclesiis, & Clericis intitulatis, & Beneficiatis tantum solvit, charitativum verò subsum solvit, & exigitur à Clero pro necessitatibus Episcopi ex causa sua Ecclesiae juxta dispositionem Text. in cap. cum Apostolus, de cens. & de quo dixi tom. 2. pag. 6. nam. 36. cum seqq. & de primo Card. de Luc. disp. 38. de Jurisd.

416 Quadrag. secunda, ex eodem Authorre tit. 52. q. 14. in qua querit sic: Regulares an possint aliquem inducere ad eligendam sepulturam? Respondetur: nullum posse prater Parochum.

417 Mala, & erronea est responsio. Nam Regulates inducentes aliquem consilio ad eligendam sepulturam in aliena Ecclesia nullam pœnam incurvant, ut ostensum à me fuit tom. 3. pag. 102. n. 9. Parochus autem Clementinae Cupientes, de pœn. transgressor censorum incurrit, ut infra suo loco in hoc supplemento demonstratur.

Quadragesima tertia, ex eodem Authorre tit. 53. qu. 7. quo in loco quæsumum proponit sic: Queritur, quam pœnam incurvant Monasterii Monialium violatores? Respondetur, pœnam capitalem de jur. Civili, depositionis, & intrusionis in Monasterium de jure Canonico.

418 Cave hic ab ista response, quia Author iterum gravius lapsus est in æquivocum. Alia enim est pœna violentum Claustram Monasterii Monialium, de qua queritur in quæsito, qua est excommunicatio inficta à Concil. Trid. cap. 5. sess. 25. de Regul. & aliis Constitutionibus Apostolicis Greg. 13. & Paul. V. Alia est pœna violentum claustra Virginitatis Monialium, qua est capitalis ad Tex. in l. s. quia cod. Episcop. & Cleric. de qua non loquitur quæsumum propositum. Unde si responsio debet convenire interrogationi, ex vulgaris, nemo non videt, quām sit dissona illa, qua datur ab Authorre, qui videtur nescire, de quo affirmet.

Quadragesima quarta, ex Opere P. Ostatii Maria à S. Joseph Augustiniani Discalceati, olim Romæ Impresso sub titulo *Milles casus, seu Milleloquium*, & postea in eadem Urbe reimpresso Typis

de Martiis anno 1708. tom. I. tit. 34. de Celebr. Missar. interrog. I. pag. 77. ubi sic ait: Concluendo igitur cum communi sententia, Missam dicere absque rationabili causa, non premissa recitatione matutini esse peccatum veniale.

Tu autem tene cum veriori sententia, quod sit mortale, & quod contra opinio Authoris, & sequacum videatur periculosa ex rationibus, quas perpendimus supra in hoc supplemento ad tit. 16. form. I. pag. 6. n. 6.

Quadragesima quinta, ex eodem Authorre eod. tit. interrog. 3. ubi hæc habet: Audivi quosdam dicentes in Altari (dum Missa celebratur) necessario debere adesse Crucifixum, nec sufficere Crucem, sed nullus ex Doctoribus quos hucusque vidi hoc dicit, sed dicant quod requiratur Crux, & paucò post: Tandem omnes Doctores tenent non esse peccatum mortale celebrare sine Cruce, vel Imagine Crucifixi, licet comode haberiposset.

Cave ab ista nimis laxa doctrina, certum est enim, quod in Altari, dum Missa celebratur, necessariò debet adesse Crux cum Imagine Crucifixi juxta prescriptum libri Cærimonialis lib. I. c. 12. ( quem iste author non vidit ) & juxta sententiam D. Bonaventuræ eximii Doctoris Ecclesiæ, quem refert, & sequitur Card. Bona lib. I. rer. liturgic. cap. 25. §. 8. his verbis, Ideo Sancti Patres, ut Seraphicus Bonaventura testatur, in libro de mister. missar. statuerunt, ne quisque missam agat, nisi in Altari adsit Imago Crucifixi. Et ex nostris docent Pac. Jord. tom. I. l. 4. tit. 1. n. 234. Gav. in rubr. missal. de prepar. altar. p. I. tit. 20. lit. V. Crip. spin. de visit. post par. 2. §. 10. n. 37.

Cunque igitur liber Cærimonialis sit legalis, & authenticus, & ab omnibus observandus sub præcepto, ut mandat Clemens VIII. in sua Bulla 69. impressa in Bullar. tom. 3. §. 2. his verbis: Ab omnibus, & singulis personis ad quos spectat, & in futurum spectabit, perpetuo observandum esse præcipimus, & mandamus, & dixit Rotacoram Arguell. dec. 72. n. 10. & ritus, qui profluxerunt ab Apostolis, ( qualis est hic, de quo loquitur ) sunt omnino amplectendi, temerarium videtur assertum, quod celebrate sine Cruce, vel Imagine Cru-

Crucifaci, sit culpa levis. Etiam si com-  
mode haberis posset, ut tenet author. Ex-  
cusandus quippe esset à culpa gravi Sa-  
cerdos, si in aliqua Ecclesia rurali cele-  
braturus pro commodeitate Populi Villa-  
rum, Crux cum Imagin. Crucifixi defice-  
ret, & sine magna mora, provideri non  
posset.

419 Quadragesima sexta, ex eod. Authorē  
tit.77. de Eccles. pollut. inter.18. ubi sic  
quærit: Episcopus potest ne concedere li-  
cenciam, ut in polluta Ecclesia celebretur?  
Resp. potest hanc licentiam concedere.

Tu verò de hoc requisitus responde,  
quod hæc opinio Authoris non est tenen-  
da, neque in praxi sequenda, ut jam mo-  
nui tom. 3. pag.104. num.23.

420 Quadragesima septima, ex eod. Authore  
tit.81. de eleemos. inter. 13. dubio pro-  
posito an Parochius, vel Episcopus pos-  
sint impeditre Religiosos mendicantes,  
ne eleemosynas querant, responderet sic,  
Non possunt, & paulò post inquit: Non  
videtur admittendum id, quod aliqui di-  
cunt, ut Laur. de Franc. & alii, ni-  
mirum posse Ordinarios impeditre, &  
prohibere ne mendicantes superfluum petant,  
nam ipsis Ordinariis nullatenus compete-  
re potest facultas judicandi an eleemosy-  
na, quas petunt, sive vel non superflue,  
cum non sint Judices ipsorum: Imo pro-  
hibentes eos mendicare secundum aliquos,  
incident in excommunicationem latæ sen-  
tentia, & Inquisidores heretica pravita-  
ris ad petitionem fratrum possunt, &  
debet contra illos procedere, sicut contra  
alios heret.

Hæc doctrina erronea est quoad pri-  
mam partem, captiosa, ac falsa quoad  
secundam: Etenim, ut ostenditur à me  
tom. I. tit.6. form.6. pag. 141. num.8. 9.  
& 10. Regularibus Ordinum mendicant-  
ium, qui bona stabilia, & redditus pos-  
sident, & ex illis sustentantur, potest  
Episcopus (præsertim si Religiōsi Con-  
ventus sunt in parvo numero) suo Edi-  
cto prohibere, ne eleemosynas querant,  
nisi exhibita suorum Superiorum licen-  
tia, & ipsius Episcopi obtenta approba-  
tione, ne sub prætextu paupertatis ele-  
mosynas, Regularibus, qui ex pura  
mendicitate vivunt, & aliis pauperibus  
loci debitas, subtrahant, & alienum u-

surgent, ut bene probant DD. ibi allega-  
ti, quibus adde Ventrigl. in prax. p.1. an-  
not.48. §. unico, num.112.

Ad hoc enim istis indulatum fuit à Sede  
Apostolica, ut bona stabilia fructifera  
proventusque perpetuos, acquirere, & re-  
tinere valeant, ne mirum molesti sint fi-  
delibus quotidiana quæstuatione, ut ad-  
vertit Piasc. in prax. p.2. cap.3. art.6. de  
visit. regular. num. 56. ver. quod autem:  
Ideoque Episcopus, qui est superinten-  
dens, Pater, & Protectoꝝ pauperum sua  
421 Diœcesis, & præsumitur instructus de vi-  
ta, & qualitatibus diœcesanorum, & de  
his, quæ in suo territorio contingunt,  
ut dixit Rot. coram Isuratt. decis.22. num.  
30. Add. ad eundem, decis.635. num. II.  
Card. de Luc. miscell. disc.7. num. 16. re-  
cta, & provide in hoc se ingeñit, & si  
hoc officium non præstaret, vacuum no-  
men Episcopi teneret, non ut Regulati-  
bus mendicantibus prohibeat eleemosy-  
nas, sed ut inhibeat immodicas possiden-  
tibus, & ne pauperes fraudentur, Spe-  
rell. decis. 38. num. 28. Pignat. consult.  
12. num.19. & 20. tom.8.

Neque ejus judicium, & jurisdictione  
nam in hoc possunt prædicti Regularès ef-  
fugere: quia ex Decreto Sac. Cong. Conc.  
jure prohibet Regularibus Ordinum men-  
dicantium, ne querant eleemosynas ex-  
tra loca ubi Monasteria existunt, nisi priùs  
licentiam Superiorum ostenderint, extra  
verò Diœcesim, nisi illius consensum ob-  
tinuerint, nec per alios quam per suorum  
Ordinum fratres, prout referunt Fagnan.  
in cap. grave, num. 45. de offic. Ord. Pi-  
gnat. de consult.12. num. citat.

Et ex hoc clarescit falsitas doctrinæ hu-  
jus Authoris in eo, quo tenet, quod Epi-  
scopi prohibentes mendicantibus quæri-  
tare illimitatè, incurvant ipso facto ex-  
communicationem; imo, & processari  
possint, & debeant tamquam heretici,  
quod dici non potest sine temeritate. De  
hoc enim queri posset in casu, quo aliquis  
Ordo mendicantium privilegium Aposto-  
licum expressum haberet, ne ullo modo,  
& in nullo casu prohiberi posset sub pena  
excommunicationis, & privilegio hanc  
penam latæ sententiae irrogante ostendo,  
& exhibeo, nollent Episcopi, impedi-  
mentum removere, & inhibitionem revo-  
care.

care. Ceterum prohibentes, ut suprà, probe officium suum implet, ex allegaris.

427 Præterea Inquisitores hæreticæ pravitatis (Cardinalibus Urbis generalibus Inquisitoribus exceptis) non posunt inquirere contra Episcopum de hæresi suspectum, sed si eum culpabilem sciunt, denunciandus est Papæ juxta text. expressum in cap. inquisitores, de bar. in 6.

Quadragesima octava ex eodem Authore tit. 83. de Episcopis, & Episcopat. interrog. 31. ubi dubium proponens inquit: *Qui occulte, sed sponte, facit se castrare, potest ne ab Episcopo dispensari, ut ad Ordines sacros promoveatur?* Respondeo, *Sciendum est primò, &c. Hoc ergo prænotato dicendum est in causa Nostro, posse Episcopum dispensare cum illo, qui fecit se castrare, modo delictum sit occultum, & ratio est, quia hæc irregularitas non est ob vitium corporis, sed ex delicto; nam quamvis notorium sit eum esse Eunuchum, tamen id per delictum factum fuisse, est occultum, & consequenter integrum erit Episcopo cum eo dispensare.*

428 Hæc doctrina fallo innixa est fundamento: Nam qui sponte se castrare facit, & culpa sua se ipsum mutilat, evadit irregularis ex vitio, seu defectu corporis, ut dixi tom. 3. in præludio pag. 26. num. 162. non autem ex delicto: In qua irregulatate inducta à Concilio Nicæno primo, solus Papa dispensat, *Sayr. de cens. lib. 6. cap. 7. num. 12. & cap. 8. num. 26. Barb. in cap. significavit, num. 3. de corp. vitiis. Panimell. decif. 89. annot. 2. num. 3. & 20. Sacr. Congreg. Episcop. 15. Januarii 1694.* Et quamvis abscissio hujusmodi sit occulta, non est dispensabilis ab Episcopo; quia irregularitas inde proveniens non fundatur in notorieta, sed in excessu, & saevitia sui ipsius, & in periculo homicidii, quod ex secatione lequi poterat, ut docent *Garc. de benef. par. 7. cap. 12. num. 5. Sayr. d. cap. 7. num. 12. Pirhing. in ius can. lib. 1. tit. 20. num. 11. & Pignat. consult. 66. per tot. tom. 6.* ideoque tales eunuchi per dispensationem, ad Sacram Congreg. Concilii recurrent, quæ maxima facilitate illam concedit, ut accidit in Æsina 15. Maii 1702.

429 430 *Hoc doctrina videtur se opponere dispositioni Bullæ Julii III. la 1. §. 3. in qua hujusmodi litteræ summi Pœnitentiarii parificantur litteris Apostolicis, que expediuntur in Cancellaria, & vult Papa, quod qui illas in dubium revocat, aut impedire executionem procurat, censuras Bullæ Cœnæ contra impudentes litteras Apostolicas infictas, incurrit: Unde claret evincitur, quod eidem censuris remaneat ligatus, qui illas falsificat,*

*Quadragesima nona ex eodem Authore tit. 89. de excomm. ob Cleric. percuss. inter. 5. ubi proponit dubium sic: Cajus ex odio, passione, & malignitate, percussit quemdam Clericum mortuum; debet ne censi rei incurrisse excommunicatum, vel non? Respondeo: excommunicatus censi debet.*

Tu verò cum saniori sententia responde, quod iste Cajus non debet censi excommunicatus, & dixi tomo 3. pag. 35. post num. 14. vers. tertio decimo.

Quia Clerico mortuo directè injuria non infertur, cum non sit amplius homo, & sicuti si talis percussio Caii ex odio facta esset in Ecclesia, cum notabilis sanguinis effusione, Ecclesiam non pollueret, ut tradit Nicol. lucubr. can. lib. 4. tit. 39. num. 252. ver. duodecimo limita: Ita nec percussor censura ligatur.

Quinquagesima, ex eodem Authore tit. 29. de falsific. litt. Apost. inter. 5. pag. 299. ubi hæc habet: *Falsificantes litteras, seu brevia, aut Bullas Cardinalis majoris Pœnitentiarii, incidentur in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Resp. quamvis hujusmodi falsificantes graviter peccant, & tamquam falsarii debant puniri, tamen non comprehenduntur sub nomine falsificantium litteras Apostolicas.*

Hæc doctrina videtur se opponere dispositioni Bullæ Julii III. la 1. §. 3. in qua hujusmodi litteræ summi Pœnitentiarii parificantur litteris Apostolicis, que expediuntur in Cancellaria, & vult Papa, quod qui illas in dubium revocat, aut impedire executionem procurat, censuras Bullæ Cœnæ contra impudentes litteras Apostolicas infictas, incurrit: Unde claret evincitur, quod eidem censuris remaneat ligatus, qui illas falsificat, cum delicti patitas, paritatem penæ requirat, l. nihil. interest. ff. de adult. Et quod cadant hujusmodi litteræ sub Bulla Cœnæ, advertunt quoque Bonac. de censur. in Bulla Cœnæ, disp. 1. quaff. 14. punct. 1. num. 22. (eo quia expeditunt a summo Pœnitentiario tanquam Presidente, & delegato Papæ) Guaz. jun. ad defens. anim. lib. 2. defens. 7. cap. 54. num. 17. Et

17. Et ulterius quatenus eas falsificantes, sub Bulla Cœnæ non comprehendenderunt (prout comprehenduntur) adhuc ex communicationem contra falsificantes litteras in forma Brevis, ac supplicationes de mandato Pape signatas, infi-

ctam à Greg. XIII. in Consil. 81. §. 6. in-  
current.

Quadragesima prima, ex eodem Au-  
thore tom. 2. titul. 156. de Orat. privat.  
inter. 9. ubi proponit sic: Possunt ne Re-  
gulares in suis Granciis, & cellis infir-  
morum celebrare cum Altari portatile? Respon-  
d. quando Episcopus non repugnat,  
possunt Regulares celebrare cum Altari  
portatili: immo Diana probabiliter do-  
cet posse Regulares, etiam contradicente  
Episcopo, & non obstante Concilio Tri-  
dentino, celebrare in Granciis, & in  
Cellis particularibus cum Altari porta-  
tili.

Hæc doctrina opponitur Concilio  
Tridentino, & Sac. Congreg. ejusdem,  
quæ die ..... Maji 1687. declaravit  
Regularibus non licere, prout refert  
Mateucc. Official. Curia 10. §. 2. num.  
83. lib. Decr. 37. fol. 107. Hodie autem  
435 post publicationem Decreti generalis  
præfatae Congregat. à Clem. Papa XI.  
approbati, & est in anno 1703. evul-  
gati, & quod per extensum retuli tom.  
1. pag. 50. (in quo privilegia Altaris  
436 portatilis, Regularibus olim concessa  
declarantur revocata) est temeraria,  
præsertim in isto Authore, qui scrip-  
vit post promulgationem ejusdem De-  
creti.

Quinquagesima secunda ex eodem Au-  
thore tit. 158. inter. 5. ubi querit sic:  
Clericus suscipiens ordines sacros cum pa-  
trimonio facto incurrit ne suspensionem?  
& postea celebrando fit ne irregularis?  
Negativam sententiam sustinet ipse Dia-  
na, & dicit esse probabilem, & in  
praxi tutissimam: & recte respondet ad  
argumenta contraria.

Caveant ordinandi ab ista doctrina,  
quia laxa est, erronea, & plures Decre-  
tis Sacrarum Congregationum reproba-  
ta, quæ referuntur à Pignatell. consil.  
77. num. 15. & 16. tom. 5. & ab aliis DD.  
437 à me allegatis tom. 2. tit. 13. form. 3. num.  
4. pag. 71. & tom. 3. pag. 131. num. 1. re-

jecta: Et ideo in praxi contraria senten-  
cia affirmativa tutissima vocanda, & se-  
quenda est cum Navar. consil. 1. num. 45.  
de const.

Aude hic quod extra Urbem, taxâ Pa-  
trimonii ordinandi in summa scutorum  
quadraginta monetæ Romanæ non di-  
citur excessiva, nec est reducenda, ut de-  
claravit Sat. Congreg. Concilii in Seno-  
gallien. pro Terra Rocchæ contrada 20.  
Junii 1705. ad 1.

Non potest tamen Clericus promo-  
vendus, ultra taxam alia bona assigna-  
re in Patrimonium, ibi ad 3. Et impe-  
trato Beneficio, bona assignata in Pa-  
trimonium redeunt ad primævum Sta-  
tum etiam pro rata Beneficii obtenti,  
facta tamen prius subrogatione per Or-  
dinarium, ut in dicta Senogallien. in  
responsione ad 4. & 5. juxta antiquiora  
Decreta in Oretana Augusti 1604. l. 34.  
folio 70. & 71. & in Terracinen. 20. Julii  
1619. in quibus responsum fuit titulum,  
& privilegium Patrimonii ordinati,  
non extingui, quamvis ordinatus acqui-  
rat Beneficium, nisi fiat ab Episcopo  
subrogatio, & in Tolentinat. 10. Maii  
1692.

Quinquagesima tertia ex eodem Au-  
thore tit. 160. de Paroch. inter. 29. ubi  
hæc habet: Parochus inducens aliquem  
ad eligendam sepulturam in sua Eccle-  
sia, vel non immutandam jam electam,  
incurrit ne excommunicationem? Dico,  
quod non incurrit, & ratio est, quia le-  
ges canonicae, prohibentes Religiosos, &  
Clericis Secularibus sub pena Excom-  
municationis, ne presumant aliquem in-  
ducere, voto, juramento, vel promis-  
sione ad eligendam sepulturam, apud  
eorum Ecclesiam, aut non immutandam  
jam electam, edita fuerunt in favorem  
Parochorum.

Caveant Parochi, & Ecclesiarium  
Parochialium Rectores ab hac erronea  
doctrina, quia falsum est suppositum,  
quod Canones id prohibentes omanaver-  
int favore Parochiorum; nam conditi  
sunt pro libertate sepulturam eligere vo-  
lentium, & ideo Parochi si siant trans-  
gressores, censuras inflictas incurront,  
ut infra in hoc supplemento demon-  
stratur.

Quin-

Quinquagesima quarta, ex eodem Authoritate tit. 180. de Regulari. inter. 46. ubi proponit sic: *Potest ne Episcopus excommunicare Regulares nolentes ad Processiones accedere?* dico primo, &c. dico tertio, quod, ut Regulares teneantur accedere ad Processiones, debent vocari non per Edictum publicum, sed personaliter. Dico quarto, Regulares cogi minimè posse per censuras ab Episcopo, &c. & ideo à nostra sententia non recedendum.

443 Tu verò mi lector omnino ab hac sententia (quæ peregrina est in praxi) recedas, tamquam lèpè rejecta à Sacra Congregatione Decretis, & reprobata à D. D. ad saturitatem cumulatis tom. I. pag. 167. num. 10. & tom. II. pag. 165. num. 13. quos rāder hīc denuo transcribere incassumque ntitur hic Author rem cambre recoclam repugnare. Quod autem sufficiat eos ad Processiones vocare per Edictum docet Card. de Lnc. de jurisd. disc. 100. num. 9. & 10. & declaravit Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Eugubina I. Maii 1649. quam referri Pasqualig. ad Laurent. de Franch. controv. par. I. num. 71. & Sac. Congreg. Concilii in Insularum Canaria jurisdictionis 13. Novembris 1694. in qua proposito dubio: *Regulares non vocati, an teneantur accedere ad Processiones publicas Corporis Christi, & similius?* Responsum fuit: *Teneri præcedente generali indictione.*

Quinquagesima quinta, ex eodem Authoritate tit. eod. inter. 85. ubi in fine sic concludit: *Sed omnia privilegia mendicantium etiam Jesuitarum communicantur ad invicem.*

444 Cave ab ista universalī, & erronea propositione, nam privilegia tam Jesitarum, quam aliorum Ordinum mendicantium, quæ involvunt præjudicium tertii, vel sunt aiii onerosa, aut speciali nota digna, vel quæ rādo conceduntur, vel demum jurisdictioni Ordinariorum Episcoporum sunt præjudicia, & lēsiva, non conferuntur per solam communicationem, sed indigent speciali, & expressa concessionē, non obstante, quod communicatio habeat clausulas prægnantes, ut latè probat Pignatell. consult. I. num. 32. 33. & 34. tom.

10. & pluribus exemplis, & Decretis comprobavi ego tom. 2. pag. 83. à num. 33. ad 37.

Quinquagesima sexta, ex eodem Authoritate tit. eod. inter. 119. quæst. 7. ubi sic querit: *An Regulares absque Apostolica dispensatione possint ab Episcopo ordinari extra tempora?* Resp. quamvis de jure communi nullus possit ordinari nisi in sabbato quatuor temporum, &c. tamen Regulares omnes ex ordine mendicantium, & cum qui eis communicat in privilegiis, licet ordinari possunt extra tempora in qualibet die Dominica, vel festo occurrente, absque alia summi Pontificis dispensatione.

Caveant Episcopi ab hac doctrina, quam docere videtur quoque Tambr. lib. 7. de ordin. cap. 10. de tempore ordin. num. 18. quia erronea protius, & falsa est, & Decretis Sacra Congreg. Concilii à me relatis loco mox citato n. 37. explosa, & reprobata, tum ex rationibus supra deductis ad proximam præcedentem doctrinam §. Cave ab ista. Tum quia in Indulto concessio à Gregor. XIII. post Concilium P. P. Jesuitis, (quod hodiè unicè viget) expresse catur, quod alii Regulares, qui cum ipsa societate privilegia communicant, & participant, in eo participare non valeant, ut à me adverritur d. tom. 2. d. pag. 83. num. 33. & ideo Sacra Congreg. Concilii requisita ab Episcopo Affisen. a ipso posset alios Regulares vigore d. Indultri, in quo participare autuant, ordinare extra tempora, die 23. Januarii 1706. respondit, Scribatur Episcopo, ut abstineat, donec exhibeantur privilegia Regularium, & concordat illud Decretum in Senen. ibidem à me allegatum.

Quinquagesima septima, ex eodem Authoritate tit. 185. de reliq. sac. inter. 4. inquit sic: *Alienatio Reliquiarum includiturne in prohibitione extravagantis Ambitione Paul. II. de reb. Eccles. non alien.* Resp. sententia affirmativa est communior probabilior, & in praxi consuenda.

Tu verò requisitus quæsto responde, quod non includitur, ea convincente ratione, quod Reliquiæ Sanctorum non sunt

sunt res corporales, & nullius sunt in bonis, Sac. Congreg. Rit. apud Barb. in sum. decis. Apost. collect. 646. num. 5. & idem cum non sint in commercio hominum, nec pretio estimabiles, sed supra omne pretium, non cadunt sub Paulina, ut ex Passer. de Stat. hom. tom. I. quest. 185. art. 7. num. 420. dixi supra in hoc supplemento.

Quinquagesima octava, ex eodem Authore, tit. 196. de Sacram. Matrim. ubi sic querit: *Quisnam est Minister Matrimonii?* Resp. communis sententia docet, *Ministrum hujus Sacramenti esse Sacerdotem.*

Hic longius aberrat Author iste à Doctrina sana, quia communis, & vera sententia docet, quod ipsi contrahentes (quorum consensus expressus est causa efficiens Sacramenti) sint Ministri, Parochus autem, vel alias Sacerdos illius nomine assistens, sit testis ab Ecclesia adhibitus magna authoritatis, Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 6. num. 2. ubi quod sententia opposita, quam hic docet P. Octavius, sit temeraria, & comprobant alii, quos allegavi tom. I. tit. 10. form. 8. pag. 206. num. 1. & 2.

His prænotatis, adverte, me citatos Authores non reprobare, neque eorum estimationi derogare velle excogitavi, sed tantum propositiones ab illorum operibus fideliter depromptas, & minus justas, ad tuendam sanam doctrinam refellere, & Tribunalibus Ecclesiasticis (quibus utilissimum est illarum notitiam habere) levamen afferre posse studui. Ceterum inter hos DD. me minimum esse profiteor.

Eod. tit. 16. form. 2. pag. 300.

Num. 30. Adde ad ibi dicta de opposito impedimento affinitatis ad retardandum Matrimonium, proveniente ex copula objecta Sponsi, cum consanguineis Sponsi, quod non probatur per testes de auditu, neque ex hujusmodi probatione dicitur constare de impedimento, ut declaravit Sacr. Congreg. Concilii in Triplici. 28. Novemb. 1605. in qua causa pro-

posito dubio: *An constet de legitimo impedimento affinitatis, Resp. Negativa præstito juramento per Mulierem non habuisse copulam, neque cum patre, neque cum patruo Sponsi.*

Si verò ad dissolvendum Matrimonium, objiceretur ex parte Mulieris defensus ætatis, pura, quia non haberet ætatem completam duodecim annorum, non

esse audienda si deficerent pauci dies, & malitia suppleret ætatem: nam licet Matrimonium contrahi non valeat, nisi masculus pubes sit ætatis quatuordecim, & Fœmina duodecim annorum completorum, cap. puberes, cap. continetur, cap. attestaciones, & cap. fin. de despous. impub. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 104. num. 1. & 2. Tamen pro validitate Matrimonii talis ætas non accipienda est mathematicè, sed moraliter, nam pubertas ex vigore naturali, non ex annorum numero comprobatur, ut ait gloss. fin. in dict. cap. puberes. Ideoque Matrimonium contractum cum puella, quæ ætatem completam duodecimi annorum non habebat, sed deficiebat tres dies, validum fuisse declaravit Sac. Congreg. Concilii in Guardien. Matrimonii 30. Aprilis 1695.

An autem Episcopus super isto defectu ætatis requisita à jure, & non completæ possit dispensare? vide Sanch. loco mox citato, num. 12. ubi tenet affirmativam, dummodo concurrat aliqua urgens necessitas.

Adverte dict. num. 30. ubi allegatur Decretum Sac. Congreg. Concilii die 30. Maii 1635. corrigere sic, Nullius. 4. v. Maii 1625. lib. Decret. 12. fol. 294.

Eod. tit. form. 3. pag. 307.

Num. 8. Adde ibi, quod Episcopus est speciali nota dignus, & ideo dispositio generalis odiosa, & exorbitans, Episcopum non comprehendit, Tusch. lit. E. concl. 236. num. 6.

Num. 9. Ex decreto Concilii Carthaginensis IV. relato in cap. Episcopus, dict. 88. debet Episcopus rerum Secularium curam abdicere, & lectioni, orationi, & Verbi Dei prædicationi

tan-

tantummodo vacare: non ille, qui non cognovit litteraram, id est scientiam arithmeticam pro faciendis calculis introitus, & exitus, dati, & accepti, introbit in potentias Domini, juxta versionem Caldaicam, & Vatabli, quam refert Menoch. in suo Opere, vulgo le Stuore, par. 3. cent. 9. cap. 79. §. fin.

Episcopus enim ad hoc ordinatus est: Regulares autem, ut supra diximus, introducti, & admisisti sunt, ut sint ejus coadjutores, sicuti erant Apostoli, & Discipuli Domini, qui officium predicandi numquam dinisisti: quare Episcopi nisi hoc per se ipsos fecerint, rationem Domino reddent, cur illi perierint, qui si vocem Pastoris audivissent, salvari omnino potuissent, ut admonendo Nepotem suum Episcopum Theanensem, fulcro scripturarum probat Bellar. in Opusculo, cui titulus est, *Admonitiones ad Episcopum Theanensem, Venetiis impresso anno 1612. apud Dominicum Boves.*

**454** Num. 17. Adde ibi, quod dispensatus in Voto à Papa sine vera, & justa causa, non est tutus in conscientia, & coram Deo, Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 31. num. 27. Corrad. prax. dispensib. 8. cap. 10. num. 6.

**455** Num. 17. Regularis professus, qui habet Indulsum transiendi ad aliam Religionem, non potest transire ad laxiorem, Concil. Trid. cap. 19. sess. 25. de Regul. Sacr. Congreg. in Cajetana transitus 24. Martii 1703. in qua rescriptum fuit:

*Transitum ad laxiorem fuisse nullum, & Orator omnino intra mensam redeat ad suam Religionem.* Posset tamen validè ad laxiorem transire, si ad hoc esset dispensatus à Summo Pénitentiario, qui ut valeant Regulares Indultarii, ex aliqua iustissima causa ad illam transire, habet in facultatibus, ut mihi testatus fuit Episcopus Narnien: Doctrina, & Zelo Ecclesiastice disciplinæ ornatissimus, qui per plures annos in munere Auditoris clar. mem. Card. Colloredo Summo Pénitentiario inservivit.

**456** **457** Num. 18. Deus, qui non fallitur, nec falli potest, fidei nostræ, & spei, Testimonium perhibuit. Primo, per Chri-

num, deinde per Sanctos Apostolos, ceteroque Christi Discipulos, & Viros Sanctos: imò per utriusque sexus personas innumerabiles usque in præsens: per innumerabiles, & præclara miracula, soli omnipotentis suæ possibilia. Secundò, quoniam quidquid de Christo credimus, in veteris testamenti scripturis, per Moysen, & Prophetas, quibus Deus revelaverat, copiosè legimus prophetatum. Tertiò, quia lex Christi, lex est totius Sanctitatis, Honestatis, & Perfectionis. Quartò per finalem Judæorum relctionem, ex qua probatur Christum venisse. Quintò ostenditur veritas fidei per hoc, quod quanto atrocioris Adversarii, & Tyranni nitebantur fidem Christi prorsus extinguere, tanto plus crevit, & innumerari natura debiles, & ætate imbecilles, fortes evaserunt, & tormenta intolerabilia, Christi invocatione, & virtute, sustinuerunt, ut observat Carthusian. in Epist. 1. Divi Petri art. 8. Et ut cum Augustino in prædictorum comprobationem, & infallibilitatem adde, consensum Populorum, atque Nationum. Successio Pontificum numquam interrupta in Sede Petri, usque ad præsens. Et demum consensum tot hominum doctrina, & prudenter celeberrimorum.

Eod. tit. 16. form. 4. pag. 319.

**458** Num. 12. Quandocumque occurret F<sup>459</sup>estum Sanctissimi Corporis Christi in Vigilia S. Jo: Baptiste, nihil tunc prorsus in eo anno, nec commentator fit de Vigilia, etiamsi anticipetur jejunium feria quartæ, prout respondit Sacr. Congreg. Rit. 18. Septembri 1706. inquiens. *Nihil de Vigilia in Officio, & Missa.*

Eod. tit. form. 7. pag. 334.

Num. 2. Quando Clericis in iure ali-  
quid præcipitur, aut prohibetur, intel-  
ligitur de Ordinatis in Sacris, vel de  
Beneficiatis, Gavant. in Manual. verb.  
Clericus, num. 92. Ethinc oritur, & in-  
fer-

461 fertur, quod legatum relictum cum conditione, quod legatarius officiatur Clericus, non debetur legatum, si tantum Clericalem Tonsuram, aut Minores Ordines assumeret, & ad Presbyteratum in legitima etate constitutus ascendere recusaret, ex eo quia non dieceretur adimplenta conditio, cum finis Clericatus sit Sacerdotium, ut late firmat Ricc. collect. 2877. ubi refert per extensum responsum Novarii.

462 Num. Iterum hic moneo, quod licet Vicarius Apostolicus possit de jure litteras Dimissorias ordinibus recipiens concedere per text. in cap. is cui, de elect. in 6. tamen hodie de stylo in litteris deputationis, talis potestas afferatur, ut patet ex formulis, quas tom. 2. per extensum dedi, ideoque si deputatio Vicarii Apostolici fiat vigore litterarum Sacr. Congregationis, cum clausula: *Et cum facultatibus Vicariis Apostolicis concedi solitis, absque alia expressione, dicta facultas non censetur tributa, sed ablata, per ea, quae ibi dixi, & adverteris quoque Pellegr. prax. Vi car. par. I. sect. 6. num. 11. ubi decreta refert.*

463 Cautè propterea legendi sunt Grat. discept. 106. num. 31. & Panimoll. (qui cum sequitur,) decis. 1. adnotat. 5. num. 9. firmantes Vicarium Apostolicum posse concedere litteras Dimissorias, nam hoc procedit de jure, non in praxi.

Eod. tit. form. 10. pag. 345.

464 Num. 13. & 14. Vacante Ecclesia suffraganea carente Capitulo, illius administratio, & Vicarii deputatio pertinet ad Metropolitanum, & si Metropolitana Pastore careat, pertinet ad Capitulum Metropolitanæ, non autem ad antiquiorum suffraganeum Episcoporum Sacra Congreg. Concilii 28. Augusti 1683. lib. 33. Decr. fol. 292. Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiep. authoritas 50. in addit.

465 Sicuti Episcopus potest cum illegitimo dispensare, ut valeat ad Ordines Minores promoveri, ita Sede vacante Vicarius

Capituli potest dispensationem super deftū natalium ad Ordines Minores concedere, Sac. Congreg. Concilii in Mexicana 28. Januarii 1708. in responsione ad tertium, non tamen ad Beneficia Curata, ibi ad 4.

Num. 17. Missarum onus acceptatum 466 vigore contractus, sive conventionis non reducitur à Sac. Congreg. Concilii, quæ semper solet tales instantias rejicere, prout evenit in Aesina ibi allegata: nam cum PP. Oratorii S. Philippi dictæ Civitatis, in acquisitione Ecclesie S. Jo. Baptiste olim PP. S. Hieronymi, onus Missarum Capellæ DD. de Ripantibus, recepta dore, in se suscepissent, & vigore contractus adimplere promisissent, & postea tractu temporis diminutis redditibus assignatis, reductionem oneris petiissent. Sac. Congregatio rescripsit: Lectum 10. Julii 1706.

Et in alia Bononien. propositis in eadem Congreg. dubiis. Primo, an Fratres Conventus S. Dominici (qui vigore contractus onus Missarum suscepserant) restituendo libras 410. liberari valeant ab onere imposterum celebrandi Missas? Et quatenus negativè. Secundò, an saltem locus sit reductioni carumdem Missarum, juxta proportionatam quantitatatem hodierni anni redditus dicti capitalis lib. 410. Sac. Congreg. sub die 1. Martii 1687. respondit, Negativè ad utrumque, & Archiepiscopus cogat, quam resolutionem iterum confirmavit 27. Aprilis ejusdem anni.

Et in Maceraten. contra PP. Conventuales Terræ Montis Miloni, qui cum vigore Indulti Urbani VIII. concedentis facultatem reducendi onera Missarum in Capitulo generali, onus certum Missarum conventionalium in dicto Capitulo generali reduci obtinuerint; reclamante hærede, Sac. Congreg. die 15. Novemb. 1687. declaravit, reductionem suisle nullam.

Et in alia Recineten. contra Altaristas Ecclesie S. Maria Montis Morelli, qui cum onus Missæ quotidianæ usque de anno 1585. vigore contractus initi cum Fiordalisa Leopardi suscepissent, & postmodum de anno 1700. nemo auditio reductionem, attenta reddituum di-

mi-

minutione, obtinuissent, hærede Fior dalisæ reclamante Sac. Congreg. 9. Junii 1701. prævio recessu à decisio[n]is, declaravit dd. Altaristas teneui celebrare ad formam conventionis.

Et in alia *Affisen*. Cùm PP. Tertiæ Ordinis S. Francisci onus Missarum vigore contractus suscepissent, & postmodum reductionem peterent, propter inæqualitatem reddituum capitalis assignati, afferentes contractuum effectum fuisse læsum, die 23. Aprilis 1701. Sac. Congreg. rescriptis, *Oratores adeant Judices suos*. Et in alia Neapolitana 27. Januarii 1703. & in Romana 19. Aprilis 1704. contra Beneficiatos Basilicæ Lateranen. Et sic indubitatum videtur, quod Sacr. Congregatio Missas conventionales non reducit.

468 Unde quoties hujusmodi contractus susceptionis onerum Missarum, tractu temporis injusti, & iniqui efficiantur, propter nimiam inæqualitatem reddituum assignatorum, ad onus susceptum, aedundus erit Judex ad hoc, ut illos reducat ad justitiam, & æqualitatem, ut jam ibi monui, juxta Theoricam Card. de Luca de feudis, disc. 73. num. 5. & juxta monitum Sac Congreg. datum in dict. *Affisen*. Imploratio autem officii Judicis, sic erit facienda.

rogitu N. cuius copiam publicam facta exhibuit, prout in filo, &c. Verum quia tractu, & vitio temporis fructus, seu redditus dicti capitalis pro dote assignati, notabiliter, & sine ulla Rectorum pro tempore culpa passi sunt diminutionem, & oneri suscepto minimè nunc correspondeant, prout pariter docuit per examen testium (vel per aliud genus probationis) quod facto repertii, &c. Et propterea contractus fit hodie effectus injustus, & valde Ecclesiae prædictæ læsus, ex quo reperitur quodlibet anno in damno; implorat humiliter officium Dominationis suæ Reverendissime Judicis Ordinarii, pro rescissione d. contractus, vel saltē pro reductione illius ad justitiam, & æqualitatem, prout juris est, petens, &c. omni, &c.

Cui instantiæ Judex interponat decretum, quod citentur interesse habentes, cum insertione supradictæ comparitionis. Exequuta citatione, si nihil relevans in contrarium deducatur, mandet denuo citari. Ad videndum impariri, & interponi Officium Judicis pro reductione contractus susceptionis oneris perpetui Missarum, de quo in actis, & ad justitiam, & æqualitatem illum reduci, &c. Postea in termino dictæ citationis interponat decretum, quod poterit concipi modo sequenti.

## F O R M U L A

## F O R M U L A

*Implorationis Officii Judicis.*

**D**ilecti . . . Comparuit N. Procurator Rectoris Ven. Ecclesiae N. prout docuit de speciali mandato Procuræ, quod de facto dedit tenoris, &c. coram Reverendissimo D. Vicario generali N. & exposuit, N. Rectorem olim dictæ Ecclesiae sub die . . . mensis . . . anni . . . suscepisse, & acceptasse onus perpetuum Missarum . . . quolibet anno pro suffragio Animæ N. celebrandarum cum receptione capitalis, seu fundi pro dicto onere suscepto, annui redditus scutorum . . . prout constare asseruit ex Instrumento publico conventionis, & assignationis respectivæ desuper stipulato prædicto anno,

**Q**ui Reverendissimus D. Vicarius Generalis Judex Ordinarius, in termino citationis, &c. Vitis iuribus productis, & consideratis considerandis impariendo, & interponendo suum imploratum officium, dixit, & pronunciavit fuisse, & esse locum reductioni contractus susceptionis oneris Missarum perpetui, de quo in actis, ad justitiam, & æqualitatem, prout ita illum reducendo, declaravit Missas in numero . . . quolibet anno per Rectorem, seu Cappellanos dictæ Ecclesiae N. pro suffragio Animæ N. in futurum celeb-

*Decreti.*

brandas esse, & ita decrevit, & contra-  
ctum ad justitiam, & æqualitatem redu-  
xit omni, &c.

*Ita est, N. Vic. Generalis.*

*N. Cancellarius.*

469 Advertendum est, quod ista implora-  
tio Officii Judicis, non debet fieri pro  
reductione Missarum, quam Judex ordi-  
narius facere non potest, sed pro reduc-  
tione contractus ad æqualitatem, ut  
notatur in Formula: Judex autem inter-  
ponendo suum decretum, non recedat à  
Formula hic data, ne videatur, directè  
voluisse reducere Missas, quæ tamen ex  
natura, & necessitate reductionis con-  
tractus, reducuntur. Et hæc nota, quia  
casus non raro contingit, & in praxi,  
quod sit servandum, forte alibi non in-  
venies.

470 Num. 18. Visitator inquirat, an illi,  
qui habent Indultum Oratorii privati,  
servent requisita in eo praescripta, ut  
possit si invenerit illa non habere, Ora-  
torium suspendere. Formula autem Bre-  
vis, quod expediri solet, est sequentis  
tenoris.

„ Dilecte fili, &c. Spirituali consola-  
tioni tuæ quantum cum Domino pos-  
sumus benignè consulere, teque spe-  
cialibus favoribus, & gratis prosequi  
volentes, &c. Supplicationibus, tuo  
nomine nobis super hoc humiliter por-  
rectis inclinati; tibi qui (ut afferis)  
de nobili genere procreatus existis, ut  
in privatis Domorum tuæ habitationis  
in Diœcesi N. Ruri existentibus Ora-  
torii ad hoc decenter muro extructis,  
& ornatis, seu extruendis, & ornans-  
dis, ab omnibus Domesticis usibus li-  
beris per Ordinarium loci prius visi-  
tan., & approban. & de ipsius Ordin-  
arii licentia ejus arbitrio duratura,  
unam Missam pro unoquoque die,  
dummodo in eisdem Domibus cele-  
brandi licentia, quæ adhuc duret, al-  
teri concessa non fuerit, per quem-  
cumque Sacerdotem ab eodem Ordin-  
ario approbatum Sæcularem, seu de  
*Monacelli, Formul. Suppl.*

„ Superiorum suorum licentia Regula-  
rem, sine tamen quorumcumque ju-  
rium Parochialium præjudicio, ac Pa-  
schatis Resurrectionis, Pentecostes,  
Nativitatis Domini Nostri Jesu Chri-  
sti, aliisque solemnioribus anni Festis  
diebus exceptis, in tua, ac familiae,  
& Hospitum Nobilium tuorum præsen-  
tia celebrari facere, liberè, & licite  
possis, & valeas Authoritate Apostoli-  
ca tenore præsentium concedimus, &  
indulgemus, non obstantibus, &c.  
Volumus autem, quod familiares ser-  
vitiis tuis tempore dictæ Missæ actu  
non necessariis ibidem Missæ hujusmo-  
di interessentes, ab obligatione au-  
diendi Missam in Ecclesia diebus Fe-  
stis de præcepto, minime liberi cen-  
seantur. Datum Romæ &c.

Quia Formula Brevis inspecta, & 471  
recognita, loci Ordinarius antequam  
celebrandi in Oratorio licentiam con-  
cedat, debet advertere, an verifica-  
ta sit clausula. *Qui ut afferis de Nobili*  
*genere procreatus existis:* Hæc enim  
clausula importat conditionem expre-  
sam, adeo ut ea non verificata, gratia  
corruat, ut dixit Rot. coram Cerro, deci-  
183. num. 15. non habet in ventre a-  
liam clausulam. *Si ita est,* ut ait Add.  
ad Pamphil. decis. 438. num. 7. Quare  
manifestè constat, quod qui qualitatem  
non habet, hoc privilegio uti non po-  
test, licet obtinent, cum tunc dicatur  
subreptitium, & ita esset, ac si non ob-  
tinuisset.

An autem pro executione d. Brevis 472  
requiratur Nobilitas impetrantis ex u-  
troque Parente, dubium oriri potest.  
Verum ego de hoc interrogatus pro  
parte Episcopi N. qui post execu-  
tionem datam tali Indulto favore cujus-  
dam orti ex Patre Nobili, & Matre  
Ignobili, dubitavit de validitate licentiæ  
jam concessæ, respondi rectè se gessisse:  
quoniam Nobilitas Viri transfunditur  
in Uxorem, quæ radiis Mariti coru-  
scat, quamquam ignobilis sit, & no- 473  
bilis efficitur, ut tradunt communiter  
*Navar. conf. 15. nu. 2. 4. & 5. de test. Graff.*  
*decif. aur. par. 2. lib. 3. cap. 13. nu. 9. Sperell.*  
*decif. 157. num. 10. Card. de Luc. de dot.*  
*decif. 2. num. 9. Et nobilitas Patris non de-* 474  
*H nigra-*

- nigratur per ignobilitem Matri, Rot. apud Farinac. decis. 137. Ricc. decis. 216. num. 6. par. 1. ubi quod Nobilitas procedit ex Patre tantum, nulla habita ratione Materni generis, Nicol. lucubr. civil. lib. 1. tit. 3. de jurepatr. num. 4. & in puncto Biss. Hierurg. litt. O. num. 109. §. 6. & tandem, quia filius sequitur conditionem Patis, & non Matris, Medic. de sepult. par. 1. quest. 7. num. 23.
- 475 Et hinc est, quod ad verificandam di-  
Etiam clausulam, seu narrativam, non  
sufficeret Nobilitas ex parte Matri, si  
Pater esset Ignobilis, nam nobilitas non  
ex materno, sed paterno genere in filios  
transmititur, ut ajunt DD. mox citati:  
ideoque Sebast. Medic. in tract. de defini-  
t. cap. 42. num. 28. dixit, quod sola  
Regina communicat suam nobilitatem  
viro, inquiens, Tertia, & ultima re-  
gula sit, quod Mulier illustratur radio  
Viri, l. fæmina, ff. de senat. Unde  
mulier illegitima nubens viro legitimo,  
& naturali, efficitur legitima sicut Mar-  
itus, non tamen vir nobilitatur ex per-  
sona mulieris, nisi tamen Regina nube-  
ret militi, tunc enim maritus efficitur  
clarus. Et quanvis Pignatell. consult.  
98. num. 44. tom. 6. quem sequitur R. P.  
D. Petra, tom. 2. in comment. ad Bul-  
lam Honorii 3. pag. 499. teneat suffice-  
re nobilitatem Matri; nihilominus cum  
agatur de privilegio odioso, & concessio  
477 contra jus commune, ut ipse Pignatell.  
nolens fatetur num. 34. & 35. strictè de-  
bet interpretari, ut in puncto adverbit  
Capon. disc. 183. num. 67. ideoque verba  
illa Brevis: De nobili genere procreans,  
in sua naturali, propria, & vera signifi-  
catione accipienda, & intelligenda  
sunt, non autem extendenda ad nobili-  
tatem Matri tantum, qua non transit  
de jure in filios, ex præallegatis. Papa  
enim nisi aliud exprimat in suis rescrip-  
tis, & indultis semper censetur se con-  
formari velle dispositioni juris commu-  
nis, Rot. coram Seraph. decis. 773. num.  
17. Cui propterea inhærere debemus,  
cap. humana 22. quest. 5. cap. intelligen-  
tia, de verb. signif.
- 478 Secundo loco verificanda est clausu-  
la: Ab omnibus domesticis usibus liberi
- 479 idest quod locus, in quo vult erigi Orato-  
rium, sit decens, muro clausus saltem  
à tribus lateribus, ornatus, & ab omni-  
bus domesticis usibus liber, & segregatus,  
ac denique instructus omnibus re-  
bus, & suppellectilibus necessariis ad sa-  
crum faciendum: advertendo etiam quod  
in pertinentiis Cubiculi Oratorii, nec  
supra Cappellam, in qua est celebran-  
dum, non retineatur lectus ad dormien-  
dum, aut alia res prophana, ut monet  
D. Carolus in 4. Concilio Provinciali,  
quod refert Gavant. in manual. verb. Ec-  
clesiarum reverentia, num. 4. & Sac.  
Congreg. Immunit. in Trid. 30. Septem-  
bris 1636. apud Ricc. in Synop. verb. Cap-  
pella, num. 7.
- 480 Tertio loco, debet Ordinarius locum  
destinatum visitare, & approbare, ut  
ipsi injungitur in Indulto ibi, per Ordinari-  
arium loci prius visitan. & approban.  
quam visitationem sive per se ipsum, vel  
per suum Vicarium omittere non potest  
sine nullitate, & peccato, quia agitur  
de re gravi, & visitationem omittendo,  
excederet fines sue commissionis, & for-  
mam præcisam sibi datam contemneret,  
quam prius debeat adimplere, Rot. co-  
ram Cerro decis. 903. num. 5. & plenius  
coram Dunoz. jun. decis. 306. num. 1. 2.  
& 3.
- 481 Approbationem vero, & licentiam  
in loco destinato celebrandi dare solet  
in scriptis, formula hic subnexa, non  
autem oretenus, ut opinatur Pignatell.  
citata consult. 98. num. 43. nam cum  
pro forma debeat constare de visitatio-  
ne, & approbatione cerri loci pro legi-  
timanda Indulti executione, & appare-  
re quoque debeat, an approbatio Ordinarii  
sit libera, vel conditionata, vel ad  
tempus breve, ex quo licentiam conce-  
dere Papa remittit ejus arbitrio, necessa-  
ria est scriptura, quia licentia oretenus  
data perit, littera scripta manet, &  
de ea apud Episcopum successorem, seu  
alium Visitatorem constare non posset,  
& privilegiatus, mortuo oretenus appro-  
bante, executionem sui Indulti ostende-  
re non valeret.
- 482 Quarto loco debet Ordinarius edoce-  
re privilegium, quinam sint dies soleni-  
naires contenti in illa clausula Brevis.  
Ali-

Aliisque solemnioribus anni festis, in quibus celebrandum non est in Oratorio privato, & hi præter expressos in eodem Indulto, juxta canonem Concilii Agatensis relatum in cap. si quis 35. de consec. dif. i. sunt Epiphania, Ascensio Domini, Nativitas S. Jo: Baptiste; juxta autem Decreta Sacerdotum Congreg. Rituum, & Concilii, quæ relata a me fuere tom. 2. pag. 7. num. 19. & 20. sunt Epiphania, Annuntiatio, Assumptio B. M. V. Festum omnium Sanctorum, SS. Petri. & Pauli, & Sancti Titularis Ecclesie loci.

Quinto loco debet eundem privilegium admonere, quod sub clausula, in tua, ac familia presentia celebrari facere, continentur dunitaxat Pater, Mater, Uxor privilegiati, filii, filiae, Nurus, & Nepotes, dummodum habitent cum ipso Indultario, & ipsius sint commensales, non autem familiæ, nec famulæ, tum quia nomine familie tuae veniunt solum Agnati, ut dixit Rota in Romana, seu Bononien. Protectoriarum 20. Aprilis 1671. §. clarius, & §. his tamen, coram Albergato, aut ad summum Cognati, Card. de Luc. de jurepat. disc. 25. num. 2. & 3. Tum quia famuli, & famulæ, qui sub nomine familiarium continentur Barb. appellat. 96. num. 1. & 4. à Papa in Indulto expressè concluduntur, & exceptuantur per orationem separatam ibi: Volumus autem, quod familiaris servitius tuis tempore dicta missa actu non necessarii, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de precepto minime liberi censeantur.

487 Et sic cessat quæcumque lata interpretatione, cum ultra limites concessos, Indultum extendi non valeat, Fagnan. in cap. licet, num. 12. & 13. & 14. cum aliis à me allegatis tom. 2. pag. 51. num. 52. & seqq. attenta præsternim clausula illa, Volumus autem, quæ habet vim Decretri irritantis, ut dixit Rota coram Coccin. decisi. 1565. num. 10. & est induciva novi juris; gloss. in clementina de offic. Vicar. & formam præscribit Cavaler. dec. 212. num. 17.

Et quamquam non me lateat R. P. D. Petram loco superius citato, num. 62. & 64. tenere famulos Domini privilegiati

gaudere Indulto, exceptis famulis Ruri manentibus, & Aurigis, tamen ejus authoritas est tota in Pignatello, qui non raro laxat habenas, si enim rationes meæ sententiæ, quas refero tom. 2. pag. 51. à num. 32. ad 38. & in hoc supplemento oculis subjiceret iste celebris in Urbe Doctor, profecto cum sit veritatis amator, à Pignatello discederet, & cum Matteus. Official. Cur. cap. 10. §. 3. num. 75. ipse sentiret, cum privilegium potius interpretari debeat, ut nihil operetur, quæcum, ut cultui divino præjudicet, Fagnan. in cap. causam quæ, num. 8. 24. & 26. de rescript. & in cap. licet, num. 5. de regulari.

Immò addo, quod cum die 31. Julii 1706. in Auximana transcripta fuisset in folio Sac. Congreg. Concil. dicta clausula, Brevis, & propositum fuisset dubium, An in vim dicti Brevis satisfaciant præcepto Missa in diebus festis omnes famulæ Commensales, vel quinam in casu. Rescriptum fuit: Dilata juxta mentem, & mens fuit, ut Orator peteret declarationem à Papa. Ideoque si Sac. Congreg. Concilii noluit apponere matrum, propter satis claram mentem Papæ in dicta clausula expressa, ita nec Pignatelli sententia, illam valuit declarare, ut animadversum à me fuit d. tom. 2. d. pag. 51. num. 37.

Quare in executione Indulti pro serenitate conscientiæ Domini privilegiati, & famulorum, famularumque, solent Zelantes, & prævidi Ordinarii, juxta qualitatem familiae Indultatii taxare numerum familiarium, qui ipsis (arbitrio prudentiali interposito) videtur necessarii pro servitio Domini tempore celebrationis Missæ, ut possint præcepto diebus festis satisfacere, quæ praxis optimæ mihi viderit, nisi taxatus sit numerus in Brevi.

Sexto loco advertere debent Ordinarii, quod prædicta clausula, quæ excludit à privilegio familiares actu servitio Domini tempore celebrationis Missæ non necessarios, reperitur expressa in omnibus Indultis Oratori privati, & ideò in illorum executione, de hoc Indultarios monere debent, ut supra mox dictum fuit, cum hac tamen distinctione, vide

H 2 licet.

licet. Si Oratorium privatum reperiatur concessum in Domo habitationis Civitatis, vel Castri, ubi ad sint Ecclesiae publicae, tunc famuli, & famulæ actu tempore celebrationis Missæ non necessarii servitio Domini, nullo modo debent excusari ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto, si vero sit concessum in Domo Rurali, tunc erunt excusandi, quando Ecclesia distet ultra medium milliare;

489

Nam tunc propter talem distantiam, & longam moram accessus, & recessus, ne servitium Domini patiatur, omnes dicentur actus necessarii, & privilegio gauderent, sicuti enim Regulares, qui præcepto Concilii Tridentini tenentur accedere ad publicas Processiones, cogi non debent (nisi adfis consuetudo contraria) quando eorum Monasteria distant ultra medium milliare à Civitate, ex quo nimis gravarentur, Laurent. de Franch. par. 1. num. 64. ibique Pasqual. Piassec. in prax. par. 2. cap. 3. art. 6. num. 51. ubi refert Decretum Gregor. XIII. & de quo testatur Fagnan. in cap. grave, num. 65. de Offic. Ordin. Passerin. de Stat. hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. in p. 10. num. 1000. ita à pari gravandi non erunt famuli Domini privilegiati, ut accedant ad Ecclesiam, eo modo distantem, ne servitium Domini datum sentiat, & idem procederet tempore magnæ pluviae, vel hyemis, quo accessus ad Ecclesiam esset difficilis, propter asperitatem viæ, quamquam esset vicinior, nam tunc militat eadem ratio.

490

491 Septimè si dubitetur de intelligentia illius clausulae: Et Hospitum tuorum Nobilium presentia: nempe qui veniant nomine *Hospitum Nobilium*? Responde, quod veniunt, tam genere Nobiles, quam ex privilegio Principis Statuti, munieris, aut Dignitatis: quia cum Papa in hac clausula non requirat Nobilitatem generis, & Sanguinis, prout necessario illam exigit in prima clausula, superius primo loco examinata, sed Nobilitatem Hospitum in genere, sub dicto nomine *Nobilium* veniunt etiam Nobiles civiliter, & ex privilegio facti, quia dicuntur veram, & propriam nobilitatem habere, ut firmat pluribus allegatis Cyriac.

controv. 208. num. 201. & ideo gaudent Indulto.

Octavò tamen scire debent, quod hodie dictum Indultum concedi solet Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & aliis magnatibus primi Ordinis, qui exercent Jurisdictionem temporalem in aliquo feudo, vel Castro, aut alio loco etiam pro Domo habitationis Civitatis: aliis vero Nobilibus, qui Jurisdictionem non habent, concedi consuevit pro Domo Rurali tantum. At sive primis, sive secundis concedatur, expirat morte impetrantis, quia est personale, nec transit ad filios, nec alios de familia, nisi de novo impetretur, Pignatell. d. consult. 98. num. 50. & seqq. tom. 6.

### FORMULA

Decreti approbationis Oratorii.

V Iso Brevi Apostolico Anulo Piscatoris subsignato, nobis pro parte Nobilis Viri N. exhibito, & in actis nostræ Curiae registrato, super concessione Oratorii privati in Domo suæ habitationis Ruri, vocabulo N. existen. erigen. & à nobis approbandi verificatis verificantis visa loci decentia in visitatione per Nos personaliter facta, in quo existit Capella, cum Altari, muro à tribus lateribus clausa, & ornata, ac à domesticis usibus penitus sejuncta, & de decentibus supellecilibus sacris instituta, ibidem Oratorium sic erectum autoritate Apostolica nobis delegata approbamus, & ut in eouna Missa pro unoquoque die, praeter quam in solemnioribus anni Festis in Indulto exceptis, & sine præjudicio iurium Parochialium, per quemcumque Sacerdotem Secularem, vel Regularem approbarum celebretur, & celebrati possit, permitimus, & licentiam ad arbitrium nostrum curaturam concedimus. Admonentes, ut Oratorium, seu Cappella prædicta remaneat semper clausa, nec valvæ aperiantur nisi tempore celebrationis Missæ, vel communium precum. Famulos autem, & Famulas d. Domini privilegiati,

Mis-

Missa hujusmodi interessentes, nisi tempore celebrationis sint actu servitio Domini necessarii, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de Praecepto, non esse liberos declaramus ad formam Brevis. Dat. &c.

N. Episcopus Executor Apostolicus.

N. Cancellarius.

Hæc approbatio, seu licentia unà cum copia Brevis debet registrari in Cancelleria, ne umquam de ea dubitari continat. Breve autem hujusmodi non solum exequitur ab Episcopo, sed ab omni alio Prælato, sive Vicario Capituli, Sede vacante, & exercenti ordinariam jurisdictionem, quia committitur exequitio Ordinario loci, cuius appellatione veniunt omnes Prælati habentes jurisdictionem ordinariam, Barbos. appellat. 177. num. 1. & 2.

496 Num. 20. Adde ibi, quod licentia, quæ datur Novitiis Monialium, faciendo renunciationes, conceditur ab Episcopo etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis, aut alio modo exemptis, non autem à Prælatis, quibus sub sunt, nisi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, Laurent. de Franch. contr. par. 2. quest. 43. num. 1. ibique Pasqual. num. 2. Donat. de Regularibus, tom. 2. par. 2. tract. 7. de bon. novit. quest. 7. n. Sac. Cong. Concil. in Firmana 23. Julii 1707. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 249. & 250. Dommodò fiat post ingressum Monasterii: alias enim si renunciatio fieret ante ingressum licet intuitu Religionis, & animo ingrediendi, non subjetat dispositioni Concilii, sed valet absque dicta solemnitate, ut ibi firmatum fuit, Tamb. de jure Abbatis, tom. 3. discept. 6. quest. 10. num. 10. ubi dat concordantes.

497 Num. 21. Inquirat Visitator Apostolicus in visitatione Regularium an tempore divinorum officiorum admittant in Presbyterio Laicos, seu Magistratum Laiorum, eisque ibidem Sedem, seu sedilia habere permittant, si hoc enim eos talia Laicis concedere inveniat, omnino prohibeat, quia decreta Sac. Congreg. Rituum, quæ ab Ecclesiis Secularibus abu-

sus hujusmodi removendos esse præcipiunt, locum habent etiam in Ecclesiis Regularium, ut patet ex sequenti autographo Decreto.

### Gerunden.

Cum alias à Sacr. Congreg. Concilii emanaverit decretum sub die 10. Novembris 1657. in quo declaratum fuit, non licere Ecclesia Collegiata S. Felicis condere locum in Presbyterio Officialibus Laicis, juratis, seu Magistratui Gerunden, ad effectum ibi standi, & sedendi quando divina officia celebrantur, & successivè confirmatum sub die 31. Augusti 1658. ac sub die 28. Augusti 1660. resolutum, non licere etiam in Ecclesiis Regularium, nec non Sac. Rituum congreg. die 12. Martii 1689. pramissa approbaverit. Instantibus modo Regularibus ejusdem Civitatis Gerund. in hac Sacr. Congreg. pro declaratione infra-scriptorum dubiorum, videlicet, An praedicta decreta locum habeant in Ecclesiis Regularium, & quatenus sic. An sint concedenda Remissoriales in casu, &c. Eadem Sacr. Congregat. Rituum auditio pariter Episcopo, & Capitulo Ecclesie Cathedralis Gerunden. utraque parte, tam in scriptis, quam in voce informante, ac omnibus hinc inde perpensis, ac mature consideratis, proponente Emin. & Reverendissimo Dom. Cardinali Colloredo, respondit. Ad primum affirmative. Ad secundum negative, & ita omnino servari mandavit die 22. Aprilis 1690.

A. Episcop. Ostien. Card. Cibo.

Laurent. Fliscus Sac. Cong. Rit. Secr.

Item inquirat an siant Compatres occasione Baptismi, & decreto prohibeat: nam Sacra Congreg. Concilii in Mediolanen. 3. Octobris 1677. injunxit Archiepiscopo, ut prohiberet Parochis, ne admitterent Regulares in Compatres occasione Baptismi sub pœnis ejus arbitrio.

Monacelli, Formul. Suppl.

H 3 Eod.

Eod. tit. 16. form. 16. pag. 356.

500 *Num. 1.* Regulares se præsentantes Ordinario absque proprii Superioris licentia , vel falsa , pro obtainenda facultate audiendi Confessiones ; si Ordinarius illos admitteret , & approbaret , confessio-  
nes eis factæ essent validæ , quamquam admissi peccarent , & possent ab eorum superiore puniri , *Donat. prax. rer. regul.*  
501 *tom. 3. tract. 4. quæst. 29. num. 3. & quæst. 30.*  
*num. 2.* Et licet *Passer. de Stat. hom. 2. qu.*  
*187. art. 1. num. 221.* teneat , quod Re-

gulares ab Episcopo approbati , absque præsentatione , & licentia Superiorum , invalidè absolvant ; attamen à sententia Donati , non est recedendum , quia tuta est , saltem quoad Confessiones subditorum Episcopi approbantis , cum omnia concurrent , quæ necessaria sunt ad integritatem , & validitatem Sacramenti pœnitentiaæ , scilicet potestas Ordinis , & Jurisdictionis : *Et Conc. Trid. cap. 15. sess. 23. de reform.* de sola approbatione Episcopi meminit , etiam quoad Regulares : unde quatenus casus eveniret , nullo modo juxta opinionem *Donati* essent inquietandi Pœnitentes .



F O R.



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM FORI ECCLESIASTICI. SUPPLEMENTUM

A D

T E R T I U M T O M U M .

*In Preludio pag. 4.*

**N**umer. 7. Licet mucro censuratum adhibendus non sit, nisi in subsidium, ut à Concilio Trid. statuitur; in locis tamen, in quibus Ordinariis jurisdictionem in laicos exercere non est liberum, potest Judex Ecclesiasticus directe hoc gladio uti, ut docet Card. de Luc. annotat. ad Conc. Trid. disc. 43. num. 15. & in summ. de judic. num. 161. vers. subsidiorum. Nam tunc, ut ipse adverrit, laici, impeditentes, debent potius de se ipsis scandalum concipere, quod non permittant, que Sacri Canones concedunt, quam de censoris.

*Ibidem pag. 15.*

**2** Num. 41. Episcopo excommunicato, vel suspenso, ejus jurisdictione non ad Capitulum, sed ad Papam, qui pro-

videre debet, devolvitur, ut latè probat, Fagnan. in cap. quia diversitatem d. num. 25. usque ad fin. de concess. præben. An autem idem procedat; quando Episcopus moratur in remotis, & ejus Vicarius moritur absque nova Vicarii constitutione? vide Quarant. in sum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, num. 12. Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 15. §. 1. num. 3. ibique Carol. Anton. de Luc. num. 2. Nicol. in flosc. ver. Vicarius Capitularis, num. 57.

*Ibidem pag. 18.*

**3** Num. 51. Præter ibi notata circa incapacitatem, & inhabilitatem Mulierum ad munera, & officia, adde, quod fœminæ quantumvis Nobiles, non sunt thurificandæ, nisi sint Reginæ, vel magnæ Principissæ (id est Serenissimæ) idèoque eis non datur per Ministros Ecclesiæ solemniter celebrantes thuris, & pacis houor, ut declaravit Sac. Congreg.

H 4 Rit.

Rit. in Licerina 22. Januarii 1618. & Congreg. in Larinen. 9. Decembr. 1702. in qua fuerunt denegatae litterae remissoriales ad probandam immemorabilem, quia opponitur Cærement. lib. I. cap. 23. in quo sic habetur: Si adesset aliqua Mulier insignis, ut Regina, vel magna Principissa, utique, & ipsi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro, si adesset.

Ibidem pag. 19.

Num. 58. An autem subditus delinquens in loco, seu Monasterio Diocesis exempto, subjiciatur poenis, & censuris ab Episcopo impositis? Distingue: aut ce n-sura, seu alia poena lata est per viam Statutum: aut lata est per viam sententiae, si vè alio modo extrajudiciali. Si primo modo lata est, quia Statutum directè respicit territorium, & in eo existentes, tunc subditum delinquentem in loco exempto non ligat. Si verò secundo modo, secus est. Quare si Episcopus per Edictum provisionale prohibeat E. g. ludum alearum sub poena censuratum, subditus Edictum servare debet etiam in loco exempto in Dicecessi existente, alias erit obstrictus censura, prout tradunt Tamb. de jur. Abb. tom. 2. disp. 14. quest. 2. num. 6. Bonac. de censur. disp. I. quest. I. punct. II. num. 8. 14. & 15. Suar. de cens. lib. I. cap. 7. num. 18. & 19.

Ibidem pag. 27.

6 Num. 95. Suspensus à suo Ordinario extrajudicitaliter sine scriptis, si celebret, non sit irregularis, Sacr. Congreg. Concilii in Vercellen. 18. Augusti 1703. secus est quando Episcopus juridicè ad suspensionem procedit, tunc enim pro validitate ferre debet in scriptis, & cum requisitis juris, ut ibi.

Ibidem pag. 28.

7 Num. 105. Clericus suspensus à Beneficio non repellitur ab electione, nec etiam à divinis Officiis: Imò potest omnia spiritualia exercere, gloss. in cap. cum

Vintonien. 25. de elect. ver. admiserat. in fin. & ex fructibus Beneficii à quo est suspensus, & quos percipere non potest, alimenta si aliunde non habet, debet habere, d. gloss. loco citato, & alia gloss. in cap. studeat, verb. de sui 50. dist.

Ibidem pag. 30.

Num. 115. Vers. contra promoto. Adde sequentem declarationem: 25. Maii 1616. Guamenga nel Perù. Cum Fr. Augustinus Caravasal. olim Civitatis Panamæ Episcopus, in Civitate Guamenga Episcopus postea praefectus ob diversa impedimenta illius possessionem capere demoratus fuisset, declarari petit, an fructus dicti Episcopatus Guamengæ sibi debeantur à die, quo erecta fuit Ecclesia, an à die, quo in Consistorio propositus, an verò à die, quo illius possessionem ingressus fuit: Sanctiss. D. N. Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. sententia audita, mandavit, ut fructus ei consignentur à die translationis, & praefectionis in Episcopum, & Pastorem Guamenge, fol. 51.

Ibidem pag. 38.

Num. 167. Regula ibi firmata, quod quis efficiatur Bigamus, quando Matrimonium contraxit cum Muliere corrupta, fallit in eo, qui ducit in Uxorem illam, quam prius defloraverat; nam tunc iste dicitur contrahere cum Virgine, si ab illo cognita non fuerit, Sanc. de Matrim. lib. 7. disp. 46. num. 3. & disp. 84. num. 14. Barbos. in cap. sanè il I. num. 4. de cleric. conjung. Pignat. conf. 42. num. 21. tom. I.

Ibidem pag. 40.

Num. 176. Adde ibi: Qui percussit gladio, vel virga Cajuni in oculo, cuius virtutem debilitavit, adeò ut lucis radios obscurè percipiat, non efficitur irregularis, Sacr. Congreg. Concilii in Fe-retrana 5. Maii 1708. Qui autem abscedit digitum pollicem, debet petere dispensationem ad cautelam, quia dubium est, an per talem mutilationem irregularitas

ritas incurratur, ut bis respondit *Sacr. Congreg. Concilii*, nempe 12. Julii 1687. 13. Januarii 1688. Et qui violat censuras nulliter latas, irregularitatem non incurrit, nec indiget dispensatione *Sacr. Congreg. Conc. in Herbipolen.* seu Nullius Ab. Fulden. 19. Julii 1704.

Ibidem pag. 41.

14 *Num. 180.* Adde quod concessa alicuiā Sac. Poenitentiaria Urbis dispensatione ab irregularitate cum clausula: *Ut non celebret in loco commissi delicti,* hoc debet intelligi per viginti milliaria, circum circa, ita respondit, & declaravit *Sacr. Congreg. Concil. in una Venetiarum 27. Septembris 1681.* lib. 32. Decr. fol. 4.

15 *Sac. autem Congreg. Concilii regulariter* non solet dispensationem ab irregularitate concedere, quando est incursa, eo quia Orator daret operam rei illicitae, nisi aliqua causa commiserationis intercedat. Dispensat tamen faciliter pro homicidio commisso in Bello contra Turcas, ut in *Seginen. 2. Mājī 1676.* & in *Zagabrien. 17. Novembr. 1686.*

17 *Num. 183.* Irregularitas, quæ repellit ab Ordine, impedit etiam susceptionem primæ Tonsuræ, quia, licet secundum Theologos non sit ordo, tamen dicitur character Clericalis, ut ait *Sixtus V.* in suo motu proprio contra malè promoto, *Constit. 91. §. 2.* & apud Canones obtinet nomen ordinis, & præcipue in cap. cum contingat, de etat. & qualit. ibique *Fagnan.* num. 161. *Pignat. consult.* 146. num. 8. & 9. tom. 8.

*Tit. I. form. I. pag. 46.*

19 *Num. 9. Citatio*, de qua non constat per relationem Nuncii, non dicitur apparere, quia de jure non creditur nisi Nuncio de executione illius, non autem Notario testanti de citatione facta, *Rot. decis. 71. num. 2. coram Gregor.* 20 nisi in loco ubi citatio executa fuit, Notarius de stylo fungatur officio Nuncii, *Rot. coram eodem decis. 426. num. 6.* & 7. vel nisi Notarius duos Testes adhibui-

set, & rogatum, & Instrumentum de citatione executa per eum summisserit; tunc enim ei creditur. *Tondut. de prevent. par. t. cap. 9. num. 28.*

22 *Num. 39.* Ad ea, quæ ibi dicuntur de injuria levi, vel graviadde quod injuria facta Clerico exercenti in Ecclesia, vel extra cum vestibus sacris officium suum, redundat in totum Collegium, cuius Ministerium gerebat, & ideo ex hoc sit gravior, & dicitur atroc, *glos. in cap. vulgaris est pñ. dist. 1. in verb. totum, Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 49. num. 55.*

23 Ceterum praeseindendo à casibus ibi, & hinc exemplificatis, si quis aliquem (provocatus), verbis, & conviciis injuriaret, & convicium esset verum, in foro fori non deberet puniri, quia veritas convicci injuriantem excusat, *Vulpina. supr. Farinac. par. 12. quas. 105. num. 27. & 31. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 2. cap. 17. n. 17. Ursay. inst. crimin. lib. 2. tract. 9. num. 116. cum seqq.*

24 *Num. 40.* Percutiens Clericum se defendendo, si excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, licet incurrat excommunicationem ratione excessus, non tenetur tamen pro absolutione adire Sedem Apostolicam, sed poterit absolvī ab Episcopo, *Zaul. observ. ad stat. Faventia, tom. 1. lib. 4. rubr. 6. num. 13.* Inimic, & si agressorem vim vi repellendo occideret, & fieret irregularis, ab eodem Episcopo potest dispensari, *Gallem. collect. in Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de reform. in remission. ver. vim repellendo, ubi plures DD. allegat: causa tamen cognita, ut advertunt Graf. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 65. num. 13. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. num. 6. 7. & 8. & 22. Barbos. de potest. Episc. alleg. 39. num. 54. Passer. de elect. cap. 27. & 28.*

*Eod. tit. I. form. II. pag. 70.*

25 *Num. 9. Judex Ecclesiasticus* vigore litterarum *Sacr. Congreg. Immun.* quæ solent ab ipsa dari, potest, & debet præfigere terminum confugitis ad loca imminia, trium dierum discedendi ab eis, qui si non obtemperent, posset illos extrixi facere ad formam Bullæ Gregor.

XIV.

XIV. & retinere carcerator in suis carceribus, & postea certiorare debet eamdem Congreg. de delictis, de quibus imputantur, eamque instructam reddere de reorum qualitatibus, & expectare responsum: Et ulterius debet monere Conventuum Regularium Superiorum, ne delinquentes, & homines facinorosos recipient, sub pena censurorum, & privationis officiorum nomine dicta Congreg. & quatenus fiant transgressores, in penas comminatas incideisse declaret, prout in dictis litteris in-jungitur.

Eod. tit. I. form. 12. pag. 74.

- 27 Num. 13. Adde ibi, quod Parochus repertus in fraganti in Domo Parochiali cum muliere suspecta, potest ab ea de mandato Episcopi extrahi, & carcerari ad correctionem, & idem procedit, quando monitionibus Episcopi obedire detrectet. *Sacr. Congreg. Immun. in Interamnen. & Aretina, relatis à Ricc. in Synop. in verb. Parochus, num. 4. 5. & 6.*  
 28 At adverte, quod Domus Parochialis, licet gaudet immunitate, quamquam non cohæreat Ecclesiæ, tamen si Dominus, quæ habitatur à Parocho, non est Parochialis, id est de pertinentia Parochiæ, non gaudet immunitate, prout declaravit *eadem Congreg. in Alatrina 4. Maii 1699. lib. 2. decr. Valem. p. 217. à tergo.* quam pariter refert Ricc. in verbo *Domus Parochialis, num. 5.* vel si distet ab Ecclesia Parochiali per tertiam partem miliaris, in *Civitatis Castelli 4. Julii 1673. Ricc. ibi num. 4.*

Eod. tit. I. form. 13. pag. 80.

- 32 Num. 13. Si sequestrantes fructus mensæ Episcopalis, essent Ministri Regii, & moniti, nollent sequestrum remove-re, Civitas subiecta esset interdicto. *Sac. Congreg. Immun. in Meliten. 10. Nov. 1675. in Synop. in verb. sequestrum, num. 5.*  
 33 Num. 16. Quod non possit Ordinarius extra suam Diocesim affigere, & publicare Cedulones, sine licentia Ordinarii loci, in quo affigi voluit, tenuit

quoque Sac. Congreg. Immun. in ana S. Marci 18. Julii 1690. apud Ric. in Synop. in verb. Cedulones, num. 7.

Eod. tit. I. form. 15. pag. 83.

Num. 7. & 8. Quæ ibidicuntur de participante cum excommunicato denuncia-to, intelligenda veniunt de denunciato ab homine, quando constat de excom-municatione, quæ ligat, & est timenda, etiam si esset injusta, & non obstante appellatione interposita, quæ illam non sup-pendit: non autem de participante cum eo, qui sit declaratus incursum in ali-quam excommunicationem à jure inflig-ctam, & ab ista declaratoria reus appella-set, & factum esset dubium: Nam in isto casu appellatio excommunicationem suspendetur, & participans cum denun-ciato appellante, non diceretur excom-municationem contempnere, neque pec-caret, verum actus gesti hoc medio tem-pore, si essent prohibiti excommunicato denunciato, nulli essent, consito post-modum de veritate excommunicationis, ut distinguit *Felin. in cap. Rodulphus de script. num. 43.* At in facto certo, & non dubio, neque à declaratoria excommu-nicationis à jure inflicte, incuria da-tur appellatio suspensiva, & participans cum excommunicato declarato in casu non dubio contra præceptum Su-perioris Ecclesiastici, potest excommuni-car, ut dictum fuit ibi *Form. 5. num. 3. & 4.*

Num. 9. Judex Ecclesiasticus potest Re-ceptatores excommunicatorum cedula ferire; & Judices, & Officiales Licos cogere ad repellendum excommunicato-s denunciatos ab actibus judicialibus eiis de jure prohibitis, & ab eorum Ter-ritoriis, & locis, & si postquam fuerint moniti, excommunicatos denunciatos, nollent repellere, & renuerent requisitioni Ecclesiastice parere, posset Interdi-ctum apponere loco, ut approbat *Belle. disq. Cler. §. 5. n. 54. Romaz. ad Synod. Ger. lib. 5. tit. 10. cap. 3. num. 1. & 2.*

Eod.

Eod. tit. I. form. 21. pag. 98.

38 Num. 10. Excusatur , nec committit Simoniam , qui occasione rei spiritualis aliquid accipit temporale non per modum pretii , sed ex liberalitate , vel antidorali obligatione , dummodo in pactum deductum non fuerit , *Nicol. lucubr. civil. lib. 4. tit. 18. num. 34. & in Flore. verb. Simonia, num. 11.*

39 Item excusatur si recipit vigore consuetudinis , & id quod datur liberè , & sine coactione offeratur , & ita recipitur , ut spirituale non denegetur , & sic ante temporale non præsterur , *Barbos. in cap. ad Apostolicam, num. 17. de Sim. Pirhingz. in jus can. lib. 5. tit. 3. num. 43. & 44.*

Et hæc comprobata videntur à Divo Greg. Magno in Synodo Rom. relata in registr. lib. 4. ind. 13. Epist. 44. in qua sic habetur . *Is autem , qui ordinatus fuerit , si non ex placito , neque coactus , neque petitus post acceptas chartas , & pallium , aliquid cuiilibet ex clero gratia tantummodo causa dare voluerit ; hoc accipi nullo modo prohibemus , quia ejus oblatio nullam culpe maculam ingredit , que ex accipientis ambitu non processit .*

40 Num. 12. Ex ibi firmatis bene inferatur , quod Clericus Beneficiatus , qui primario propter lucrum distributionum in Ecclesia convenit , peccat graviter , & Simoniam mentalem committit , licet ad restitutionem non teneatur , *cap. tua nos 34. de Simon. glos. in cap. unico vers. receperit. de Cleric. non resid. in 6. Navar. de hor. can. cap. 6. num. 15. & in manual. cap. 23. num. 1. Graff. decis. aur. pag. 1. lib. 2. cap. 96. num. 38. Monet. de distr. par. 2. quæst. 18. num. 32. Ita enim sunt hi , de quibus Jer. Propheta dixit , Maledictus , qui facit opus Dei fraudulenter , cap. 48. si autem ad servendum , & laudandum Deum primariò , secundariò autem propter lucrum conveniat , nullum peccatum committit , glos. in cap. quid proderit , verb. proderit 61. dist.*

Eod. tit. I. form. 25. pag. 107.

Num. 17. Laici detentores bonorum Ecclesiæ , locorum Piorum , vel Ecclesiasticorum , titulo colorato , illicito tamen , & invalido , conveniri possunt actione reali , vel mixta pro relaxatione eorundem (non tamen actione merè personali) in Foro Ecclesiastico , quia ex dicta illicita detentio (in libello , seu monitorio exprimendo) oritur , & resultat , quoddam quasi Sacrilegium , cuius intuitu subintrat privilegium , illos in foro Episcopi conveniendi , ut communiter distinguunt *Pac. Jord. tom. 3. lib. 13. tit. 8. num. 281. Fagnan. in cap. si Clericus, num. 25. 26. & seqq. de form. comp. Tondat. de prævent. par. 1. cap. 22. num. 4. & seqq. Sabell. in summ. divers. tract. §. Ecclesia, num. 19. ver. intellige. Imò ubi adest consuetudo , possunt debitores Laici locorum , & personarum Ecclesiasticorum , etiam actione merè personali conveniri in Foro Ecclesiastico , Fagnan. loco cit. num. 30. Pignat. consult. 447. tom. 1. Ricc. in Synop. in verb. causarum cognitio , quo ad Laicos , num. 11. & 12. quæ consuetudo servanda est.*

Num. 20. Quod in repudiatione legati , seu hæreditatis relicta Ecclesiæ , 44 vel Monasterio , seu Religioni , requiratur Beneplacitum Apostolicum , ut ibi firmatur , tenuit quoque *Sat. Congreg. Concilii in una Cremonen. 23. Julii 1707.* in qua cum PP. Congregationis S. Bernardi renunciassent legato relicto à quon. Cæsare Vidono pro fundatione Monasterii sine solemnitatibus , & post plures annos pœnitentia ducti vellent ad legatum renunciatum redire , causa remissa ad præfatam Congregationem , & disputato dubio . *An Religionibus vocatis pro erectione Monasterii ad formam Testamenti , obvet renunciatio earundem ? Responsum fuit. Negative in casu de quo agiunt , quo ad PP. S. Bernardi .*

Item in legato relicto promissis , ab 45 eo , qui hæreditatem reliquit ære alieno gravatam , quod Ecclesia legataria non possit cum hærede transfigere sine Be-

Beneplacito Apostolico, respondit ea-  
dem *Sacr. Congreg. in Theatina 5. Apri-  
lis 1704.*

- 46 *Num. 24.* Administratores locorum  
Piorum ab Ordinario approbati, jura-  
mentum de bene, & fideliter admini-  
strando praestare debent, *Sacr. Congreg.  
Concilii in Aliphana 18. Julii 1705.* in  
47 responsione ad 1. & eidem rationem de  
administratis reddere. Pro faciendis  
48 tamen legitimis sumptibus pro bonifi-  
catione, melioratione, & restauratione  
bonorum, non tenentur petere licen-  
tiam Ordinarii, ibidem in responsione ad  
3. Item pro dictorum Administratorum  
confirmatione, non debet Ordinarius e-  
xigere pecuniam, sed confirmatio gratis  
50 danda est, *Sacr. Congreg. Concilii in Le-  
rrinen. 11. Decembbris 1694.* Neque illos  
cogere potest, ut administrationis ratio-  
nem reddat extra locum, ubi admini-  
strant, *eadem Sacr. Congreg. in S. Aga-  
the Gotbor. 27. Sept. 1687.* Ubi autem li-  
centia Ordinarii exigitur pro investiendis  
pecuniis eorundem locorum Piorum,  
danda est gratis, *eadem Sacr. Congreg. in  
Sarnen. 27. Junii 1705.* & in *Amalphitana*  
alibi, *tom. 2. pag. 130. num. 1.* allegata.

*Eod. tit. 1. form. 27. pag. 115.*

- 52 *Num. 17.* Solent Concubinarii (ad ex-  
cusandas excusationes in peccatis) alle-  
gare pro se *Text.* Sacra Scriptura in lib.  
*Sapientie cap. 8.* ubi Salomon dicit: *Non  
possum esse continens, nisi Deus det,* sed  
frivola est excusatio, quia iste textus  
non debet intelligi, (ut ipsi putant) de  
continentia castitatis, sed de acquisitione  
sapientiae, idest: *Non possum esse com-  
pos, non possum assequi, nisi Deus det,*  
& hoc bene eruitur ex alio loco *Ecclesia  
sticci cap. 6. num. 28.* ubi Salomon loquens  
de sapientia ait, *Investiga illam, & ma-  
nifestabitur tibi, & continens factus, ne  
derelinquas eam, & ex cap. 15. ejusdem  
libri Sapientiae num. 1. ubi dicitur. Qui  
continens est justitia, apprehendet illam,*  
ut bene advertit *Menoch.* in *Opere vulgo  
le Stuore, p. 3. cent. 9. cap. 34.*

Item allegant alium scripturæ *Text.*  
*Proverb. cap. 24.* (qui quotidie citatur)

*Septies in die cadit justus, & pariter ma-  
lè adducitur, quia in nostra Vulgata, text.  
non dicit cadit, sed cadet, & surget, si-  
gnificans, quod etiam justi, & naturæ  
humanæ fragilitate in minimis cadent,  
quia nemo mundus à forde, *Proverb. 20.*  
at post lapsum statim resurgent fervore  
charitatis, non sic Concubinarii, qui  
postquam ceciderint in foveam Meretri-  
cis, *Proverb. 23. V. 27.* corrident in ma-  
lum, quia abyssus abyssum invocat,  
*Psal. 41.**

*Eod. tit. form. 30. pag. 118.*

*Num. 5.* Probatio autem consanguini-  
tatis in 4. & 5. gradu ad effugiendam  
dispensationem, erit facienda per testes,  
qui distinctè per enumerationem gra-  
duum deponant, juxta text. in cap. licet  
ex quadam, de test. ibique Barb. & alii  
communiter *Pac. Jord. tom. 3. lib. 14. tit.  
17. num. 99. Pirhing. in jus can. lib. 2. tit.  
20. num. 138. Ricc. decis. num. 8. & 9. p. 1.*

Præterea consanguinitatis gradus po-  
terit etiam probari, per Testamenta,  
per enunciativa Instrumentorum, per fi-  
dem Baptismatis, per publicam vocem,  
& famam, ac communem reputationem,  
*Rot. coram Pamphyl. decis. 54. num. 2.  
& 9. & coram Zarat. decis. 39. num. 5. &  
seqq.*

Et nota, quod conclusio ibi tradita ex  
*Corrad.* & desumpta ex cap. fin. de con-  
sang. nempe, quod hi, qui invicem sunt  
conjuncti in 4. & 5. gradu consanguinitatis  
possint licet absque dispensatione  
inter se matrimonium contrahere; pro-  
cedit etiamsi unus ex eis distet in primo,  
vel secundo, vel tertio gradu à com-  
muni stipite: quia nihilominus, cum alio  
distanter in quinto validè contrahet ma-  
trimonium, ut advertit *gloss. in d. cap. fin.*  
*verb. quarto, Pirhing. in jus can. lib. 4. tit.  
14. num. 17.*

*Num. 6.* Promittens sponsalia, & de  
illis constito, cogitur ad contrahendum  
matrimonium, *Sac. Congreg. Concilii in  
Signina 16. Maij, & in Tarentina 3.  
Ottob. 1705.* Si autem apponatur impedi-  
mentum publicæ honestatis ortum ex spon-

fa-

salibus cum alio consanguineo contractis : est observandum , an prima sint valida , nec ne : Nam ex sponsalibus nulliter contractis , tale impedimentum non oritur , *Sac. Congreg. Concilii in Melebitana 18. Septembris 1687. lib.37. Decr. fol. 40.* si vero sint validè contracta , tunc licet ex mutuo consensu fuisse dissoluta , adhuc impedimentum remanet , *eadem Sac. Congreg. 6. Julii 1658. Nicol. in flosc. verb. sponsalia , post num. 6.*

*Eod. tit. I. form. 7. pag. 123.*

58 Num. 7. & seqq. In comprobationem doctrinæ ibi firmatae , quod Archiepiscopus valeat punire Vicarium suffraganei delinquentem in Officio , addit sequentem resolutionem : *Taranina die 25. Februarii 1642. Sac. Congreg. Concilii censuit Archiepiscopum Metropolitatum etiam in prima instantia esse Judicem competentem in causis contra Vicarios , & Officiales Episcoporum suffraganeorum , quando delinquunt in Officio , & jurisdictione , lib. 37. Decret. fol. 356.*

59 Num. 19. Quod possit , & debeat prcedi contra deturpantes , & lacerantes Cedulones Excommunicationis , plures respondit *Sac. Congreg. Immunitatis , ut refert Ricc. in Synopsi , verb. Cedulones , num. 2. 3. & seqq.*

*Eod. tit. I. form. 37. pag. 144.*

60 Num. 9. Cavendum est ibi à doctrina Bonac. tom. 3. de excommun. in particuli extra Bullam Cœne , disp. 2. quest. 5. punct. 4. num. 5. Qui tenet , quod Parochus inducens aliquem ad eligendam sepulturam in sua Ecclesia , vel ad mutantam jam electam , non ligatur excommunicatione *Clementina cupientes* , §. fin. de pœn. ex quo , (ut ipse ait) ista Constitutione emanaverit in favorem Parochorum : etenim Bonacina in hoc fallitur , quia non in favorem Parochorum , sed decedentium , ad hoc , ut liberè quandcumque , & ubicumque placuerit eis , sepulturam eligere possent , tam Constitu-

tio Bonifacii VIII. in cap. I. de sepult. in 6. quam Clementis V. in Concilio Viennensi emanarunt : ideoque Parochus , qui habet propriam Ecclesiam , si fiat dictæ Clementinæ transgressor , peccat , pœnam censuratum in ipsa contentam ipso facto incurrit , ut pro indubitate tener *Samuel. de sepult. dispu. 2. contr. 1. per tot. & contr. 8. num. 7. & I. Passer. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. num. 419.* quia directè violat legem , & morientem inducit ad obligationem contra legis mentem , quæ fuit , & est , ut eleccióne sepulturae maneat libera , & ut adhibeatur remedium contra avaritiam , ut bene observat *Passer. loc. cit. num. 423.*

Neque audiendus est *Amostaz. de caus. 61. piis* , tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 41. ubi curat doctrinam Bonacina distinctione declarare , nempe , quod procedat , & locum habere possit , quando eligens est Parochianus Parochi inducentis , non vero si sit Parochianus alienus : Nam ista distinctione destruitur à textu in d. cap. I. de sepult. in 6. in quo Clericis Sæcularibus , & Regularibus prohibetur expresse : ne aliquos (sunt verba precisa) ad vendendum , jurandum , vel fide interposita , seu alias promittendum inducant : & sic illud verbum , seu illa dictio , aliquos , quam non advertit Amostaz omnes personas absque ulla distinctione , seu acceptione comprehendit ex cumulatis à Barbos. diff. 22. proptereaque cum tam in primo membro distinctionis Amostazii , quam in secundo tollatur libertas electionis sepulturae , que de jure competit universis , tale temperamentum non meretur adduci .

*Eod. tit. form. 40. pag. 151.*

Num. 2. Notificatio de syndicatu habendo Vicarii Capitularis poterit concipi modo sequenti .

FOR-

## F O R M U L A

## Notificationis Syndicatus.

**V**olendo (come è tenuto) il Sign. Canonico N. già Vicario Capitolare della prossima passata Sede Vescovale vacante, render conto à Monsignor Illustrissimo, e Reverendissimo Vescovo, Dell'amministrazione del suo Officio, secondo la disposizione del Sac. Concilio di Trento al cap. 16. della sess. 24. de reform. si notifica à tutti quelli, che pretendessero di essere stati da lui gravati nel tempo ch'egli esercitò detta carica, ò pure avessero altre giuste cause, e motivi di reclamare per l'emenda di qualche pregiudizio inferito alla Chiesa, Capitolo, ò luoghi pii, ò alla giurisdizione Ecclesiastica, & immunità di quella, che debbano nel termine di dieci giorni dalla pubblicazione della presente, esporre, e presentare à sua Signoria Illustrissima i pretesi loro gravami, e le altre perizioni, che vorranno dedurre, poiche spirato, che sarà detto termine, non faranno sentite, né ammesso. Dato &c.

N. Cancelliere Episcopale.

## ADNOTATIONES.

**V**olendo . Exordium hujus notificationis incipit per hoc verbum . Volendo il Signor Canonico, ut non appareat Episcopum illum ad syndicatum adigere invitum (sicuti potest, ) sed ut videant subditi ipsum sponte syndicatum se subjecere voluisse ; ita enim syndicatus honorem servat , & Episcopus congruentius munus suum implet .

**Dell'amministrazione del suo Officio.**  
62 Hoc exprimitur in notificatione, ad demonstrandum, quod Vicarii Capitularis syndicatus est de his, quæ male gessit circa Officium, non autem de his, quæ sunt extra, vel, quæ levia sunt, Gabellin. gloss. ad Constitut. Egi

dian. lib. 2. cap. 40. num. 2. Cherub. in sum. Bullar. ad Const. 59. Clem. VIII. schol. 1.

A sua Signoria Illustrissima . Datur per hoc intelligi, quod Episcopus non debet aliis delegate facultatem , Vicarium Capituli syndicandi , sed per se ipsum ratione administrationis Officii exigere debet, ut ex declaratione Sac. Congreg. Concilii monet Gallemart supra dicto cap. 16. sess. 24. num 4 & comprobant etiam Ricc. decif. 291. num. 1. par. 4. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 2. num. 53. Nicol. Lucubr. can. lib. 1. tit. 28. num. 22. different. 3. & in Flosc. Verb. Vicarius capituli, numero 54. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, num. 14. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 54. num. 181. & 182. Pac. Jord. tom. 2. lib. 12. tit. 2. num. 43.

Num. 7. & 8. Præter ibi notata , circa ea , quæ cadere possunt sub Syndicatu , adde , quod posset Vicarius Capituli accusari , tempore Sedis vacantis ipsum concessisse Indulgentias , quas Episcopus vivens concedere consuevit , nam talem potestatem Vicarium Sedis vacantis non habere constat ex declaratione Sac. Congreg. Concilii 13. Novemb. 1688. quæ dubio proposito , respondit . Abstineat .

Eod. Tit. 1. form. 42. pag. 159.

Num. 7. Quod citatio , quæ committitur contra percussorem Clerici. Ad videndum declarari , &c. exequi possit contra exemptum , ex eo quo talis citatio contineat clausulam . Si tua partes interesse , & illum non arceret ad comparendum , neque importet actum Jurisdictionis , tener Capon. discept. 327. num. 43.

Eod. tit. 1. form. 43. pag. 159.

Num. 10. Adde pro notitia meriti causæ sequentem facti , & juris informationem .

Re

*Romana Impressionis.*

Illusterrime Dom. erexit san. mem. Sixtus V. in Officium venale, & vacabile Impressoriam Cameralem, Impressis singulis materiis sub privativa dicta Impressoriae cadentibus, indictaque pena Typographis, & Bibliopolis, Typis dantibus, aut vertentibus quicquid sub eadem privativa comprehendetur, prout ex Bulla erectionis inter Constitutiones ejusdem Pontificis in ejus Bullario parvo la 32. parte secunda; Progressu vero temporis suppressa venalitate fuerunt redditus ejusdem Impressoriae concessi in appaltum ad instar aliarum Gabelliarum.

Ab anno 1589. quo Bulla Sixtina fuit edita, Typographi Urbis semper, & continuo omnimoda libertate gavisi sunt imprimendi Tractatus Legales, & simul prout opportunitas materiae pertractatae, ingeniumque, & diligentia Authoris exposcebant, Typis dandi accessoriè, & unitivè cum eisdem Tractatibus Resolutiones Sacrarum Congregationum, Decisiones Rotæ, Bullas, & Brevia Pontificia, prout de hac veritate fidele Testimonium perhibent innumera Authorum Volumina, quæ præ manibus in dies teruntur.

Quinimum cum non semel Impressores Camerale sub praetextu eorum privativa memoratae Impressioni se se opposuerint, frustra tamen suos conatus impenderunt, & quoties contra iustum, & honestum ausi, toties manifesta veritate vieti, succubuerunt: Quod primum evenit anno 1657. quo Ianè tempore lata extitit per bon. mem. R. P. D. Anraldum Auditorem Eminentissimi Camerarii sententia, postmodum in rem judicatam transacta, qua relatis singillatim materiis sub privativa Impressoriae Cameralis cadentibus, pronunciatum fuit, licuisse, & licere ceteris Urbis Typographis imprimere plura, & præfertim Tractatus Legales, etiam si in illis apponantur aliqua Decisiones Rotaes accessoriè, & ad perfectionem Operis *Summ. num. 1.*

Rursus id ipsum de proximo continet; Prætentibus siquidem D. D. Aloysio, & Francisco de Comitibus Impressoribus Cameralibus tempore eorum præter lapsi appaltus, innixis facultati privativa, quod liber D. Abbatis Monacelli inscriptus: *Formularium Legale Fori Ecclesiastici Pars Secunda*, Sacrarum Congregationum responsis illustrata, & Appendice Decisionum Sacrae Rotæ Romanæ ad fulciendum Opus: impressus per D. Josephum Nicolaum de Martiis Principalem, non potuisset per eundem imprimi, adeoque incidisset in commissum, Tribunal Cameræ, revocata præcedenti sententia Authoris Eminentissimi Camerarii, absolvit Martium ab impositis præviis duabus sententiis, altera R. P. D. Cybo die 22. Maii 1708. & altera R. P. D. de Alteriis 7. Martii 1709. *Summario*, num. 2. & 3. & à quibus deno provocantibus Impressoribus Cameralibus, responsum subinde fuit pro illarum confirmatione coram R. P. D. Fantinello sub die 4. Aprilis præteriti: adeo ut dicti Impressores, agnito tandem sub malo jure, expeditionem causæ præveniendo, sententias antedictas sub die 5. Maii subsequentis acceptaverint, liti renunciando sub obligatione reficiendi expensas, *Summario*, num. 4. quæ cum fuissent de more taxatae, Camera ob eorundem Impressorum Cameralium provocationem ab excessiva respondit sub die 27. Junii proximè clapsi: non constare de excessu, & in istius resolutionis sequelam expensæ fuerunt soluta.

Hoc intermedio tempore, & postquam ad favorem Principalis prodierant in Tribunal Cameræ antedictæ binæ sententiae RR. PP. Cybo, & de Alteriis, D. Aloysius de Comitibus Adversariis conduxit sub die 14. Martii 1709. novum appaltum Impressoriae Cameralis: Cumque inter Capitula ejusdem curaverit apponi undecimum capitulum *Summ. num. 5. litt. B.* cuius tenor infringere videtur non minus longevam consuetudinem, quam recensitas res judicatas favore Principalis, & ceterorum Urbis Impressorum

rum subortas super plenaria libertate imprimendi Tractatus Legales unà cum Decisionibus Rotæ , Resolutiōnibus Sacrarum Congregationum , & Bullis Pontificiis , accessoriè tamen , & unitivè ad eosdem Tractatus ; Hinc ut tantæ novitati obviam iretur , ut potè quæ in destructionem vergit omnium Typographorum Urbis , & non in perniciē totius litterariæ Reipublicæ , portrectæ opportunè fuerunt preces Sanctissimo , hisque per medium ejus Illustriss. Domini Auditoris ad hanc Congregationem remissis ; contigit propterea humiliter instare apud Illustrissimos PP. ut dignentur declarare Capitulum XI. novi appaltus non afficere ad effectum imprimendi Tractatus Legales , tametsi illis accessoriè , & unitivè inserantur Rotæ Decisiones , Resolutiones Congregationum : Bullæ , & Brevia Pontificia , & consueta Illustriss. PP. Justitia obtinere confidimus .

Constitutio namque san. mem. Sixti V. à qua normam , & regulam resumit privativa Impressoriæ Cameralis , & ad cuius limites D. Aloysius Adversarius professus est , se conducere novissimum appaltum , *Summ. d. num. 5. litt. A.* sequitur tantummodo de Rotæ Decisionibus , Congregationum Decretis , & Bullis Pontificiis singulariter , simpliciter , & de per se impressis , non verò comprehendit hunc , de quo agimus , casum , cum nempe imprimitur volumen tractans principaliter de aliqua legali materia , cui per accidens , & in consequentiā inserantur , aut adjiciantur Decisiones Rotæ , Decreta Congregationum , & Bullæ Pontificiae ad explicationem , & ornatum materiæ , quam quisque Author pertractat ; Iste siquidem est casus mixtus , qui non comprehenditur sub simplici dispositione odiosa , exorbitanti , juris correctoria , naturalis libertatis lœsiva , & pœnali , qualis citra dubium dici meretur Constitutio Sixtina , quæ proinde Kristissimam recipit interpretationem , ut omissis generalibus , rectè in proposito advertunt R. P. D. Zoul. ad Stat. Faveniae , tom. 2. rubr. 4. nro. 10. Tanchre-

67

di consult. 3. num. 13. & seq. & consult. 92. nro. 9. & 10. Pasqual. quæst. mor. cent. 3. quæst. 220.

Quod si casus præsens veluti mixtus cadere non potest sub dispositione exorbitanti , & odiosa Constitutionis Sixtinæ Gomez. in regnl. de impetr. benef. vac. per obit. famil. Card. quæst. 15. Mando. ad regul. 3. Cancell. num. 9. & 10. Gratiā. discept. 947. num. 21. & 22. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 33. num. 103. & 104. Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 2. num. 3. & 28. multo ergo minus sub ea comprehensus dici potest , attenta longeva , & immemorabilis observantia , quæ est fida legum , & Pontificiarum Constitutionum interpres . Nam ab eo tempore , quo eadē Constitutio emanavit usque in hodiernum diem innumeri sunt editi Tractatus Legales cum insertione Bullarum Summorum Pontificum , Decretorum Sacrarum Congregationum , & Rotæ Decisionum , quæ res cum sit Illustrissimis PP. totique Curie notissima , alio Testimonio non indiget ; Et quod plus urget , hujusmodi observantia roborata reperitur auctoritate duplicitis rei judicata , primæ scilicet promanantis à sententia lata anno 1657. per bon. mem. Rev. P. D. Antaldum Auditorem Eminentissimi Camerarii , qua pronunciarum fuit licuisse , & licere Impressoribus Urbis imprimere Tractatus Legales , tametsi in illis apponantur aliquæ Decisiones Rotales accessoriè , & ad perfectionem operis , *Summ. d. num. 1.* & alterius plenæ Cameræ in præciso puncto , de quo nunc agimus , ab ipso Adversario acceptæ , mediante renunciatione litis , & refectio expensarum , *Summ. d. num. 2. 3. & 4.*

Quamobrem intentui nostro handquam obstat potest capitulo XI. novi appaltus , quod Sanctissimus per suum Chirographum prætentivè confirmavit , *Summ. num. 5. litt. B.*

Siquidem præsumibile numquam est , quod fuerit de mente , & intentione Summi Pontificis feliciter Regnantis tollere de medio immemorabilem , & subvertere antiquam rem judicatam , in quam jamdiu prolata fuerat sententia R. P. D. Antaldi , nec non modernæ sen-

sententiae plena Cameræ latè favore Principalis, ab ipsomet Adversario solemnis stipulatione acceptatae præcisè facientes hodiernam questionem, quoties de eis Summus Pontifex scientiam non habuit, nec illis expressè, & specificè derogavit, prout necessariò requirebatur, in modum, ut nullatenus sufficient consuetæ ilæ clausulae prægnantes, & effrænatæ, quas curialium solertia uberrimè adinvenit, ut de immemorabili observant

69 Spad. conf. 92. num. 4. lib. 3. Peregrin. conf. 65. num. 10. lib. 4. Siton. de regal. lib. 1. cap. 5. num. 142. & 143. Palm. allegar. 258. num. 21. tom. 3. Rota in Legionen. parochialis 11. Januarii 1706. coram R. P. D. Kaunitz, & promiscuè de sententiis, & rebus judicatis Aym. conf. 172. num. 3. & 4. Alex. conf. 30. num. 1. lib. 5. Nat. conf. 524. num. 24. lib. 3. Merl. observ. for. 125. num. 12. Mans. consult. 649. num. 42. tom. 7. Add. ad Burattum, decif. 187. litt. A. R. P. D. Ansal. in addit. ad ejus decif. 37. num. 13. Palm. decif. collect. 306. num. 220.

Maximè reflectendo ad gravissimum damnum, quod inde emerget nedum omnibus Urbis Typographis, qui cùm in sudore vultus sui panem quærant, vix, ac ne vix quidem superesset, unde illum quærere possent: Sed etiam universe Reipublicæ; Quandoquidem si Tractatus Legales, quibus inseruntur Decisiones, Resolutiones, & Bullæ privativa Impressionis Cameralis addicerentur, permittendo ad ejus libitum exigere quæcumque veller emolumenta impressio- nis; Authores profectò deterrentur, atque abstinerent ab operibus edendis, 71 quos tamen potius Supremi Principes specialibus favoribus, & gratiis ad opera edenda solent allicere, Card. de Lugo de just. & jur. tom. 3. disp. 16. sect. 3. sub num. 170. §. certum tamen est, Fragos. de Reginime Reip. tom. 1. disp. 19. num. 104. Scacc. de commerc. p. 3. quest. 7. limit. 10. num. 11. Raynald. observ. crim. cap. 16. §. 20. num. 28. & seq. Merl. in suis tract. tom. 2. tit. de rebus restit. quest. 30. in 6. modo vers. de utilitate.

Quo circa non est ullo modo dicendum voluisse Pontificem pium, æquum. & justum, privativam extendi ad hunc Monacelli, Formul. Suppl.

casum, qui adeò exitialis esset cæteris Urbis Typographis, qui que directè opponeretur bono publico: cum immò à fortiori cautum sit, quod sic concessiones, & rescripta Principis in damnum tertii, vel contra publicam utilitatem impetrarentur, perinde haberi debeant, ac si non emanassent, ut tot. tit. Cod. si contra ius, vel utilit. public. & latè exornat Rub. in addit. ad decis. 217. num. 27. & seqq. par. 9. rec.

At verò cur his utimur mediis ad probandum, quod antedictum capitulum XI. novi appaltus obesse non possit, quomodo principalis, aliquique Typographi imprimere valeant hujusmodi Tractatus, quando nos habemus ipsius Pontificis voluntatem satis superque in suo Chirographio expressam, ut scilicet concederetur Adversario Impressoriae cameralis appaltus, con tutte le sue ragioni, e private solite di Stampare? Summario d. num. 6. litt. A. Quis autem non videt, quod si ex Pontificis jussu erat Adversario concedenda Impressoria con le private solite di Stampare non poterat subinde apponi in Instrumento appaltus ante dictum capitulum, cuius vigore attrahi nunc prætenditur sub privativa, quod non est consuetum, nec usitatum, sed remanet quin hodierna questione semel ejusdem Adversarii judiciali facto dirempita, nonnisi contra ipsum sit modò intrepidè resolvenda: cùm ea sit virtus renunciationis, ut quæ fuerunt, ea mediantre, sopita, amplius instaurare non sinat, Bald. in l. postquam liti, num. II. vers. ego dico, Cod. de paſt. Cagnol. in l. 2. nu. 122. vers. respondet, Cod. de edend. Tiraquell. in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 203. Cod. de revoc. donat. ad rem nostram advertens, quod qui liti simpliciter renunciat, id non alia causa facit, quam quia inter agendum animadvertisit sibi jus non esse in re controversa.

Quare, &c.

Jo: Philippus Lipp.

I Re.

72

73

Rescriptum Camerae 6. Febr. 1711.

Additiones recenter factas in cap. 11.  
Appaltus non esse servandas, & ad mentem, & mens est, ut Decisiones, & auctalia imprimenda non sint extranea, sed ad opportunitatem operis tantum.

Post hæc, cecinit Vates,  
Crescit in adversis virtus, & Lucanius  
inquit,  
Obruta sic in fronte ad sidera Palma  
levat  
Nubibus obsecutus pandit sua lumina  
Phæbus  
Aurum, ac in flammis promicat inde  
magis,  
Emitto percussus ferro hinc inde favil-  
las,  
Atque manum radiis tollit ad astra  
filex,  
Dat Thus combustum pergratum è pecto-  
re odorem.  
Pressa quoque effundit dulcia musta bo-  
trus  
Cernite crudeli concussam turbine Quer-  
cum;  
Flectitur, at numquam corruit illa ta-  
men  
Ne doleat sapiens rabido si perditur  
ore,  
Nobile namque decus parturit invi-  
dia.

Eod. tit. form. 51. pag. 177.

75 Num. 21. Et quod Episcopus procedere  
debeat ad pœnam damnorum datorum,  
quando ei constat, studiosè culpa Colono-  
rum Regularium damna dari, declara-  
vit Sac. Congreg. Immun. in una Aëfina  
9. Maii 1639. quam refert Ricc. in Synop.  
verb. pœna, num. 2.

Tit. 2. form. 2. pag. 185.

76 Num. 6. Concilium Trid. sess. 23. cap.  
8. de refor. Statuit, promotum sine Di-  
missoriis proprii Ordinarii, remanere sus-  
pensum, donec eidem D. Ordinario vi-

debitur: queritur, an in hoc textu Con-  
cilii nomine Ordinarii comprehendatur  
Vicarius capitulo pro primo anno Sedis  
vacantis? Et respondetur negative.

Currente enim primo viduitatis an-  
no Sedis Archiepiscopalnis Neapolita-  
næ; Complures Clerici Diœcesani obti-  
nuerunt à Sede Apostolica Brevia gratio-  
sa de se promoveri faciendo extra tempora  
ab Episcopo viciniore: at quia ab isto  
Ordines non suscepserunt, res fuit ad  
Sac. Congreg. Concilii delata, quæ illos  
suspensionem incurrisse declaravit, jux-  
ta definita à Tridentino loco citato: ve-  
rū quia Concilium reliquit absolutio-  
nem arbitrio Ordinarii, ut jam dictum  
fuit, Vicarius Capitularis eos absolvit:  
at proposita causa in plena Congregatio-  
ne Concilii, consultis pro veritate Theo-  
logis, & Canonistis, die 27. Aprilis  
1686. rescriptum fuit, Clericos Ordina-  
tos non esse validè absolutorios, ac proinde  
absolvendos esse ab irregularitate ad  
cautelam, quam resolutionem confirma-  
vit in repositione cause 7. Decembri  
ejusdem anni: ex motivo quodd Vicarius  
Capituli pro primo anno, non compre-  
hendatur ad hunc effectum sub nomine  
Ordinarii, sed eum tantum comprehendi,  
ad quem sine ratione suæ Jurisdic-  
tio-  
nis ordinariae, sive ex destinatione Sedis  
Apostolicae pertinet ordinare, seu dare  
dimissorias ipsis promovendis.

Hanc autem suspensionem proprius Or-  
dinarius relaxare potest quandocumque,  
ut respondit eadem Congreg. in Tuderis-  
na 20. Decembri 1687.

Tit. 2. form. 4. pag. 190.

Num. 2. Episcopus non exigit pro-  
curationem à Clero, & ab Ecclesiis  
Civitatis dum visitat, quamquam ipse  
moretur in alio Oppido Diœcesis, Sacr.  
Congreg. Concilii in Aliphana 18. Julii  
1705. in qua Episcopus morabatur in  
Oppido Pedemontis, parum distans à  
Cathedrali.

Num. 3. Quod ibi firmatur circa 79  
quantitatem procurationis debitam Vi-  
cariis Generalibus, & Capituli Sede  
va-

vacante post annum visitantibus, scilicet pro medietate solvi solita Episcopo, *Sacr. Congreg. Concilii in Ostunen.* in responsione ad 5. 28. Julii 1708. procedat etiam in Vicario Apostolico visitante; &c censio, quod sic, nam hic quoque visitat, tamquam Vicarius Jurisdictionis ad instar Vicarii Capitularis, non autem tamquam Delegatus Papæ, & ideo tractandus est tamquam inferior Episcopo, prout volunt decreta ibi, & hic allegata, quibus addo *Carol. Ant. de Lug. ad Ventrigl. in prax. p. 2. annot. 24. §. 2. num. 1. Paffer. in cap. exigit, num. 3. de cens. in 6.* Et ratio ea est, quia Visitatores Ordinarii inferiores Episcopo, pauciores homines, & pauciora Jumenta, quibus cibaria sunt danda, secum habere, & conducere debent, ut adverrit *Leo Thefaur. For. Eccles. p. 2. cap. 16. num. 39. & 40.*

81. Et hoc optimè probat extravagans *Vas electionis*, de cens. & exaction. in qua *Benedictus Papa XII.* taxat procurationem Visitatoribus juxta eorum Dignitatem, ubique determinat, quod ubi Archiepiscopus visitans exigit pro procuratione solita centum, Episcopus ultra octoginta, Abbas ultra sexaginta, Archidiaconus, Decanus, Praepositus, & alii inferiores Archiepiscopis, & Episcopis, quibus de jure, vel ex privilegio procurationis receptio competit visitando, ultra triginta exigere, & recipere non presumant.

82. Et hinc est, quod licet Vicarius Apostolicus non pro Episcopo, sed pro se agat, & locum vacantem teneat, & plenariam jurisdictionem habere dicatur, & magis honorandus sit, quam Vicarius Generalis creatus ab Episcopo, tamen in visitatione non est procurandus sicut Episcopus, cum sit illi inferior ex præallegatis, & ita cum inferioribus Episcopo practicari debere, statuit quoque *Concilium Provinciale Colonien.* editum anno 1549. de Visit. §. 7. ibi: *Requirimus Reverendos Comprovinciales Episcopos nostros suffraganeos*, ut quando non per se, sed per Commissarios visitabunt, non sinant visitandos supremis eventi- nis, ac procurationum iuribus gravari,

præcipimusque, & mandamus Universis, & singulis Nobis inferioribus, ne superfluum famulitum in comitatum assumant, & virtualium sumptu mediocri pro sua decentia sint contenti, *Concil. tom. 3. pag. 916.*

*Num. 10. Constituto de exactione exces- siva procurationis, Visitator condemnati deber ad restitutionem dupli, ut ibi firmatur, & ita quoque mandavit *Sacr. Congreg. Concilii in Panormita- na*, in qua cum quidam Archiepiscopi Delegatus in Visitatione à quodam Cle- rico Titulari procurationem excessivam exegisset, qui reclamavit in *Sacr. Congreg.* rescriptum fuit 13. Febr. 1608. *Archiepiscopo Montis Regalis*, ut si compererit, rem ita esse, mandet Oratori ab Archipresbytero Delegato restituì duplum ejus quod accepit, illumque severè redarguat, quod moderationem Decreti Concilii praescriptam excesserit, lib. Po- sition. fol. 100.*

*Num. 16. Imò, quod Visitatores exi- gentes procurationem excessivam, in- currant pœnas ibi relatas, & teneantur ad restitutionem absque alio facto, & sententia Judicis, tenet *P. Octavius à S. Joseph. mor. tom. 2. tit. 241. num. 2247.* circa fin. & hoc, quia vigore præcepti in- juncti, tam in cap. exigit, de cens. in 7. quam in *Concilio Trid.* quod haber vim sententia condonatoria specialis, obli- gatur ad executionem pœnæ ante om- nem aliam sententiam, quod desumitur etiam ex propositione 20. damnata ab Alex. VII.*

*Eod. tit. 2. form. 6. pag. 190.*

*Num. 5. Episcopus vigore cap. 1. sess. 85  
14. de reform. ob occultum crimen sui subditi, non solùm potest ex informata conscientia cum extrajudicialiter arcere ab Ordinibus, sed etiam ab Ordinibus jam susceptis illum suspendere, ut præter authoritates ibi allatas, respondit *Sac- Congr. Concilii in Aleriem.* Nov. 1617. l. 14. *Decr. fol. 134.* Et sœpè saepius eadem Congreg. rescripsit, quod Episcopus sus-*

I 2 pen-

pendens aliquem Presbyterum ab Alta-  
tri, & Ordinum exercitio ex causis sibi  
benè notis, validè suspendit 11. Decemb.  
1621. lib. Decr. pag 87. in Sagon. 21. Julii  
1625. Bononien. 14. Nov. 1654. Ifernien. 20.  
Decemb. 1687.

86 Et nota, quod licet Ordinarius pos-  
sit punire Subcollectores pro delictis  
notoriis, & scandalosis, vel si non  
obseruent Edictum de non accedendo  
ad collocutoria Monasteriorum Monia-  
lium, Sacr. Congreg. Concilii in Hippore-  
dien. 13. Maii 1682. eique subjecti sint  
quoad celebrationem Missarum, & alias  
functiones Ecclesiasticas, & quo ad one-  
ra ipsi ratione Beneficii incumbentia  
eadem Congreg. in Caven. 24. Maii 1664.  
lib. 24. Decr. fol. 153. non potest tamen  
illos à divinis suspendere ob delicta oc-  
cultta, sicut cæteros subditos, ut ipsa Sac.  
Congreg. respondit in Vercellen. 24. Nov.  
1631.

Eod. tit. 2. form. 7. pag. 203.

89 Num. 3. Adverte ibi, quod si Cano-  
nicus Theologus sit infirmus, infirmi-  
tate sanabili, non potest ab Episcopo  
compelli, ad substituendum alium, eo  
autem casu quo substituendus fit, puta  
in casu absentia sine legitima causa,  
electio substituti ad Episcopum perti-  
nere, Sac. Congreg. Concilii in Asten. 30.  
Maii 1620. & in Ceserangustana 1682.

90 sumptibus Canonici Theologi munus  
non adimplentis, in Placentina 29. Mar-  
ti 1687. nisi autem Episcopus procedat  
contra eum ad privationem, non tene-  
tur servare temporum intervalla, que  
præscribuntur in cap. 12. sess. 24. eadem  
Sac. Congr. 15. Novembris 1621. lib. 12.  
Decr. fol. 85.

91 Num. 5. Quemadmodum Divina sa-  
pientia in Coelesti Hierusalem, ac trium-  
phantia Ecclesia mito ordine manis-  
tiones multas apposuit juxta diversitatem  
graduum præcedentia, vel secundum  
ministeria, ut in Angelis, vel secun-  
dum merita, ut in Beatis, ita etiam  
Divino afflato militantem Ecclesiam  
ad instar triumphantis admirabili dis-

pensatione per suos Vicarios condeco-  
rari mandavit, qui certos gradus, &  
ordines distribuerunt, ut illorum armo-  
nia, & varietate unicuique secundum  
suam dignitatem, datur honor, &  
præcedentia, utque hoc modo in Eccle-  
sia militanti tanquam imagine trium-  
phantis, aedes concordia inter majo-  
res, & rectè singulorum gereretur ad-  
ministratio officiorum, ut dicitur in  
c. ad hoc 7. dist. 89. Quare sicuti conden-  
nandi sunt, qui ambitu, & humanæ  
glorie cupiditate, primos recubitus, &  
primas Cathedras usurpare conantur,  
de quibus loquitur Evangelium Matth.  
23. ita laudandi sunt, qui de præceden-  
tia, & majoritate contendunt, ut or-  
do, & consonantia inter Clericos, &  
Ecclesiæ particulates, majori perfe-  
ctione servetur, ut dixit Rot. in Lucana  
Preeminentiarum 28. Junii 1700. coram  
Molines, Gratian. discept. 845. num. 2.  
& 3. Franch. de Eccles. Cathedr. cap. 33.  
& num. 9. usque ad 24. Ricciardell. li-  
cœo Eccles. cap. 8. §. 3. num. 10. &  
seqq.

Quo autem ad præcedentiam inter  
Canonicos in choro, de qua ibi loqu-  
utus sum, hæc accipe. Quæsumus fuit  
in Æsina, An coadjutori Canonici Pres-  
byteri in Ecclesia, in qua præbenda  
sunt distinctæ, debeatur præcedentia  
supra Diaconum, dum pro suo coadjutori  
Divinis interest, & Sacra Congreg.  
Rituum respondit in casu propulo,  
præcedentiam deberi die 4. Martii  
1644.

Et in eadem Æsina 31. Maii 1672.  
an præcedentia deberetur coadjutori  
Canonici Ordinis Presbyteralis, non  
adhuc Sacerdoti, sed in minoribus tan-  
tum ordinibus constituto, & Sacra  
Congregatio Rituum respondit Affir-  
mativè.

Et an Canonici Ordinis Diacona-  
lis, in minoribus Ordinibus, vel in  
sacro Diaconatus ordine tantum consti-  
tuti, debeant præcedere Canonicis or-  
dinis subdiaconalis in Presbyteratus  
ordine constitutis? Et Sacr. Congreg.  
eadem respondit Affirmativè: ea ra-  
tione, quia ubi Præbenda sunt distin-  
ctæ, attenditur cuius Ordinis sint Cano-  
nici,

nici, seu Coadjutores, non autem attenditur qualitas, seu Dignitas personarum.

97 Et iterum in eadem *Æsina*: An præsente coadjutore Diacono, & per se ipsum inserviente, illius Coadjutor Diaconus debeat in choro, & functionibus Ecclesiasticis stare post omnes Canonicos ejusdem Ordinis Diaconalis tantum, vel potius post etiam Canonicos subdiaconos in casu? Et *Sacr. Congreg. Rit.* respondit die 4. Aprilis 1705. *Affirmative quod ad primam partem, negative quod ad secundam.*

98 Et in *Sutrina*. In Collegiata Ecclesia Braccian. inhærendo Decreto Ecclesiæ Collegiate S. Mariae ad Martyres de Urbe alias emanato 29. Martii, & 27. Septembris 1659. in quo fel. rec. Alex. Papa VII. in Congreg. ordinaria coram eodem habita decrevit, Canonicos Sacerdotes, quamvis possessione Canonicatus posteriores, ubi Præbenda non sunt distinctæ, semper, & ubique præferendos esse Canonicis inferioris Ordinis, etiam possessione canonicatus anterioribus, non obstante immemorabili consuetudine, quem abusum imperceptibilem declaravit die 30. Julii 1689. Et idem prius declaraverat in Farsen. pro Collegiata S. Mariae Terræ Toffia 15. Septembris 1668. *Ricc. collect. 1446.*

99 Præcedentia inter simplices Presbyters, debetur antianis, præterquam in functionibus, in quibus Presbyteri junioris supplent vices, & munus Parochi, *Sacr. Congreg. Rit.* in Prænestina præcedentia 13. Augusti 1701. Idedque Presbyter Prothonotarius, ratione hujus dignitatis, non præcedit in choro, & functionibus aliis presbyteris antianis, licet non adint in Ecclesia distributiones: *Sacra Congreg. Rit.* in nullius Phasani præcedentia 24. Januar. 1688. Secus tamen, si incederet in habitu prothonotarii, ut declaravit eadem Congreg. in alia Ventimilien. 13. Septemb. 1670.

100 102 103 In processionibus, quæ sunt cum interventu Capituli Cathedralis, præcedentia debetur Beneficiatis ejusdem supra parochos, *Sac. Congreg. Rit.* in Taurinen. 2. Octobris 1683. & licet contrarium decisum reperiatur in alia Bitunti Monacelli, *Formul. Suppl.*

na 21. Augusti 1688. in qua præcedentia data fuit parochis supra Beneficiatos Cathedralis, hoc evenit, quia Parochi Bituntini habent statum in choro, & sunt de gremio illius Capituli, ut posizione recognovi. Præcedentia autem, quæ debetur parochis perpetuis, eadem debetur parochis, & curatis amovilibus ad nutum, quia etiam hi gaudent prærogativis parochorum perpetuorum, ut respondit *Sacr. Congreg. Conc. in una Comen. 27. Martii 1706.* & ita quoque servatur in Urbe; & amplia hoc etiam procedere in eorum substitutis, & subrogatis, *Sacr. Congreg. Rit.* 20. Januarii 1691.

104 105 106 107 Dignitatibus autem, & Canonicis cathedralis convenient distincio, tam quoad qualitatem paramentorum, quam quoad locum se parandi in Missis, *Sacr. Congreg. Rit. in Recineten. 20. Martii 1706.* in response ad 1.

108 Num. 9. In comprobationem meæ propositionis contra sententiam Panimolle ibi firmata, adde Decretum *Sacr. Congreg. Rit. in Sutrina 27. Augusti 1707.* in qua fuit in terminis resolurum, quod Canonicus Diaconus, qui habet anteriorem possessionem, si postea promoveatur ad Sacerdotium, non recuperat locum præcedentiaz, quem prius cesserat Canonicus presbytero possessione posteriori.

109 Num. 11. Dispensatio ætatis, ad effatum consequendi Beneficium Jurispatronatus familie, non conceditur in præjudicium alterius vocati, licet remotoris, qui habet qualitates requisitas, ut ibi animadversum fuit, & iterum præter decretum allegatum, denuò respondit *Sac. Congreg. Concilii in Cremonen. 8. Iulii, & 30. Septembr. 1702.*

*Eod. tit. 2. form. 8. pag. 209.*

110 Num. 9. Declarationes Sacrae Congreg. Concilii Rota Romana observat, & reverenter recipit, quia ligant in utroque foro, etiam quod non sint publicatae, ut præter ibi allegatos dixit *Rota coram Burratt. decis. 479. num. 3. ibique Adden.*

I 3 num. 21.

num. 21. *Fagnan.* in cap. à qua, num. 17. in fin. de consec. Eccles.

<sup>111</sup> Num. 10. Parochus, qui non habet congruam sustentationem, Parochiani per singulos tenentur ei subministrate necessaria, ne alias ipse intentus ad quærendum sibi victum, deserat curam animalium, aut ob nimiam egestatem committat non committenda, ut dixit Rot. coram Dunoz. jun. decis. 631. num. 5. ideoque cum Parochus ruralis Camerinen. Diœcesis, non haberet nisi scuta annua 18. Vicarius Generalis condemnavit Parochianos ad augendum illi congruam usque ad summam scutorum 30. præter emolumenta incerta Curæ, & habitu recursu ad Sacram Congreg. Concilii, hac sub die 11. Decembri 1694. decretum Vi-

An autem populus, & Parochiani, teneantur contribuere pro refectione Campanarum Ecclesiæ, videndus est

*Tondut.* quæst. benef. tom. 1. par. 1. cap. 38.

num. 14. & tom. 2. par. 3. cap. 133. quibus in locis videtur firmare, quod cum Campanæ principaliter sint inventæ, & institutæ ad convocabandum populum ad officia divina, & effundendas preces, dum timentur tempestates, quæ à malis spiritibus scepè excitantur, &

qui auditis his Tubis militantis Ecclesiæ timent, & à tempestatibus concitate

tione quiescent (ad hoc enim Campanæ benedicuntur *Biss. hierurg. lit. C.* num.

39. §7. *Mart. à Rio disq. magis lib. 6.*

*sect. 3. remed. ult. pag. mihi 741.*) tam Pa-

rochus qui decimas percipit, quam Parochiani tenentur pro refectione saltem

uniuers Campanæ majoris necessarie pro

servitio divino pro rata contribuere, non

autem pro refectione plurium Campanarum superfluarum, nisi ad sit consuetudo

contraria.

Hincque admonentur Visitatores, ut in visitatione de tali consuetudine

inquirant, & in actis visitationis, quid-

quid hauserint, referant, & simul reco-

gnoscant, an Campanæ Ecclesiæ

fuerint antequam in Campanili collo-

carentur, benedictæ, & consecratae

ab Episcopo, vel ab alio habente faculta-

tem: nam ut sint benedictæ, est de præ-

cepto, prout habetur in Pontificali in-

tit. de benedict. campan. ubi præscribi-

tur, quod Campana debet benedici antequam ponatur in Campanili: ver-

bum enim illud, debet, necessitatem im-

portat, gloss. in clementina attendentes,

verb. debeat, de stat. Monach. Adeo ut

etiam Regulares cogi possint ab Episco-

po ad deponendum de Campanili Cam-

panas, si ibi non benedictas appendi-

sent, ut à Sac. Congreg. decimum suisse

referunt *Nicol. in flosc. ver. Campana,*

num. 5. *Gavant.* in manual. eod. verb. in

addit. num. 1. qui ulterius ex decreto

Sac. Congreg. Rit. ait, quod Episco-

pus potest prohibere ne Campanæ Ecclesiæ

nondum benedictæ pulsentur, & quod benedictæ non pulsentur pro te prophana,

nec ad convocabandum populum ad arna,

& concordat *Crisp. de visit. pa-*

*stor. par. 2. §9. num. 9.* ubi aliud decre-

rum Sacrae Congreg. Episcop. & Regul.

adducit.

Si autem in visitatione inveniatur al-

qua nova Ecclesia sine Campanili, & si-

ne Campana, remediis juris cogantur ii

ad providendum de Campana, qui Ec-

clesiam ædificarunt: nam qui Ecclesiam

construit, Campanam quoque construe-

re debet, *Nicol. lucubr. can. l.3. tit. 48.*

num. 4.

Et est advertendum, quod benedi-

ctio Campanarum ab Episcopo dele-

gari non potest, quia unctio, qua debet fieri cum Sacris Oleis, est Ordinis

Episcopalis, & de necessitate præce-

pti, ut habetur in citato pontificali,

& idem inferiori Episcopo committi

non potest, nisi ex speciali Indulto

Papæ Sac. Congreg. Rit. in Majorien.

19. Aprilis 1687. Et qui habet In-

dultum, non potest aliis benedictionem

delegare, nisi hoc illi concedatur ex

presé, eadem Cong. in nullius Fulden.

1. Septembris 1703. Abbates vero Regula-

res, &c.

*Num. 12. Parochi Cathedralium,*

& Collegiarum, qui sunt primæ di-

gnitates, non excusantur ab applica-

tione Sacrificii Missæ pro populo die-

bus Dominicis, & Festis per Missam

Conventualem, sed tenentur celebrare,

& applicare supradictis diebus pro Po-

pulo, vel per se ipsos, vel per alios co-

rum

rum sumptibus, Sac. Congreg. Concilii in  
Viterbiensi. Martii 1708.

<sup>121</sup> Et est hodiē tam firmum, & absolu-  
tam, quod omnes Parochi teneantur  
diebus Dominicis, & Festis de præ-  
cepto Sacrificium Missæ applicare pro  
Populo, ut proposito iterum dubio  
in Nullius Nonantulanae 30. Augusti  
1698.

An Parochus Missam celebrare te-  
neatur, & sacrificium applicare pro  
Parochianis in diebus Dominicis, &  
Festis: Sive habeant congruam, sive  
non? Fuit à Sacr. Congreg. Concilii res-  
ponsum: Juxta alias declarationes cen-  
suit teneri, nec posse eisdem diebus a-  
liam elemosynam recipere, &c. Adden-  
tes insuper quod Em. V. pro suo Pastora-  
li zelo deterrantes Parochos compellere  
non gravetur.

Quod decretum denuo eadem Congreg-  
atione mandavit Episcop. Pistoriensis  
<sup>14</sup>. Februario 1699. qui ab Innoc. XII.  
per Breve confirmari, & approbari  
obtinuit (salva authoritate Sact. Con-  
gregationis) prout testatur Cleric. in  
tract. de Sacrif. Missæ in princip. Post  
num. 7. ubi per extensum præfatum Breve  
producit.

Et quamquam nonnulli Parochi Diœ-  
cesis Narrien. qui nisi tenuissimam con-  
gruam penè scutorum viginti quinque,  
aut trigesita non habent, recursum ba-  
buissent ad Sacr. Congreg. pro aliqua di-  
ectorum decretorum moderatione, & ex-  
posuissent à Parochianis tanquam miser-  
abilioribus, congruam angeri non posse,  
& quod congruae alimentariae numquam  
derogatum censemur quia, qui Altari ser-  
vit, de Altari vivere debet, & bovi tri-  
turanti os claudendum non est, & ideo  
aliqua mitiori provisione cum ipsis indul-  
gendum esse postulassent, ne Parochiales  
illæ, & cultus Divinus desererentur,  
aut cogerentur facere quæ non decet  
adhuc (ut mihi significavit Episcopus)  
de mense Julii 1711. prodidit rescriptum,  
quod servare deberent decretum emanatum  
in dict. Nonantulana. Ratio autem  
horum decretorum est, quia Parochus non  
ratione sustentationis, sed ratione Offi-  
cij tenetur sacrificium pro Populo appli-  
care.

Num. 26. Clericus Beneficiatus nego-  
tiator, si monitus negotiare non desistat,  
spoliandus est Beneficio, Panimoll. decif.

<sup>71.</sup> num. 6. Si verò fiat irregularis, licet  
non sit de jure privatus Beneficiis obten-  
tis ante irregularitatem, remanet tamen  
privatus Beneficiis postea obtentis, ut de-  
clavat Sacr. Congreg. Concilii in His-  
palen. 9. Julii 1701.

Poreft aurem Episcopus prohibere Cle-  
ricis Minorum Ordinum, & primæ Ton-  
suræ, ne exerceant mercaturam, nec su-  
scipient Appaltus Aquævitæ, Ceræ, Ta-  
bacci, Saponis, vel Macinatus, ut res-  
pondit Sacr. Congreg. Concilii in Civi-  
tatis Plebis 2. Augusti 1687. lib. 37. De-  
cr. fol. 464. si autem prohibitioni Episco-  
pi, non obtemperarent, & hujusmodi ne-  
gotiis se immiscerent, privandi essent pri-  
vilegiis Clericalibus, juxta jam à me di-  
cta tom. 2. pag. 169. & 170.

Eod. tit. 2. form. 10. pag. 223.

Num. 19. Adde ibi, quod Superiores  
Regulares locales incurruunt poenam  
privatiōnis vocis activæ, & passivæ ip-  
so facto, si omittant legere in publica  
Mensa, seu capitulo ad hoc specialiter  
convocato statutis temporibus, Con-  
stitutiones Apostolicas ad Sanctum Of-  
ficiū pertinentes, quæ indicantur in  
decreto Sacr. Congreg. Inquisitionis ab  
Urbano VIII. approbato sub die 15.  
Decembris 1633. impresso in Bullario  
tom. 5. confit. 165. pag. 266. & commo-  
nere Subditos de injuncta observantia,  
& executione earundem Constitutionum,  
de qua lectura, & commonitione  
facta, certiorare debent publico do-  
cumento d. Sacr. Inquisitionem de Ur-  
be, cuius attestacionis Formula modo se-  
quenti concipi potest.

## F O R M U L A

*Attestationis de lectura facta Constit.  
Apost. ad S. Offic. spectan.*

**E**go infra scriptus Superior Conventus N. loci N. fidem facio, sexta feria post octavam Assumptionis B. Mariae Virginis in publica Mensa lectas suis se Constitutiones Apostolicas ad Officium Sanctissimae Inquisitionis spectantes, meque omnes PP. & Religiosos ejusdem Conventus de injuncta observantia caruendem, & decretorum ad Sanctum Officium Inquisitionis de Urbe pertinentium, ad formam praescriptam in decreto hac de re edito iussu san. mem. Urbani VIII. communisse, in quorum, &c. Datum, &c.

Locus ♫ Sigilli.

N. Prior Conventus N.

*Eod. tit.3. form.3. pag.228.*

**127** Num. II. ver. prout est in Beneficiato. Canonicus inquisitus, ad effugiendam carcerationem se absentando à residentia donec expediatur processus, & declarato, quod non sit reus cum rescripto: *Ex balaenarum deductis, vel non molestetur: non perdit fructus Canoniciatus, neque distributiones, Sac. Congreg. Concilii in Gravinen. 24. Julii 1604. in Arianen. 24. Aprilis 1683. in Theatina 19. Novembris 1707. & in Reatina 5. Maii 1708. in qua favore Canonici Petrozzi fuit rescriptum. Deberi usque ad diem obrenti decreti, non molestetur.*

**128** Secus si esset Clerici publicus percusfor, & tanquam Excommunicatus Choro non interesset, nam tunc non posset tempus absentiae computare in tempus vacacionis Canonici à Concilio concessae, nec lucrari redditus Canoniciatus, ut eadem Sac. Congreg. declaravit in alia Reatina 8. Maii 1657.

Canonicus autem in Urbe commorans, si deputetur ab Episcopo suo ad visitandum limina, debentur ei distributiones unius mensis, *Sac. Congreg. Concilii in Vigiliens. 6. Jan. 1682.* si vero Episcopum ad visitandum limina comitasset, tunc distributiones debentur pro toto tempore accessus, mansionis, & recessus, *eadem Sac. Congreg. in Comen. 28. Augusti 1688. lib. 38. Decret. fol. 284.*

*Eod. tit.3. form.6. pag. 233.*

**Num. 5.** Episcopus potest cogere Clericos Beneficiatos ad intercessendum Proces-  
sionibus publicis, *Sac. Congreg. in nullius Altamuræ 26. Martii 1678. lib. 30. Decret. fol. 47.* etiam censuris, quamvis non probetur consuetudo accedendi, dummodo censuræ sint communioræ, ferendæ sententiae, & in subsidium, eadem *Sac. Congreg. in Surrentina 6. Augusti 1689.* Non potest tamen cogere Canonicos ad intercessendum Processioni, quæ fit tertia Dominica Mensis, *Sac. Congreg. Conc. in Sarnen. 27. Junii 1705. in responsione ad 7.*

**Num. 7.** Licet PP. Capuccini possint  
retinere, & processionaliter etiam deferre Imagines S. Antonii Patavini in habitu Capucinorum: non possunt tamen sub eius Imagines ejusdem S. Antonii, vel Sancti Francisci de Assisi depictas, sculptas, vel impressas cum eodem habitu apponere, & retinere inscriptiones indicantes illas esse effigies dictorum Sanctorum cum veriori forma habitus ipsius S. Francisci, sed moniti, debent illas delere, & cancellare, ut jussit *Sac. Congreg. Rit. in Neocastren. 22. Januarii 1707.*

*Eod. tit.3. form.9. pag. 241.*

**Num. 2.** Possessio Canonicatus quo-  
modocunque capta etiam non capitulariter, est manutenibilis, quando capi-  
tulum possessionem capi denegat, vel impedit sine justa causa, *Barbos. de  
Canon. cap. 15. num. 13. Rot. in Leodium.*

*Seu Aquisgranen. Canonicatus 6. Martii  
1701. §. 4. coram Scoto.*

136 *Num. 12. In illis Ecclesiis, in quibus adeo consuetudo, ut Clerici, & presbyteri, antequam admittantur ad participationem Missæ, debeant inseruire per plures annos, & Missas celebrare gratis, est servanda, ut praeter authoritates ibi allegatas, declaravit Sac. Congregat. Concilii in Salernitana 11. Maii 1609. in Policastron. 13. Januarii 1683. & in Hidruntina 28. Novemb. 1705.*

137 *Num. 24. Si Episcopus esset irregulare occultus, posset facultatem dispensandi delegare suo Confessario, à quo poterit absolvī, & dispensari: nam in his quibus vigore facultatis sibi à Concilio tributæ, cap. 6. sej. 14. de refor. cum subditis dispensat, potest se ipsum modo prædicto dispensare, Passerin. de elect. c. 27. qu. 1. num. 9. ubi concordan-tes.*

*Tit. 3. §. Unico de irreg. pag. 247.*

138 *Num. 10. Si dubitetur, quod Clericus sive Sæcularis, sive Regularis coram Episcopo, & respectivè Religiosus coram suo Superiore, querelam porrigit contra Sempronium calumniolam, non debet Episcopus, sive ejus Vicarius, nec Superior Regularium, neque ad instantiam Sempronii querelati, neque ex Officio, querelantem adigere, ut se subscribat ad poenam talionis; quia talis poena hodie non est amplius in uso, & recessit ab Aula, sed Accusator dolosus in poenam extra ordinem damnatur arbitrio Judicis, ut ex cap. super his, de accusat. docent Guazzin. ad defen. reor. def. 3. cap. 3. num. 13. vers. sed circa, & cap. 13. num. 2. Zuff. de legit. process. qu. 27. num. 8. & seqq. Pirkingz. in jus can. lib. 5. tit. 2. numer. 2. Raynald. supplem. ad c. 32. suppliem. 1. num. 3. 4. Menoc. de arbitr. lib. 1. tom. 4. cas. 322. n. 3. & 4.*

139 *Num. 14. Licet de rigore juris verum sit, quod clerici damnati, & transmissi ad Triremes pro delicto, quod de jure non habet infamiam annexam, si actu non remigaverint, possint peracta poe-*

nitentia post triennalem laudabilem vitam, rehabilitari ab Episcopo ad exercitium Ordinum, per ibi firmata: in praxi tamen, ut plurimum, attenta infamia facti, Episcopi abstinent, & remittunt eos ad sacram Congregat. Concilii, prout accidit presbytero Josepho Cattaneo Comen. Diœcesis, qui ad Triremes damnatus, & transmissus ob armorum delationem, absque eo, quod remigasset, inde egressus supplicavit pro absolutione, & Sac. Congr. Concilii audita relatione Episcopi Die 14. Martii 1671. censuit se Sanctitati suæ placuerit, posse per litteras Apostolicas in forma Brevis eidem Episcopo committi ut constito de expositis, & præsertim, quod non remigaverit, Oratorem, pro suo arbitrio, & conscientia absolutat, & ad executionem suorum Ordinum rehabilitet, & restituat lib. 27. Decr. fol. 54. Ex quo decreto videtur, quod Sacr. Congregat. judicaverit, requiri Papæ dispensationem.

Cum autem hoc Decretum pro obtinenda simili dispensatione, allegasset presbyter Petrus Cordonus Panormitanus, (qui ad Triremes damnatus, & transmissus tamquam reus indicatus de criminis fabricationis falsæ monetæ, remigrationi numquam operam dederat, & postea liberatus cum exilio à loco prætensi delicti, per decennium in Urbe commoratus exercitio Ludi magistri, laudabiliter operam dederat, ) & preces pro absolutione porrexisset Sac. Congreg. die 8. Augusti 1705. rescripsit: lectum: & merito, quia in hoc secundo casu aderat infamia juris, & faciti.

Beneficiatus autem damnatus in poenam Triremium, non tamen transmissus, si haber onus residentia, potest servata forma Concilii Beneficio privari ob non residentiam, Sacr. Congregat. Concil. in Asculana 13. Augusti 1707. in responsione ad I.

An autem Clericus in Sacris constitutus ad Triremes transmissus, tenetur recitare horas canonicas? videnti sunt, Bonacin. de hor. can. disput. I. qu. 2. punct. 2. num. 3. Gavant. in Rubr. Breviar. sect. I. cap. 4. num. 20. in fine, Donat.

Donat. in prax. tom. I. part. 2. tract. 8.  
qu. 52. num. 8. & 9. & tract. 9. quest. 17.  
per tot. qui tenent sententiam affirmativa-  
tivam, ex eo quia nemo ex sua im-  
probitate commodum reportare debet,  
nec illi libertatem conferre, prout di-  
citur de excommunicato vitando, ac  
etiam de solemneriter degradato, qui te-  
nentur hoc onus implere, Navar. de hor-  
can. cap. 7. num. 17. & seqq. & cap. 21.  
num. 17. Graff. dec. aur. par. I. lib. 2. c.  
50. num. 19. Pasqualiz. ad. Laurèt. de  
Franch. contr. part. I. num. 983. Sanch.  
de Matrim. lib. 4. disp. 8. numer. 11. Et  
hanc sententiam amplexa est Sac. Congreg.  
Conc. nam dubio hoc proposito  
die 18. Augusti 1708. respondit: Dilata,  
& consulendum Sanctissimum pro com-  
mutatione.

Tit. 4. Excom. 7. pag. 255.

143. Nam. 2. Quod Clerici, & Religiosi  
prohibeantur negotiari etiam per alios,  
habetur in Concilio Aquisgran. sub  
Ludovico Pio convocato anno 816.  
can. 92. ibi: Illud etiam duximus pra-  
monendum, ut sicut non suo, ita nec alie-  
no nomine aliquis Clericorum exercere  
fœnus attentre, indecens enim est crimen  
suum commodis alienis impendere; Fo-  
neratores enim, & Negotiatori co-  
deci nomine in jure significantur, ut  
ponere de rebus suis, tom.2. pag. 266.  
num.2.*

## Injuria.

*Facta Clericis dum divina celebrant,  
quamvis levis, semper est gravis, tom.  
3. pag.52. n.39.*

## Interdictum

*Apponere non possunt Superiores Regulares  
Ecclesiis ipsis subjectis, tom.1. pag.341.  
n.8. in fin.*

## Interstitia.

*Quibus de causis dispensentur, tom.2. pag.  
114. n.20. & seqq.*

*Quanam servare debat dispensatus ad  
Ordines extra tempora, tom.2. pag.121.  
n.38. & 39.*

## Irrationabile.

*Judicium Episcopi in collatione Parochialis  
Ecclesia ex quibus desumi valeat, tom.2.  
pag.213. n.21.*

## Judex.

*Ecclesiasticus suo arbitrio limitare potest  
effectus Interdicti, to.3. in prælud. pag.  
33. n.129.*

## Juramenta

*Illicita exigentes, quas penas incurvant,  
tom.3. pag.238. n.7.*

*Officialium præstanta in ingressu Officii,  
debent esse licita, & possibilia, & im-  
munitari Ecclesie non contraria, tom.1.  
pag.246. n.2.*

## Juramento.

*Legitimè probantur ea, qua pendent ab  
animo, tom.2. pag.77. n.46.*

## Laici

## L

## Laici

**N**on ligantur censura Clementina cū pientes §. fin. de pœn. tom. 3. pag. 144. n. 11.  
Non habent Jus interessendi in Synodo, tom. 2. pag. 212. n. 6.

## Legatus

*A latere, nisi habeat hoc expresse concessum in facultatibus, non potest extrahere delinquentes à loco immuni*, tom. 1. pag. 202. n. 10.

*Non rescribit cum clausula, appellatione remota*, tom. 2. pag. 212. num. 14. in fin.

## Libri

*Visitationum probant provisiones captas in eis, non tamen probant Jurispatronatum*, tom. 1. pag. 137. n. 59.

*Parochorum, quando dicantur legaliter revertenti*, tom. 1. pag. 286. n. 2.

*Novi, & veteris testamenti qui sunt*, tom. 1. in Append. pag. 374. n. 4.

## Litteræ

*Sacr. Congr. & Statuta Religionum, de non recipiendis hominibus facinorosis in Conventibus, non tollunt immunitatem confugientibus*, to. 3. pag. 73. n. 9.

*Responsiva ad litteras Sac. Congr. quomodo dande*, to. 3. in Appendic. pag. 276. n. 12. cum seqq.

## Locatio

*Bonorum Ecclesia in quibus casibus fiat validè sine Benefacito Apostolico*, tom. 1. pag. 177. n. 1. & seqq.

## Ludus

*Alearum, Taxillorum, venatio cum armis, & interessentia spectaculis, cur pro-*

## L

hibeantur Clericis, tom. 1. in Append. pag. 506. n. 24. & seq. to. 3. pag. 200. nu. 10. & 11.

## M

## Matrimonii

**M**inister non est Parochus, sed contra-hentes. Parochus autem testis est magna authoritatis, to. 1. pag. 289. n. 1.

## Melioramēta

*Facta in bonis Ecclesiæ nulliter alienatis de jure refici non debent, secus de aquitate, præsertim si augent valorem rei*, tom. 1. pag. 179. n. 15. & 16.

## Metropolitanus

*Non absolvit subditum suffraganei à censuris incursis ob violatam immunitatem Ecclesiasticam*, tom. 1. in Append. pag. 445. n. 13.

## Metus

*Excusat ab incursu censurarum*, tom. 3. pag. 227. n. 5.  
*Oritur ex comminatione excommunicatio-nis*, tom. 3. pag. 228. n. 11.

## Missarum Onus

*Non reducitur, quando à principio factum acceptatum vigore contractus*, tom. 2. pag. 349. n. 17.

*Relictum in Ecclesiis Regularium quando debeat transferri*, tom. 3. in Appendic. pag. 309. n. 18. & 19.

## Monasterium

*Monialium, ut erigi valeat, quæ requirantur*, to. 1. pag. 229. n. 21. & 22.

*Capuccinarum, quæ securitate fundari debeat*, to. 2. pag. 231. n. 33. & 34.

Mo-

## Monasterii

*Translatio, aut reassumptio, an requirat obseruantiam Constitutionum Apostoli- carum loquentium de fundatione, tom. I. pag. 226. n. 4. cum seqq.*

*Fundatio non retardatur per oppositionem Regularium praexistentium, quoties, af- sensum negant irrationaliter, tom. I. in Append. pag. 418. n. 7.*

## Monialis

*Particeps consilii, & operationis pro rece- pzione in Monasterium, Pueri invita, & coacta ad suscipiendum habitum, po- test privari voce activa, & passiva, to. 3. pag. 253. n. 4.*

*Non debet habitum professionis deponere, ludi, seu recreationis gratia, ibi n. 7. Subest paenit jure communi laicis contra Re- gulares, tom. 3. pag. 254. n. 5.*

## Monita

*Ad Predicatores, to. 3. pag. 291.*

*Ad Episcopos negligentes curam anima- rum, to. 3. pag. 276. num. 9. & pag. 297. num. 22.*

*Ad Episcopos ordinantes, tom. 3. pag. 318.*

## Monitorium

*Pro habendis revelationibus, quibus, & qua lege detur, tom. 2. pag. 221. &c 222.*

## Mores

*Clerici absentis à Diœcesi, quomodo ab Episcopo commendandi, tom. I. pag. 110. num. 3.*

## Mors

*Civilis quando equiparetur naturali, tom. I. pag. 166. n. 5.*

## Mortuus

*Presumitur prius Pater, quam filius, tom. I. pag. 291. n. 2.*

*Quis non presumitur in pupillari astate, sed qui hoc dicit probare debet, to. I. pag. 291. n. 2.*

*Quis presumitur sine filiis, ibi pag. 223. num. 6.*

## Mozzetta

*Cum Rocchetto est proprium signum ejus penes quem est dignitas, & jurisdiction, tom. 2. pag. 62. n. 14.*

## Mulieres

*Denudatae Mammillis possunt interdic- ab ingressu Ecclesie, tom. I. pag. 161. num. 6. & 7.*

*Familia Clericorum qualos esse debent, to. I. pag. 187. n. 1. 2. & 5.*

## N

## Negligentia

*O fficialium, & Ministeriorum, quan- do præjudicet Ecclesie, tom. 3. pag. 306. n. 9.*

## Negativa

*Formæ, seu qualitatis, semper est proban- da ab allegante, tom. 3. pag. 172. num. 9. in fin.*

## Nobilitas

*Morum, non conditionis, facit Clericus idoneum, tom. I. pag. 115. n. 2.*

## Notarius

*Monitus ab Edicto Episcopi, tenetur, exhi- bire exemplaria Instrumentorum perti- nentium ad Moniales, to. I. pag. 22. n. 3.*

*Tenetur revelare Instrumenta per eum con- fecta, tom. I. pag. 221. n. 8.*

*Non revelans legata pia peccat, & tenetur ad restitutionem ibi, & tom. 2. pag. 162. num. 16.*

## Obla-

## O

## Oblatio

**M**ajor in locatione, seu alienatione bonorum Ecclesie post lapsum termini, seu post conclusionem Contractus, an, & quando admittatur, to. I. pag. 178. n. 7. & seqq.

## Oblationes,

Quae sunt Capellis, & Oratoriis intra fines Parochie, an, & quando debeantur Parochio, tom. I. pag. 168. n. 19. cum seqq.

## Obstetrix

Approbanda est ab Ordinario, tom. I. pag. 288. n. 5.

## Officiales

Curia Romana, dicuntur familiares Papae, tom. I. pag. 369. n. 1. in fin.

Locorum Piorum possunt facere contractus à jure permisso sine licentia Ordinarii, tom. I. pag. 178. num. 10. & seqq. tom. 2. pag. 179. num. 2. & 3.

Non removentur ab officio ante tempus, si ne justa causa, to. I. pag. 331. n. 9.

Monialium quomodo Ordinario sint presentandi, to. I. pag. 331. n. 1.

## Onera

Necessaria detrahenda ex fructibus beneficiis, quae sunt, to. I. in Append. pag. 485. num. 2.

## Opera

Servilia, quae exerceri non debent die festo de precepto, quanam sunt, to. I. pag. 151. n. 1. & 2. & pag. 179. n. 14.

## Ordo

Celebrandi Divina Officia, traditur tom. 2. pag. 57.

## P

## Paramenta

**S**acra non benedit Vicarius Generalis, sola delegatione Episcopi, sed requiritur etiam licentia Sac. Congr. Rit. tom. I. pag. 9. n. 50. & 52.

## Paramentorum

Sacrorum color in celebrazione Messe variari à celebrante non potest, prasiancessitate, tom. 2. pag. 71. n. 30.

## Parochiani

Tenentur providere Parochum de victu, si non habet congruam alimentariam, to. I. pag. 46. n. 11.

Non sunt vocandi in unione Beneficii Parochialis, tom. I. pag. 63. num. 3.

Licet petere possunt Sacraenta à Parochio suspenso, donec publicè denuncietur, to. 3. pag. 197. n. 22.

## Pater

Presumitur prius mortuus, quam filius, to. I. pag. 291. num. 2.

## Pauperes

Debet habere acta judicii gratis, tom. I. pag. 28. n. 5.

Gratis à Procuratore patrocinari debet, ibi pag. 28. n. 6.

## Paupertas

Probatur testibus deponentibus de communione, to. I. pag. 261. n. 1.

## Poena

Privationis vocis incurritur absque Judicis declaratoria, quando transgressio, ob quam ipso jure imposta fuit, est notoria, tom. I. pag. 101. num. 4.

Por-

Porta	Privilegia
<i>Domus Laici, quæ habet accessum ad Domum Parochi contingam Ecclesia, debet claudi, to. 1. pag. 162. n. 15.</i>	<i>Diei Dominica enumerantur, tom. 1. pag. 151. n. 1.</i>
<i>Paschale non adimplens, quando privetur moriens Ecclesiastica sepultura, tom. 1. pag. 183. n. 5.</i>	<i>Universitatis Laicorum non amittuntur per negligentiam particularium Civium, tom. 1. pag. 331. n. 5.</i>
<i>Præceptum</i>	<i>Comprehendunt Clericos in favorabilibus, to. 1. in Append. pag. 508. n. 30.</i>
<i>Paschale non adimplens, quando privetur moriens Ecclesiastica sepultura, tom. 1. pag. 183. n. 5.</i>	<i>Quæ sunt tertio prejudicialia contra juris dispositionem, vel exorbitantiam, non conferuntur per solam communicationem, to. 2. pag. 115. n. 33. cum seqq.</i>
<i>Præelectio</i>	<i>Processus</i>
<i>Approbati in concurso Parochialis, quæ quisita requirat in præelectione facienda, to. 1. pag. 70. n. 1.</i>	<i>Judicis Laici constructus contra Clericum quando probet, to. 2. pag. 238. n. 8.</i>
<i>Non competit Episcopo à jurisdictione suspenso, sed Vicario Apostolico, to. 1. pag. 119. n. 3.</i>	<i>Constructus contra Clericum degradatum an sit consignandus Judici Laico, tom. 2. pag. 248. n. 12.</i>
<i>Præminentia</i>	<i>De vita, &amp; miraculis Sanctorum, quo ordine sint fabricandi, tom. 2. pag. 269. à num. 2. ad n. 42.</i>
<i>Magistratus Laicorum in functionibus Ecclesiae quanam sit, to. 2. pag. 59. à num. 4. ad n. 12.</i>	<i>Contra Confessarium reum fractionis Sigilli, debet construi secretò, tom. 3. pag. 282. n. 16. &amp; 17.</i>
<i>Gubernatoris, Pralati &amp; Praesidis Provinciae, pag. 62. n. 12.</i>	
<i>Episcopi Titularis suffraganei, ibi pag. 63. n. 13. cum seqq.</i>	
<i>Presbyteri,</i>	<i>Procuratio</i>
<i>Et Clerici, quando possunt ab Episcopo cogi ad inserviendum Ecclesie, tom. 1. pag. 33. num. 33. &amp; tom. 2. pag. 222. num. 4. &amp; seqq.</i>	<i>A Visitatore delegato exigitur à visitatis promedietate illius quantitatis, quæ dari solet Episcopo, to. 1. pag. 367. n. 3.</i>
<i>Celebrantes Missam sine corona Clericali peccant, &amp; si se non corrigan moniti sunt ab Altari suspendendi, tom. 2. pag. 76. n. 43.</i>	<i>Idem procedit in Vicario Generali Episcopi, &amp; Sedis Vacantis, tom. 3. pag. 190. num. 3.</i>
<i>Celebrantes in Ecclesia polluta peccant, sed non sunt irregulares, neque suspensionem incurrint, to. 3. pag. 247. n. 45.</i>	<i>Procurator</i>
<i>Non celebrantes missam in Festivitatibus solemnioribus anni, multandi sunt, tom. 3. pag. 311. ver. &amp; inoltre.</i>	<i>Pro contrahendo matrimonio potest esse, tam masculus, quam femina, tom. 2. pag. 302. n. 34. in fin.</i>
	<i>Procœnum</i>
	<i>Totam regulat dispositionem, tom. 2. pag. 213. n. 20. in fin.</i>
	<i>Profanatores</i>
	<i>Ecclesia, qua pœna sunt multandi, tom. 1. pag. 160. n. 1.</i>

Pro-

## Professio

*Monialis tacita non inducitur ex sola gestatione habitus de consensu Abbatissæ, to. I. pag. 370. n. 3.*

*Quomodo sit describenda in libro Monasterii, tom. I. pag. 325. n. 3. &c seq.*

*Non dicitur ratificata (si fuit nulla) per susceptionem Sacrorum Ordinum, to. 2. pag. 110. n. 11.*

*Emissa à Novitia in articulo mortis ante completum annum probationis, juvat quoad acquisitionem Indulgentiarum tantum, to. 2. pag. 128. n. 13.*

## Propina

*Non debetur Episcopo pro litteris responsis mittendis, ad Sacr. Congr. tom. 3. pag. 277. n. 17.*

## Protectio

*Regia loci pii ad effectum exemptionis, non acquiritur per simplicem receptionem in protectionem, to. 2. pag. 84. n. 53.*

## Prothonotarius

*Honorarius deferens in Choro habitum Prothonotarii, non lucratur distributiones, to. I. pag. 60. num. 20.*

*Neque Capitulum potest eas remittere, & condonare, ibid. n. 21. & 22.*

## R

## Redditus

**M**ense Episcopalis dantur Episcopis, ut onera officii sustineant proprias expensis, to. I. pag. 36. in fin. & pag. 185. n. 14. Ecclesiæ Parochiales, quando patiantur dismembrationem, tom. I. pag. 46. n. 11.

## Referens

*Est in relato cum omnibus suis qualitatibus, tom. 2. pag. 94. num. 2.*

*Ubi aliter loquitur, quam relatum, non attenditur, ibi n. 3.*

## Regulæ juris, &amp; Axiomata.

*Honor est administrare, & dedecus removeri, tom. I. pag. 403. n. 9.*

*Attendere debemus, quod licet secundum equitatem, quod decet secundum honestatem, & quod expedite secundum utilitatem, to. I. pag. 56. n. 9. in fin.*

*Ubi militat ratio legis, ibi militare debet legis dispositio, tom. 2. pag. 94. n. 3.*

*Impediens ne citetur, habetur procitato, tom. 2. pag. 235. n. 7.*

*Jugum, & lorum curvant collum durum, tom. I. pag. 170. n. 37.*

*Quod fieri debuit, & non quod factum est attendi debet, sed & licet ff. de offic. præsid. l. nemo Judex, C. de sent. & interloc. omn. judic.*

*Culpam facientis habet, qui negleg. emendare quod valet, to. I. pag. 170. n. 37.*

*Frustra auxilium legis implorat, qui committit in legem, tom. 2. pag. 224. num. 7.*

*Quos timor Dei à malo non revocat, temporalis pena cohibeat à peccato, tom. I. pag. 170. n. 37.*

*Odio habeantur peccata, non homines, tom. I. pag. 170. num. 38. & tom. 2. pag. 234. num. 5.*

*Concesso consequente, censetur concessum antecedens, sine quo consequens obtineri non potest, tom. 3. pag. 169. n. 8.*

*Præsumptio stat semper pro actus validitate, tom. I. pag. 172. n. 9.*

*Nemo præsumitur velle delinquere sine causa, nec velle facere, quod de jure non potest, tom. 3. pag. 162. n. 3.*

*Nemo ad testimonium unius est condemnandus, tom. 2. pag. 212. n. 16.*

*Illud possumus, quod commodè possemus, tom. I. pag. 33. n. 6. in fin.*

*Illud possumus, quod iustè, vel honestè facimus, tom. I. in Appendic. pag. 397. n. 1. in fin.*

*Satis lucratur, qui à litera recedit, tom. 2. in Append. pag. 445. n. 12.*

*Non est reservabile, quod adhuc expectat declarationem, tom. 2. pag. 114. num. 27.*

*Superfluum est precibus postulare, quod jam lege permisum est, tom. I. pag. 179. num. 12.*

Sum-

*Summa extractio, que proprietate, & religione facit, tom. I. pag. 205. n. 1.*

*Concedere compelleris, quod tibi non nocet, & alteriprodest, to. I. pag. 227. n. 9. & pag. 315. n. 3.*

*Aequitas temperat rigorem iuris, tom. I. pag. 227. n. 9. in fin.*

*Impossible illud dicitur, quod commode fieri non potest, tom. I. pag. 339. num. 6. in fin.*

*Impossible illud dicitur, quod pendet à voluntate Principis, nisi sit de illis, que de facili indistincte concedi solent, Gregor. dec. 37. n. 5. ubi Add.*

*Odia, & pœna sunt restringenda, & favores ampliandi, que regula procedit in pœnis pecuniariis, & corporalibus: Sed in concernentibus periculum animæ, scilicet, an quis sit excommunicatus, vel irregularis, tunc pars est eligenda, licet videatur durior, Graff. dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 17. n. 25.*

*Expressum dicitur, quod sub ratione comprehenditur, l. quæsumus scio, ff. de test. l. si postulaverit §. sed, & si negaverit, ff. de adult. Novar. dec. 206. n. 11.*

*Non dicitur nolle, qui non potest velle, l. pater Severinam, ff. de condit. &c demonstrat.*

*Simile non est idem, semperque similitudines, & comparationes claudicant, Rot. coram Dunoz. sen. dec. 134. n. 9.*

*Si id quod ago, non valet, ut ago, valet tamen eo modo quo valere potest, cap. unico, de despensi. impub. in 6.*

*Necessitas facit licitum, quod alias esset illicitum, cap. relinqu. ubi gloss. de Cust. Euchar.*

*Corpore dat pœnas, qui caret ære malus, to. 3. pag. 201. n. 18.*

*Eius est nolle, qui potest, & velle, par. 3. pag. 218. n. 13.*

*Error, cui non restitutur, approbari videatur, tom. 3. pag. 266. n. 5.*

*In Clericis habentur illicita, que in Laicis vacant à culpa, tom. I. pag. 56. n. 10.*

*Cui licet quod est plus, licet quod est minus, tom. 3. pag. 116. n. 21.*

*Exempla plus movent, quam verba, tom. I. pag. 56. n. 10.*

*Quibus prohibentur minora, majora vetitia censentur, cap. cum illorum de sent. excom.*

*Monacelli, Formul. Suppl.*

### Regulares

*Prefici possunt Ecclesiis Parochialibus Monasterii unitis, ex tolerantia Ordinarii, to. I. in Append. pag. 445. n. 13.*

*Exercentes curam animarum in predictis Ecclesiis, si removeantur ab eorum Superiori, non possunt reclamare: & congruam Seculari Curato taxatam petere non valent, ibid.*

*Contravenientes Clementina prima de privilegio, possunt ab Episcopo denunciari excommunicati absque monitione, tom. 3. pag. 149. n. 7.*

### Remissio

*Clerici carcerati facienda à Judice Laico ad Judicem Ecclesiasticum, quomodo, & quando fiat, tom. 2. pag. 237. num. 2. 3. 4. & 5.*

### Renunciatio

*Clerici privilegiis Clericalibus, seu Beneficiis, facta in carceribus, nulla est, tom. I. pag. 170. n. 35.*

### Residere

*Non dicitur, qui rediit, & iterum discedit post paucos dies, tom. 2. pag. 89. n. 72.*

*In quo loco teneatur Canonicus, qui habet unitam præbenda Ecclesiam Parochialem, tom. 2. pag. 91. n. 81.*

### Reservata

*Peccata non absolvit Pœnitentiarius Cathedralis, nisi habeat ab Episcopo facultatem, tom. I. pag. 61. n. 29.*

### Reus

*In casu dubio debet in foro externo censuram inflictam servare, tom. 3. in præl. pag. 42. n. 190.*

*Non potest sibi eligere pœnam, sed illam iudex imponit, tom. 3. pag. 163. n. 12.*

Ritus	Secretum
<i>Ab Ecclesia in administratione Sacramentorum prescripti, non possunt variari, siue omitti sine culpa, tom. 3. p. 259. n. 1.</i>	<i>Naturale an teneatur quis servare, si formiter in judicio interrogetur a judice, tom. 1. pag. 81. n. 8.</i>
<b>S</b>	Sepultura
Salarium	<i>In Ecclesiis non Parochialibus non construitur, nisi de licentia Episcopi, to. 1. pag. 208. n. 22. &amp; pag. 154. n. 25.</i>
<b>D</b> ebetur Vicario Capituli ex redditibus mensæ vacantis, tom. 1. pag. 14. num. 15.	<b>Servitus,</b>
Sapientiae	<i>Quæ imponitur super rebus Ecclesie, est species alienationis, tom. 1. pag. 135. n. 44. &amp; pag. 180. n. 20. &amp; tom. 2. pag. 166. num. 7.</i>
<i>Plenitudo est Timor Dei, tom. 1. pag. 366. n. 4. in fin.</i>	Studium
Satellites	<i>Sacrorum Canonum, dicitur studium legale, tom. 2. pag. 163. n. 24.</i>
<i>Officium Cursoris non debent exercere, tom. 1. pag. 38. n. 5.</i>	Superior
Satellitum	<i>Regularis agens actum prohibitum, affrenens se fecisse ex causa, non creditur ei, tom. 1. in Appendic. 442. pag. n. 4. Non dicitur absens, si moretur in Domo Religionis postea intra duas dietas, tom. 1. in Appendic. pag. 442. d. n. 4.</i>
Satisfactio	Synodus
<i>Propeccatis fit in tribus, scilicet, Oratione, jejunio, &amp; eleemosyna, tom. 2. pag. 318. n. 10.</i>	<i>Quando habeat vim monitionis, tom. 1. pag. 143. n. 4.</i>
Scamna	In Synodo
<i>In Ecclesia apponi, seu retineri non debent in Ecclesia Episcopo nolente, tom. 1. pag. 160. n. 4. &amp; 5.</i>	<i>Quæ sint advertenda, quæ vitanda, tom. 1. pag. 242. n. 22. &amp; tom. 3. pag. 197. n. 24. &amp; 25.</i>
Scribens	<i>Solus Episcopus statuta condit non obstante contradictione Cleri, tom. 1. pag. 144. num. 1.</i>
<i>Epistolas Monialibus, an comprehendendatur in Edicto prohibente collocutionem, tom. 3. pag. 129. n. 6.</i>	Synodi
<i>Obscenæ Monialibus scribens, excommunicatione late sententie innodandus est, ibi num. 5.</i>	<i>Ignorantia non est allegabilis in loco in quo fuit publicata, tom. 1. pag. 143. n. 27. &amp; tom. 3. pag. 256. n. 6.</i>

Omni-

*Omissio an sit culpa gravis, tomo 3. pag.  
277. in Appendic. n. 20.*

**T**

## Tabula

**S**Acramentorum nova legis proponitur, & explicatur, tom. I. in Appendic. pag. 476.

## Testis

*Religiosus sine licentia sui Superioris examinatus, an, & quando probet, tom. I. pag. 189. n. 7. & 8.*

## Theologi

*Non omnes apti sunt ad augendas Confessiones Sacramentales, tom. 3. pag. 214. num. 3.*

## Tutela

*Dativa, & Testamentaria non exercetur à Clericis nisi de licentia expressa Episcopi, vel Papæ, tom. I. pag. 190. num. I. 2. & 3.*

**V**

## Verba,

**P**OEnas incurant, sunt latæ sententie, tom. I. in Append. pag. 412. n. 3.

Rogo, possit, valeat, in ultimis voluntibus habent vim præcepti, tom. I. pag. 433. n. 4.

Exerceatur, offeratur, cooperiatur sunt imperativa, & præceptum inducunt, vi de in Indice supplementi.

## Verbum Dei.

*Producit plures effectus, qui enumerantur, tom. 2. pag. 152. n. 9.*

## Vicarius Capituli

*Non concedit licentiam judicii excommunicandi Cadaver. à loco immuni profaciendare cognitione, tom. 2. pag. 346. n. 14.*

## Vicario Generali,

*Et non alteri delegatur facultas ab Episcopo ingressus in Claustram Monialium, tom. I. pag. 19. n. 10. & II.*

## Viduis, &amp; Pupillis

*Tenetur Episcopus providerere de Advocate, tom. I. pag. 28. n. 2.*

## Visitatio

*Latinum, quando fieri non potest personaliter ab Episcopo, delegari debet alicui de Diœcesi in dignitate constituto, tom. 3. in Append. pag. 273. n. 6.*

## Unionis

*Beneficii decretum debet fieri coram Testibus non familiaribus Episcopi ad excludendam suspicionem antidata, tom. I. pag. 66. n. 5.*

## Universitas

*Laicorum est capax nominandi Curatum amovibilem pro exercitio Curae animarum, tom. I. pag. 298. n. 1.*  
*Qua forma absolvatur à censuris incursis ignorantia, tom. I. pag. 357.*

## Voluntas

*Testatoris etiam in minimis est servanda, tom. 2. pag. 86. n. 60.*

## Votum

*Capitularium, & Collegialium debet dare collegialiter, tom. I. pag. 132. num. 36. & pag. 214. num. 23. & tom. 2. pag. 139. num. 2.*

Vota	Usurpatio
<i>Qui in electione sollicitat, &amp; procurat pro sui electione, se ipsum indignum facit,</i> tom. I. pag. 345. n. 17.	<i>Jurispatronatus presumitur, &amp; cadit in Domino feudi, etiam si habeat condomi- nos,</i> tom. 2. pag. 19. n. 5. <i>Item in alia persona petente, licet non ha- beat jurisdictionem, ibi.</i>
Vocem	Uxor
<i>An plures Fratres in Capitulo, sive Colle- gio habere debeant, &amp; possint,</i> to. 2. pag. 192. n. 6.	
Voci	<i>Presumitur prius mortua quam maritus,</i> tom. I. pag. 293. n. 7. <i>Occidens maritum dormientem, non gan- det Ecclesia immunitate,</i> tom. I. in Ap- pend. pag. 402. n. 16.



APPEN-



# APPENDIX DECISIONUM SELECTARUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

*Quæ dantur in hoc SUPPLEMENTO pro majori  
dilucidatione totius Operis.*

R. P. D. A N S A L D O .

Placentina Parochialis.

Veneris 16. Martii 1708.

## ARGUMENTUM.

Appellatio interposita ab electione in Concurso Ecclesiæ Parochialis propter irrationabilitatem ipsius electio- nis, quando concedatur, & fuisse eam Concessam usque ad quarrum examen ostenditur; ubi de nonnullis qualita- tibus, quæ concurrere debent in hu- jusmodi electione, & habendis præ oculis ab Episcopo.

## S U M M A R I U M .

- 1 Tertium examen ad electionem Paro- chialis de Stylo Rota conceditur in presencia tamen Decani, & Ponen- tis, & num. 3.  
Monacelli, Formul. Suppl.

- 2 An Examinatores Synodales Urbis possint cum causa condigna, vel indistincte, & sine causa allegari suspecti.
- 3 Auditores Sac. Rotæ nequeunt allega- ri suspecti.
- 4 Auditores Sac. Rotæ quando eorum, vel consanguineorum cause dis- cüssuntur, voluntarie ac de honestate tantum abscedant ab eorum Sede, & unam ex vicinis aulis ingre- diantur.
- 5 Pro quodam partium solatio subrogan- tur à Rota Examinatores novi, aut non recusati autorizandi presentia Decani, & Ponentis.
- 6 In electione ad Parochiales nedum ar- tenditur doctrina, verum etiam aliae qualitates.
- 7 De jure communitres sententia consti- tuunt rem judicatam.
- 8 Deficientia primi approbati in suc- cessivis examinibus reperta licet potest adscribi accidentalii aggritu-

L 3 dini

- dini corporis, vel animi, non tam  
men post tertium experimentum.
- 9 Appellatio à judicio Ordinarii circa  
electionem ad Parochiales tantum  
admittitur ad effectum devoluti-  
vum, non autem suspensivum.
- 10 Ad effectum excludendi electum à pos-  
sefione Parochialis exiguntur tria  
uniformia judicata, & n. II.
- 12 Contra praelectum ad Parochiale  
alias approbatum non conceditur  
quartum examen, ne daretur pro-  
cessus in infinitum;
- 13 Praesertim interuenta assistentia Sa-  
cra Rotæ Auditorum,
- 14 Ac attenta formula, quam adhibent  
Examinatores in Urbe.
- 15 Evidentia facti non admittit probatio-  
nem in contrarium.
- 16 Post tres sententias in judicio devolu-  
tivo regulariter non admittuntur  
alie sententia, sed ad summum re-  
cipitur altera appellatio.
- 17 Quartum fait per Rotam concessum e-  
xamen.
- 18 Praelectio facta ab Episcopo ad Paro-  
chiale, ut tamquam irrationabili-  
lis rescindi possit, requiritur mani-  
festus, & inexcusabilis excessus ine-  
qualitatis meritorum.
- 19 Aetas 30. Annorum sufficit, ut quis  
creetur Episcopus.
- 20 Nobilitas extimabilior consistit in ani-  
mo, & virtutibus.
- 21 An paupertas, aut potius commoditas  
plus contribuat muneri, & admini-  
strationi officiorum.
- 22 Praelectio datur illi, qui magis populo  
est gratus.
- 23 Actuale exercitium prevalet nude  
Theorica in concursibus ad Paro-  
chiale.
- 24 Practicum experimentum anteponitur  
simplici probabilitati eventuali.
- 25 Episcopus est Parochus Parochorum,  
& sua conscientie imputatur mala,  
aut minus justa praelectio ad Paro-  
chiale.
- 26 In adjudicanda Parochiali Judicio E-  
piscopi standum est.
- 27 Praelectio ad Parochiale ratione loci  
potius juniori, quam seniori adjudi-  
cari debeat.

- 28 Posteriora derogant prioribus.
- 29 Compatronus ad aliquod beneficium  
presentatus in gratificatione sem-  
per præferri debet.
- 30 In Beneficii affectione regulariter pre-  
fertur ille, de cuius bonis, sive in  
totum, sive in partem fundata est  
Ecclesia.

## DECISIO I.

Illi, qui dicebatur ab Andrea Brevis-  
pede in primo quidem novo exami-  
nante, injuncto per Sac. Rotam ex funda-  
mentis uberrimè insinuatis in altera  
decis. diei 25. Febr. 1707. velocius ac felicius  
cucurrit; quam idem Andreas, sed  
ad servandam æqualitatem Statuto pa-  
riter alio experimento, ante omnia non  
levis inter hos Sacerdotes, fortasse nimis  
amatè dissentientes insurrexit con-  
troversia super Examinatoribus, sive Ju-  
dicibus iterum assumendis; cum etenim  
de Stylo Sacri auditorii tertium in ordi-  
ne examen fieri, & auctorizari soleat à  
præsentis Rev. Decani, & Ponentis in  
causa, ut meminit, & practicavit quoque  
Rota, usque de anno 1625. in illa Nepesi-  
na Canonicatus, cor. Merlino inter suas  
decis. 159. in princ. & magis de recenti in  
illa Syracusana Præpositure 26. Jan. 1697.  
in fine, & 20. Nov. ejusdem anni, §. Ad  
hoc coram bon. mem. Muto, inter impref-  
tas per modernum Romanum discept. Eccles.  
tom. I. discept. 13. n. 54. & 53. post med. &  
in Lunen. Sarzan. Parochialis 2. Julii 1706.  
coram R. P. D. meo Omana.

Petrus Paulus, qui ut præmisimus  
magis hucusque cucurrerat suspectos al-  
legaverat nonnullos Examinatores Sy-  
nodales Eminentis. Domini Vicarii Ur-  
bis, itaut vix ex numero novem, dem-  
ptis primis tribus, scilicet Examinato-  
ribus, qui jam proprium munus exple-  
verant, aliisque quatuor hujusmodi sus-  
picioni obnoxiiis, duo remanerent,  
qui possebant adsciri, quapropter è con-  
verso cœpit Andreas potestatem hanc  
recusandi tanquam suspectos Synodales  
Examinatores impugnare. At pruden-  
tia Dominorum superfluum existimat  
talem discutere, & enodare questio-  
nem; Quidquid enīa desuper afferent  
Scri-

scribentes volentibus aliis indistincte, & citra causam condignam admitti posse hanc suspicionem, aliis vero causam praecisam exposcentibus, quemadmodum videre est penes Pax Jordan. elucubr. canon. tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 190. Modern. Roman. discept. Eccles. par. 1. discept. 13. sub num. 13. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. de nullitat. num. 106. vers. item dic. Massobr. in prax. haben. concurs. tit. de elect. magis idon. requisit. 5. dub. 3. num. 1. Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 240. Ugol. de potest. Epist. cap. 50. §. 5. ad fin.

Neglecto quippe illo remedio, quo poterat occurri, si iidem Reverendissimus Decanus, & Ponens satius duxissent examen per semetipsos celebrare, sicuti in substantia practicatum fuit in mox recentibus casibus Merlini, & bon. mem. Muti, & annotavit modernus Romanus in prefata discep. 13. num. 22. quia tunc eodem modo, per quem Judicis arbitrio eliguntur, vel omittuntur Periti, quoties Judex in materia versatus non derrectat per se ipsum oculis propriis, seu cum proprio labore, tale officium in sui instructionem implere. Ita valeant Sacri Tribunalis Auditores ad lantes examinis expendere scientiam, sive doctrinam utriusque Litigantis, quin allegabilis esset illa suspicio, que non admittitur in hoc Sacro Confessu, ad quens efformandum totius Catholici Orbis, etiam ad nominationem Imperatoris, & Regum eliguntur viri praeclarissimi, & ab omni probabili suspicione immunes, adeo ut etiam quando eorum, vel consanguineorum causae in Rota discutiuntur, solummodo de honestate tempore propositionis, seu discussionis voluntarie tantum abscedant ab eorum sede, & unam ex viciniis aulis ingrediantur per ea, que respectu primae observationis affirmant Marchesan. de commiss. par. 2. tit. de commiss. suspic. Judic. §. 2. num. 4. fol. 390. Ridolph. in praxi, judic. par. 1. cap. 7. num. 134. & quoad secundam testantur, Capucc. in praxi par. 1. cap. 2. num. 56. Marchesan. de commiss. loco citato, num. 4. & 5. Ridolph. dicta par. 1. cap. 7. num. 134. Card. de Enc.

lib. 15. de judic. disc. 3. sub num. 67. Opportunius censuerunt Domini, & pro quodam majori partium solatio, adhibere quoque, & respectivè subrogare tres alios Examinatores, prefata, ut diximus, praesentia Decani, & Ponensis autorizandos, assumendo scilicet illos binos, qui non extiterant a Petro Paulo recusati, & tertium de novo adjiciendo, uti quoque videtur innuere Garz. de benef. p. 6. cap. 2. num. 78. & seq. & post Carol. Auton. de Luca ad Ventrigh. in praxi, p. 2. annot. 5. §. 1. num. 12. scribens in causa Syraculana, de qua supra modern. Roman. in dict. sua discept. 12. sub num. 20.

Confecto igitur hoc novo, & in Urbe secundo examine, versa totaliter est vices, Andreas etenim Petrum Paulum superavit, licet etenim uterque remanserit approbatus sed ad exercendam Animarum Curam, plares, ut moris est, notas approbativas assequutus fuit Andreas; Quamobrem in hoc statu debuisse ad ulteriora procedi in discussione ceterarum prærogativarum, ad finem, ut quis eorum præter scientiam, & litteraturam in eisdem qualitatibus, & prærogativis insimul collatis, præpolleret, reportaret quoque ad sui favorem controversia Parochialis adjudicationem, per ea, quæ in similibus habentur connotata penes Pignatell. consule. canon. 181. num. 1. tom. 1. Ventrigh. in praxi tom. 3. de collat. Paroch. annot. 5. §. 2. num. 44. & 63. Rota decisione 24. num. 9. coram Celso, cum aliis relatis Concordan. in Albanen. Archipresbyteratus 2. Junii 1702. §. Evidem in provisionibus coram me, & in Lunen. Sarzanen. parochialis 2. Julii 1706. §. Neque obstat coram R. P. D. meo Omana.

Verum magis acre iurgium exsistit, prætendente Petro Paulo, veluti habente primum judicatum Examinatorum in Urbe pro se, tertium ad minus ineundum, esse experimentum ex quo precivit a peculiaribus Statutis, ut privilegio ipsius materie de jure sanctum habemus, quod tres, ad constitendum rem judicatam, sententias requirantur, ad Text. in Clementina ut calumniis, de sentent. & re judic. L. unica

L 4 cod.

cod. ne liceat in una, eademque causa provoc. Card. de Luca de judic. disc. I. sub num. 14. & fuit latè in hac specifica quæfione examinatum penes Pignatell. cons. can. 147. num. 7. tom. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cantell. glos. 4. num. 121. Nicol. in floscul. verb. examen, num. 6. & resolutum in Nephina Canonicatus coram Merlin. inter eus impressas, decis. 146. in fine decis. 159. in princ. in Syracusana Praepositura 26. Junii, & 9. Novembris 1697. relat. penes modernum Romanum, discept. 13. à num. 48. & ad seq. in Papien. praepositura 28. Novembris 1698. §. Atque ex his descendendo cum seqq. coram me inter habebus impressas, decis. 64. à num. 12. & in Calaguritana dimidii Beneficii de Lanciago 13. Febr. 1705. per rot. cor. R. P. D. meo Caffarellio.

Huic tamen mordicus novæ provocationi sese opponebat, ac forsitan justè, & rationaliter Andreas, quoniam universæ authoritates à Petro Paulo deductæ loquebantur in casu, quo, quis per antea fuisset assequutus collationem, seu præsentationem ad aliquid beneficium, ad quod idcirco diceretur habere jus, quod nuncupant ad rem, & tunc si habens hujusmodi jus ad rem, exempli gratia, provisus Apostolicus sub assueta clausula, vel formula, quæ compellatur in forma dignum, vel præsentatus à legitimo Patrono, vel demum preelectus ab Episcopo in concursu, in provocationibus postmodum succedaneis collapsus, reprobatus exitisset etiam per duas vices, in his profectò circumstantiis nequirit ab illo divelli tale jus ad rem, sub prætextu, quod bis succubuerit in examine circa idoneitatem; sed foret nihilominus admittendus ad ulterius experimentum; Etenim in hoc casu intrat ratio, quod pro constituenta adversus eum re judicata, tres requirantur sententiae, sive Ju-

<sup>8</sup> dicia Examinatorum cum favore habentis præsumptum jus ad rem, deficientia in successivis examinibus possit adscribi accidentaliter tunc temporis ægritudini corporis, vel animi, & nequeat prorsus censeri non idoneus, qui à principio talis fuerat à legitimo Superiori repertus, donec post tertium experimentum, prorsus inverisimile existat, quod semper versa-

retur in illo statu ægritudinis, & injustitia primæ approbationis evincatur, & hoc est quod dicunt Pignatell. dicta consult. canic. 147. num. 6. tom. 4. modern. Roman. dicta discept. 13. num. 3. & 6. Pax Jordan. lucubr. Canon. tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 109. & 246. Massobr. in praxi haben. concurs. requisit. 5. dub. 6. Nicol. in flosc. verbo examen. num. 6. Rota dec. 159. num. 12. coram Merlin. cum aliis relatis in prælaudata Papien. praepositura inter impressas coram me, decis. 64. sub. num. 14.

Fortius vero, quia idipsum de jure contingit, & in praxi servatur quando idem confovens jus ad rem nactus quoque fuerit lege, vel Judice ita laciente possessionem illius Beneficii, possessionem illius rei, vel pecunia, prout hic, cum Sacrum Concilium, & Piana Constitutio 9 minimè permittrant, quod Sacerdote ad invento idoneo à suis Examinateoribus Synodalibus, & ab Ordinario preelecto vigore appellationis ab altero interadjectæ, possessio impediatur, sed solùm relinquat locum prosequendi causam in puro devolutivo, sicuti ad litteram eiusdem Sac. Concilii & constitutionis S. Pii V. protestantur Fagnan. in cap. eamte, num. 35. & seq. de stat. & qualit. ordin. Barbos. ad Conc. sess. 24. de refor. cap. 18. num. 156. & in tract. de paroch. cap. 2. num. 145. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 236. & 246. Massobr. in praxi haben. concurs. requisit. 5. dub. 4. num. 11. Barbos. de offic. & potestate Episcop. par. 3. allegat. 60. num. 104. Adden. ad Gregor. decis. 548. num. 7. Rot. decis. 24. num. 24. coram Celso, decis. 120. num. 2. coram Zaraia, & in superius relata Calaguritana Beneficii de Lanciago 13. Februario 1705. §. Quamvis enim, coram R. P. D. meo Collega Alm. Urb. Gubernatore.

In p̄dictis namque terminis admis-  
sæ appellationis in devolutivo tantum, certè quo ad effectum excludendi illum juridicum, vel judiciale posse-  
forem exiguntur in eodem devolutivo,  
& ordinario judicio tria uniformia ju-  
dicata per ea, quæ ultra quotidiam obseruantiam scripta reliquere Rode-  
ric. Suarez. int. post rem indicatam, vers.  
sed

*Sed pulchrum dubium, ff. de re judicat. Monteroſſ. in ſua praet. civili, tract. 3. de via exequut. fol. 38. Guttierez tract. civil. qu. tom. 1. lib. 1. qu. 115. Rota, dec. 101. n. 14. par. 16. rec.*

*mox allegatos generaliter advertunt Card. de Luc. de Benefic. disc. 137. sub num. 8. Rota dec. 5. num. 7. coram Ubago, & decis. 315. num. 6. part. 18. recent.*

Ait è converso (subjungebat Andreas) non erat ira procedendum in praesenti caſu minusve iterandum ſuum examen, cum jam fuſſet vindicata praetensa iuſtitia ſuę primævæ approbationis, & præelectionis per alterum in ordine tertium experimentum initum coram Reverendissimo Decano, & Ponente, ut ſuprā, primò quia aliás ſi ob aliquod infortunium, aut enunciatam acciden- talem ægritudinem corporis, vel ani- mi ſuccubuiſſet in hoc alio quarto ex- perimento, locus fieret proceſſu in infinitum in præjudicium Regiminis animarum, interim ſub remoto, & iacerto Pafeore viventium, quando id etiam abſtractivè abhorret à jure, ut conclamant Felin. in capit. proposuſti, num. 11. circa finem, vers. quia ejus officium, de probat. Riminal. Jun. conf. 335. n. 6. Rota penes modernum Forolivien. diſſert. legal. tom. 1. diſſertat. 22. decis. 1. num. 2. & dec. 4. num. 10. dec. 564. nu- 25. coram Bich. dec. 317. num. 26. part. 11. & dec. 246. num. 7. par. 19. recent. & in Romana Emphyteſis ſuper meliora- mentis 15. Martii 1706. §. Quoniam liquidatio coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara.

Secundū magis intreſpecta, ſive juncta ratione interventus, & affiſtentia Sacrae Rotæ Auditorum, qui ſi ad exemplum Cauſæ Nepesinæ coram Mer- lino, & Syracufane cotam bon. mem. Mato, in hoc tertio examine pronun- ciaſſent idoneum iplum Andream, il- lorum utique Judicium fuſſet inappel- labile, ſicut exitit in cauſis prædictis, ita non minus ſub eorum oculis ſequita proculdubio canonica approbatione, idem videbatur decernendum ex regula, qui facit per alium 72. de regul. jur. in 6. Bartol. in ſummar. l. unum, de fa- milia 69. §. Si de falcidia queratur, ff. de legat. 2. Roman. conf. 116. ſub n. 1. Marant. contr. jur. tom. 3. resp. 44. n. 19. Marc. Anton. Paulut. diſſert. legal. tom. 1. diſſert. 10. num. 41. & 42. Rota dec.

II intendens jutidicum, vel judicialiem poſſefforem expellere à ſua poſſeffione in jutidio devolutivo, nequeat firmare ſuum bonum juſ in eodem devolutivo, niſi ſui favore tres conformes ſententias eaumeret, ex quibus præcedens juri- da exequutio, rei jutidatæ effectus, ut in Rubric. ff. de re jutid. & eff. ſentent. Maſon. de cauſ. exequutiv. ampliat. 35. numer. 5. valeat dimoveri ſicut ultra

dec. 548: num. 16. & segg. par. 5. rec. tom. 2. & in Burgen. jurisdictionis super exercitio functionum Parochialium 11. Junii 1706. §. Firmato quippe coram Me.

Tertiò denique evidentiùs ponderata hodierna formula, quam adhibent Examinatores in Urbe, qui doctrinam rigidè expendunt non jam in voce paterlabente, sed in scriptis permanfuis, videlicet priori loco injungendo examinandis, quod ad modum concionatoris discursus fiat ab eis oratio, siue adhortatio ad Populum super aliquo ex Sacris Evangeliiis casu aliter adaperito, deinde pariter traducendo unum ex capitibus de Dogmaticis sessionibus Concilii Tridentini, fortius similiter obtingen. ac denique retento ordine in scriptis respondendo super novem conscientiae casibus. Quamobrem sicuti facile ex indicatis pretextibus, vel motivis in sensu negativo posset excusari reprobatus, quoties male oneribus hisce correspondisset, è contra in sensu affirmatiuo non posset accidenti referri illa demonstrata idoneitas in scriptura semper ostensibili, charta enim, ut adagio dicitur, semper cantat, & ob id quare ambigendum de illa sufficienti doctrina, cuius testimonium nullatenus eventuale, & transitorium, sed perpetuò, & ineluctabiliter sub oculis ponebatur, contra facti siquidem evidentiam nulla admittitur probatio in contrarium, l. minor vigintiquinque ann. ff. de minor. l. si irruptione §. ad officium ff. fin. regn. gloss. notab. in capi. quod autem interrogasti 27. qu. 2. Baldus in l. ultim. in principio, numer. 7. de Episcop. & Cleric. Baldus ad cons. Roman. tom. 4. dec. seu resolut. 83. num. 1. in fine, & numer. 2. Navar. dec. 132. Fontanell. decif. 381. sub numer. 3. Rota dec. 70. sub num. 4. post consil. Farinace. tom. 1. dec. 188. num. 4. par. 15. & dec. 145. nu. 18. par. 17. rec.

Quin refragari posse videatur consideratio servandæ æqualitatis, dispar etenim est ratio inter amovere satagentem ab attributa per Judicem, vel per legem possessione suunt contradictem, in qua hypothesi sanè, ut ostendimus,

dimus, trinum ad minus requiritur jucicatu in oppositum, & inter casum, in quo tractetur de eodemmet per ante possessore in judicio devolutivo cursus canonizato, tunc enim non admittuntur regulariter aliæ sententie, sed ad sumam recipitur altera appellatio, ut in proposito patet ex annotatis in Addit. ad meas dec. inter haec terius impress. tom. I. dec. 1. numer. 6. & 7.

Cæterum Tribunal suas quodammodo fimbrias maturitatis dilatando in quamdam majorem exuberantiam, exaudit quoque postulationem hujus certi, & respectivè quarti experimenti de facto non recusati ab Andrea, sed religiosissimè adscitis Reverendissimo D. meo Decano tribus aliis viris, sive Examinatoribus, ætate, & Doctrina præstantibus, & iis, qui examini subiici debant ignotis, inventus de novo est Petrus Paulus minus habens in conflictu, quamvis, & ipse fuerit undique proprie ad curam exercendam renudicatus, ac propterea cum pro finali, ut par erat dispunctione negotii subinde proposuerim disquirendum utrum constaret de irrationali judicio Episcopi, naut adjudicanda foret Parochialis Petro Paulo, negativum in omnibus prodit in hodierna Audientia responsum, nempe, non constare de irrationali judicio, & non esse adjudicandam Parochiale Petro Paulo.

Fundamentum resolutioni præbus ineluctabilis, & undique firma propositio, quod ad hoc, ut judicium Episcopi præligerat magis unum, quin alterum in hujusmodi concursibus posset objurgari, & rescindi tamquam irrationali, expostulatur tanta meritorum, & prærogativarum inæqualitas, ut pariat manifestum, & inexcusabilem excessum, itaut si non dolo positivo, immodice saltem, & non tolerabili affectioni imputanda veniat cadens prædictio, quemadmodum de mente ipsius Sacros. Concilii Tridentini, nec non Piana Constitutionis citra contradictem stabiliunt, Fagnani. in capi. eante numer. 24. & 30. de etate, & qualitate ordin. prefis. Covarr. in regul. peccatum

16 cum §. 7. numer. 3. vers. aliquoquin omnes electiones, & numer. 4. versic. etiam si locus esset, Pax Jordan. lucubrat. canon. tom. 2. lib. 10. tit. 8. de collat. Paroch. num. 255. & seqq. Gonzalez. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 4. numer. 126. & 139. & in annot. ad gloss. 9. numer. 209. Massobr. in praxi habend. concurs. requisit. 5. dubitat. 2. numer. 42. Barbos. de Offic. & potest. Paroch. par. 1. capit. 2. num. 140. & 142. in fine, Rota decis. 612. numer. 1. 15. & 16. coram Merlino dec. 422. num. 5. & 6. coram Remboldo, & dec. 654. n. 4. p. 4. diversor.

Iste autem tanta patens excessus minime eliciebatur ex eo, quod cuni Petrus Paulus foret senior ætate, & antiquior in Sacerdotio, magis Nobilis, necon pauperior, & indigena, & usque ab anno 1697. ad audiendas confessiones approbatus, cum ulteriori facultate absolvendi à calibus reservatis, versatusque in Officiis Piarum Congregationum, ac Sodalitatum cum similibus; Licet enim omnia hæc delineare possent virum capacem, & emeritum ad quamcumque Animarum curam assequendam, non tamen ullo modo suffocabant qualitates forte magis ex toto complexa corruscantes in Andrea, comparativè siquidem ad enunciata Petri Pauli requisita, Andreas reperiebatur Paulo quidem junior, videlicet quinque circiter annis, sed in ætate sufficientissima, nedum, ut institui Parochus hujus rusticæ Curæ valerer, sed etiam canonice creari Episcopus, & Parochus Parochorum, prout in ordine ad ætatem 19. ann. sanctum legitur in cap. cum incunctis de electione. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. in princip. Gutierrez. quæst. canon. lib. 1. cap. 28. num. 6. Garz. de Benefic. par. 7. capit. 4. numer. 76. Vician. in praxi Jurispatron. par. 2. lib. 6. capit. 7. numer. 4. Antonell. de temp. legal. lib. 2. capit. 11. numer. 1. Barbosa de Offic. & potest. Episc. par. 2. allegat. 1. numer. 26.

Circumstantiae majoris claritudinis, seu Nobilitatis, paupertatis, necon illius ut ita dicamus, indigeneitatis param præpollebant ad finem, & esse-

ctum, de quo agebatur; Nobilitas quippe existimabilior consistit in animo atque Virtutibus, neque coram Deo, apud quem non est exceptio Personarum, minus Nobilis postponitur ad Altare, monente D. Paulo, et si ad aliud propositum, eligit contemptibiles Ecclesie, & anceps judicium est, an plus contribuant Officiorum muneri, & administrationi paupertas, aut commoditas, secundum ea, que post Borell. de Magistrat. edit. lib. 1. cap. 13. à num. 2. cum plurib. seqq. Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 12. à num. 8. ad 29. Petr. in comment. super ritib. magn. Cur. Vicaria Ritu 14. num. 19. tom. I. habentur annotata in prefatione ad meas decisiones tom. I. num. 22. & 23. & in proposito observat Abbas in cap. Constitutis, num. 10. & seqq. de appellatione, juncta ibid. gloss. in verb. Impotentiam, Lambertis de Jurepatron. lib. 2. par. 3. art. 5. num. 1. Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 118. Ventrigl. prax. rer. notabil. tom. 2. annot. 3. §. 2. & 29. Rota d. decis. 654. num. 2. vers. & non pauper. par. 4. divers.

Respectu verò ad animadversionem, quod Petrus Paulus foret indigena, & è converso Andreas de cætero in loco versatus ab Episcopo ejusdem Civitatis ordinatus, Patria tamen esset alienigena generaliter quidem, & in abstracto posset in aliqua majori existimatione fulciri, quoties tractaretur de assequitione simplicis Beneficii, vel alterius rei indifferentis, eo quod regimen Animarum utique præponderat Populi, seu Parochianorum benevolentia profusa demonstrata erga personam Andreæ, quando vix Petrus Paulus afferebat testimonium Domini Temporalis loci de Guardamilio, in quo sita erat Parochia non dissimile ab alio, quod, & exhibebat Andreas; Semper etenim, & præmaximè pro fælici, & salubriori administratione curæ spectabilis est, & spectari debet pascendi gregis affectio, ad hoc, ut magis Populo gratus melius præesse valeat, & professe ex iis, que habentur animadversa per DD. in Can. Nullus 61. distinct. Barbos. in cap. quod Dei, num. 4. de

de stat. monach. Pignatell. consult. Canonic. 118. num. 5. tom. 1. Frass. de Reg. patron. Indiar. cap. 33. num. 25. Card. de Luca, de Paroch. disc. 1. num. 19. & disc. 137. n. 27. Alter de Luca in observ. ad Ventrizl. in praxi rer. notabil. tom. 2. annot. 3. sub num. 6. & saepius professa est Rota, & præsertim in Albanen. Archipresbyteratus 29. Januarii 1703. §. Parum refragante coram Me.

Neque pariter considerabile discri-  
men intercedebat inter Petrum Pau-  
lum, & Andream in ordine ad mini-  
sterium Confessarii, quia & Andreas  
de tali veste proportionabiliter ad ex-  
tatem triennio post indutus apparebat,  
at quod altius subcensemendum reputaba-  
tur practicum erat exercitium fermè per  
sexennium expletum ab Andrea circa  
Curam Animarum tamquam ab hoc,  
vel illo Parocho in sui suffraganeum,  
& adjutorium electum, quæ sane pra-  
xis actualis cum indubitanter præva-  
leat unde, & quandoque post mo-  
dum fallibili theorice, summopere so-  
let perpendi, & antefieri in hisce  
concurribus, sicut aliàs firmatum habe-  
mus penes Rocciam de Curt. de Jurepatr.  
in verbo honorificum, qu. 15. num. 26. &  
seqq. Pax. Jordan. elucubrat. Canonic.  
tom. 2. lib. 10. tit. 8. numer. 211. Pani-  
moll. decis. 101. numer. 15. Rota decis.  
115. coram Pamphilio, & decis. 946.  
utrobique numer. 1. coram Dunoz. Jun.  
& decis. 210. numer. 21. par. 11. re-  
cent.

Adscriptus pariter fuerat Andreas  
Syllabo Congregationum Piarum,  
quodque plus erat, extiterat præposi-  
tus ab Episcopo directioni Conservato-  
rii Puellarum præservararum noviter  
erecti, quod profectò pariter practicum  
experimentum anteponi merebatur sim-  
plici probabilitati eventuali, juxta il-  
lam majorem securitatem, majusque de-  
cus, quod secum fert probata experien-  
tia, teste Baldo, conf. 136. numer. 2. &  
3. lib. 2. Actolin. resol. forens. 108. nu-  
mer. 27. Aristotel. lib. 8. Politic. cap. 6.  
Bobadill. cod. tract. libr. 1. cap. 6. nu-  
mer. 28. Mastrill. de Magistrat. lib. 2.  
cap. 4. numer. 42. & seqq. de re benef.  
lib. 2. quæst. 31. sub numer. 137. Rota

decis. 295. num. 7. & decis. 296. numer. 3.  
par. 11. & dec. 175. num. 4. in fine par. 17.  
recent.

Atque ex his satis jam deficiebat il-  
la tam magna inæqualitas, quæ exigitur,  
ut annotavimus, ad infringendū  
ex capite irrationalitatis judiciū  
Episcopi, quem sicuti Sacrofa-  
cta Concilia, & Apostolice Constitu-  
tiones universalis Ecclesiæ bono consulentes  
justè obstrinxerunt subjectioni  
indicendi Concursum, & pavendi de  
recursibus ad Superiorem, ita quantu-  
m fieri potest, liberum relinquere arbitrium  
in hac præelectione restricta  
intra cancellos approbatorum, quando  
præcipue mala, aut minus justa præ-  
electio in suæ conscientiæ pondus de-  
flecteret, ad hunc etiam effectum dicitur  
Parochus Parochorum, & de jure  
est, quod alterum præponens tenetur  
de facto à se propositi, aut substituti ad  
Tex. in l. sed et si pupillus 11. §. de quo pa-  
lam, ff. de instit. act. l. 1. §. non autem post  
med. ibi: imputaturum sibi cur talem  
præpostuerit, ff. de exercit. action. Bartol.  
aliisque DD. in l. ne quid ff. de inced.  
Ruin. Naufrag. Roland. conf. 95. numer.  
11. & seqq. vol. 2. Rebell. de obligat. in-  
stit. lib. 2. quæst. 11. Rota decis. 452. nu-  
mer. 2. par. 4. rec. cum aliis in tract. de  
commerc. & mercat. disc. 21. n. 19. & di-  
scurs. 29. n. 10.

Concomitante ulterius intrinseca ra-  
tione, quod cùm præcellentia in gubernio  
animarum revera non consistat in  
hoc, vel illa majori extrinseca præ-  
rogativa, sed in cæteris vigilis, & gnati  
Pastoris magis notis animi dotibus ex.  
gr. mansuetudinis, pietatis, & pru-  
dentiae, Populique affectionis, nemo  
dixerit, quod circa hoc judicandum  
non sit pro judicio Episcopi, qui om-  
nium melius cognoscit oves suas, &  
scire præsumitur quid conscientiæ suæ,  
sive propriæ obligationi magis expe-  
diat, dicebat enim Div. Augustin. in  
tract. 74. & 75. in Joan. sub fin. Faciem  
videmus alterius, nostram videre non  
possimus, conscientiam verò nostram vi-  
demus, alterius non videmus. Quapropter  
reflexivè ad supradicta hoc  
idem in calu nostro concludunt ex  
D.

D. Thoma 2. 2. qu. 63. art. 2. in repons. ad 3. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 31. sub numer. 114. aliqui plenè relati in prælau- data Albanen. Archipresbyteratus 29. Januarii 1703. §. Ac propterea coram Me.

Cæterum etiam in foro, & præcisivè à supponendis magis aptabilibus prærogati- tis secundum informatam Episcopi con- scientiam favore Andreæ, signanter cir- ca administrationem hujus potius Curae quam alterius, non etenim omnia possumus omnes, sed aliquis, habita comparatione locorum aptior est in uno loco, & al- ter in altero, adeout in proposito senio- ritatis comparativè vincat Junior, quo- ties agatur de rurali Parochia, sita in lo- cis montuosis, & asperis, diffitansque ha- bens in se domos pascendi gregis, ex his, quæ ad rem considerandam fore perpen- dunt Felin. in cap. cum adeo, num. 6. de rescript. Guttier. Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 11. à n. 64. cum plurib. seqq. Macera- ten. var. resol. lib. 1. cap. 54. num. 27. Sot. de iust. & jur. lib. 3. qu. 2. art. 9. limit. 2. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disput. 5. qu. 13. n. 8. Rota, dec. 612. n. 8. coram Merlino.

Nonnè in supervento bino experimen- to doctrinæ in Urbe, quid dicendum esset extra eam ratione thesium, quas subtinuerat, & ex capite nonnullarum approbationum in concursibus, quas Pe- trus Paulus reportaverat, supereminuit Andreas? quod valde ponderandum ve- nit ex animadversis per Rot. dec. 8. de probat. in nov. dec. 18. num. 4. de concess. præb. pariter in novis, & dec. 60. num. 12. par. 9. & dec. 350. sub num. 2. par. 14. rec. 28 posteriora quippe derogant prioribus, ut exornando decurrens adagium subjun- git Dec. in l. pacta novissima, Cod. de pæct. Bald. conf. 223. in princip. lib. 1. Surd. dec. 197. n. 7. Rota dec. 957. n. 7. coram Dunoz. Jun. decis. 233. num. 17. coram Peutinger. dec. 359. num. 4. & dec. 190. num. 12. par. 19. rec.

29 Nonnè tandem prælaudatus Andreas (& hic pariter reincidebat retorsio majo- ris pauperratis) post ingressum ad exerci- tium curæ, propriis, & admodum con- siderabilibus sumptibus reparavit con- troversam Ecclesiam Parochialem tam-

materialiter erga parietes inclinatos, quam quodammodo formaliter quo ad sacras suppellectiles, quibus erat destitu- ta, usque ad occurrentum in hodieris Italiae calamitatibus alimonie illius Po- puli indigentis; ac propterea quomodo non erat gratificandus Andreas æquè usque ab initio approbatus cum subse- quuta præelectione, dum si hoc ipsum perantea fecisset, præferri mereretur, quando ex minus forti ratione, scilicet ex facto non suo, sed ejus antecesso- rum, qui in Ecclesia dotatione contribu- erunt, compatrionus ad aliquod Be- neficium præsentatus, semper in gratifi- catione præferritur, ex plenè congestis per Lambert. de Jurepatronat. lib. 2. par. 3. qu. 5. art. 40. Vivian. eod. tract. par. 3. lib. 4. cap. 2. num. 67. cum aliis adductis in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Diximus ex utroque capite, coram Me; Et regulare est, quod veniat in alsequitio- ne Beneficii præferendus ille, de cuius bonis sive in totum, sive partialiter fun- data est Ecclesia, ad optimam gloss. ie Can. neminem, distinet. 70. verbo sive pos- sessionis ibi: Quia potius sunt illi Clerici instruendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia: quam in proposito exornant Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. qu. 25. vers. & coram multis, Salzed. in pract. Canon. cap. 54. sub num. 4. Lambert. de Ju- repatr. par. 3. lib. 2. art. 4. quæst. 5. num. 9. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. al- legat. 60. num. 101. §. Quod attinet, & magis in individuo sub §. Et præferendum, versic. quando vero in aliquo, & ibidem re- lat. Varer. Reginald. in præx. for. Pæni- tent. tom. 2. lib. 3. tract. 3. n. 200.

Non constare igitur, ut diximus, de judicio irrationali Episcopi, neque ef- se adjudicandam Parochialem Petro Pau- lo, unanimi suffragio Domini dixerunt; De reliquo negligentes aures præbuere criminacionibus hinc inde ardore for- san, de duobus supra, tactis, & absque ulla juridica justificatione excitatis.

Utraque, &c.

## R.P.D. FALCONERIO.

Nullius, seu Capitaquen. Jurisdictionis super Censuris.

Veneris 21. Februario 1710.

## ARGUMENTUM.

Censuræ ab Episcopo fulminatæ contra non Subditos ex triplici defectu corruunt, ac quomodo contra illos procedere debet ostenditur. Exemptis licitum est armis temporalibus ut in defendenda jura eorum propriæ Superioris existentis in possessione sua Jurisdictionis.

## SUMMARIUM.

- 1 Censura prolatæ ab Episcopo contra non subditum quomodo corruunt, ostenditur.
- 2 Jurisdictio exerceri potest, vel ratione loci, vel delicti vel personarum.
- 3 Jurisdictio per Episcopum exerceri nequit intra limites alterius jurisdictionis.
- 4 Episcopus ratione delicti quando non subditum excommunicare potest, ostenditur, & numerus.
- 5 Episcopus exemptos censuris ligari nequit.
- 6 Episcopus adversus Regulares delinquentes extra clausura non penitus infra Statutum terminum ab eorum Superiori, non potest procedere nisi iure delegato.
- 7 Episcopus contra perturbantes suam jurisdictionem potest vim vi eos repellere, & censuras proferre, & n. 18.  
Limitatur, n. 11.
- 8 Episcopus jura sua tuendo potest procedere contra non subditum, si procedat, ut pars, secus autem si procedat, ut Index.
- 10 Et tali casu tenetur servare formulam traditam à Ricciulli.

12 Citatio personalis requiritur, ut sententia excommunicationis profertur.

13 Citationis defectus multifariam naturam præcipue per comparitionem.

14 Prima citationis defectus licet per comparitionem sanatur, tamen ad singulos sequentes actus reus citari debet.

15 Censura latæ post allegatam exemptionem à rebus exceptis, vel post appellationem, sunt ipso jure nullæ.

16 Doctores contrarium tenentes conciliantur.

17 Exempti armis temporalibus jurisdictionem propriæ Superioris licet defendere possunt.

## DECISIO II.

Propositum in contemporanea Auctoritate dubium: An censura sufficiantur. Domini negativè refolverunt; Ex firmaris enim in alia mea decisione super bono Jure, sicuti inconcusa permanet Jurisdictio, & separatio Territorium Prioris Abbaris; ita triplici defectu, Jurisdictionis, Ordinis, & Causæ corruunt tamquam nulla Censura ab Episcopo prolatæ.

Defectu si quidem Jurisdictionis, dum nec ratione loci, nec ratione delicti, nec ratione personarum Episcopus valebat dictas relaxare Censuras; non quidem ratione loci quia manus injectio in fratrem Nicolaum oblatum Basilianum expleta fuit in Molendino Abbatia Cadossæ propè Casale dirutum Cadossæ, & proinde intra limites Abbatialis jurisdictionis, in quibus Episcopus nullam poterat exercere jurisdictionem ad Text. in cap. 3 novit. ibique Glos. in vers. terminos, offic. legat. cap. 2. de constit. in 6. Clement. Pastor. de sentent. excomm. Can. Episcopum 9. qu. 2. Can. si quisquam 11. q. 1. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 6. num. 39. & seqq. & bene Rota dec. 47. num. 4. 5. & 6. par. 15. recent.

Nec etiam ratione delicti, quoniam, &

- & si possit Episcopus non subditum, suumque effectum subditum ratione delicti excommunicare tamen necesse est ut delictum committatur in sua Diœcesi, & ut delinquens si citatione præventus, antequam à sua jurisdictione discedat, cap. Postulasti, & ibi Gloss. in verb. ratione delicti ac Pannorm. num. 7. & 8. de for. comp. & Sayr. de cens. delicto, lib. I. cap. 6. numer. 34. & seqq. Quod cum in nulla nostra hypothesis parte verificetur, consequens est nequissime Episcopum ratione delicti ad dictas Censuras procedere optimè Text. in cap. I. a principio usque ad §. in eos, de privileg. in 6. nec pariter ratione personarum, tum quia censuris innodati non erant subditi ipsius Episcopi: tum etiam quia inter eos fuerunt comprehensi duo Conversi Cartusiani, qui tamquam exempti ab ordinaria jurisdictione à dictis censuris alligari nequibant, cap. quanto 26. de privileg. Nov. in summ. Bullar. comment. 107. numer. 1. Certoque certius quia Episcopus non processus jure delegato, sed jure ordinario, nihilominus indubitate juris est ipsum contra Regulares extra claustra delinquentes, quatenus ab eorum Superiore infra terminum eis statutum non puniatur, non aliter posse procedere, nisi tamquam Sedis Apostolicae delegatum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, Sessione 6. cap. 3. cum aliis apud Navar. loco citat. n. 2.
- 8 Neque potest Episcopus hujusmodi defectum supplete præsidio illius conclusionis, quod sibi sit à jure permisum contra quoscumque turbantes suam jurisdictionem, sive lèdentes Ecclesiasticam Immunitatem vim vi repellendo, etiam gladio spirituali, uti per Tex. in cap. dilecto, de sent. excomm. in 6. Quia duplice responsione objecrum evertitur; Altera, ex quo præviis citationibus examine Testium, aliisque judicariis formalitatibus Sententiam excommunicatis promulgavit quando in his circumstantiis non erat in sua potestate judicialiter procedere, cùm debuisse se gerere uti Pars non autem uti Judex ex Doctrina Innoc. in cap. Venerabili ante numer. 5. de Cens. Pignatell. consult. 128. num. II. tom. 4. Rota decis. 122. num. 8. & 9. part. 14. recent. Immò hoc ipsum exprimere tenebatur juxta formulam traditam à Ricciul. de jur. Person. lib. 4. cap. 61. n. 71. cum seq. Altera verò quoniam tunc supra recensita conclusio locum habet, quando Episcopus est in possessione Jurisdictionis, secus autem si illa pœnas alium residet, dum sicuti sibi à Jure caustum est suam Jurisdictionem tueri; Ita ab eodem jure est ei veritum alienam jurisdictionem invadere, sive alterius possessionem perturbare, Innoc. ubi supra Ricciull. d. cap. 61. numer. 54. & seqq. & præsertim, numer. 57. Rota in decis. 122. numer. 17. & 18. par. 15. recent.
- Post defectum jurisdictionis subsequitur ille ordinis cùm citatio contra assertos delinquentes non fuerit personaliter executa, & tamen cùm agatur de excommunicatione, quæ est pœna omnium gravissima, requirebatur personalis citatio ad afficiendos citatos, eosque reddendos veros contumaces, Felin. in cap. cum sit Romana, numer. 13. & 14. de appellat. Sperell. decis. 48. numer. 3. & seqq. Rota coram Buratto, decis. 176. numer. 1. & in rec. decis. 498. numer. 4. part. 14. Quamvis enim hæc nullitas evitari credatur, vel quia non agebatur de censuris ab homine referendis, sed de sola denunciatione excommunicationis jam incurſa, sive quia non pateret tutus accessus: sive tandem quia per comparitionem dictus defectus fuit sanatus cum inde arguarur notitia citationis, quæ eundem effectum operetur ac si ab initio ea fuisset legitimè executa, ad perpensa per Rotam in decis. 48. numer. 18. & seqq. part. 4. tom. 2. recent. Attamen in præsenti casu omnis umbra difficultatis removetur, attento, quod per ipsam comparitionem circumducta remansit prima citatio, & proinde per edictum citati iterum erant ad singulos sequentes actus citandi. Gemini. in c. fin. de dolo, & contum. Sperell. d. dec. 48. n. 6. Rota in dec. 494. num. 3. p. 14. rec.

Cum-

Cumulantur nullitates in ordine ,  
propterea quod ante sententiam fuit al-  
legata exemptione Cartusianorum , & ul-  
terius à quocumque actu contrario , si-  
vè ab ulteriori processu fuit ad S. Sedem  
appellatum , ideoque ex utraque causa  
nequibat Episcopus Sententiam excom-  
municationis proferre , prout de exem-  
ptione , & præcipue cum possessione  
privativæ jurisdictionis optimè Innoc.  
in d. cap. Venerabili , nu. 4. in fin. & num.  
5. de Cens. ibique Butr. sub numer. 10.  
ver. octavus Casus , & de Censuris la-  
tis post appellationem , Scacc. de appel-  
lat. qu. 17. limit. 22. num. 54. Farinacc.  
qu. Crimin. 101. num. 70. Grat. discept.  
for. cap. 17. num. 4. & 5. Cavalcan.  
decis. 33. numer. 2. 44. & 50. par. 2. Ric.  
decis. 103. num. 3. lib. 3. Sperell. decis.  
48. num. 7. & seqq. & quamvis non de-  
fint Doctores contrarium tenentes , ni-  
hilominus , vel loquuntur in terminis  
16 appellationis interpositæ à sententia ex-  
communicationis jam lata , vel quando  
agitur de facto notorio , vel de appelle-  
tione frivola , & nulla in ea expressa  
causa , ut opiniones conciliando con-  
cordat Sperell. dicta dec. 48. n. 58. &  
seqq. cum ibi relatis .  
Defectus causæ tandem accidit , cum  
ex supra relatis , & latius in altera mea  
decisione super bono jure , non constat  
Monacos Cartusianos perturbasse Juris-  
dictionem Episcopi , sed ejus Minis-  
trios invasisse Jurisdictionem Prioris  
17 Abbatis . Idcirco licet potuerunt Con-  
versi Cartusiani , ac cæteri Ministri ,  
& Homines Abbatiæ armis temporalibus  
tueri propriam ipsorum Superioris  
jurisdictionem , l. 9. §. cum , igitur , ff. de  
vi. & vi armata , l. prima , Cod. unde  
vi. & ad rem dicto cap. dilecto , de sent.  
excomm. in 6. ibi : Et quidem cum li-  
cear cuilibet suo vicino , vel proximo pro  
repellenda ipsius Injuria , suum impartiri  
auxilium ; Immò si potest , & negligi vi-  
deatur Injuriantem fovere , ac esse parti-  
ceps ejus culpe . Ricciul. de Jur. Per-  
sonar. lib. 4. c. 61. num. 1. cum seqq. Tan-  
toque magis , quia Ministris Episcopi  
obstiterunt , uti Partes , & ideo potue-  
runt vim vi repellendo propriam Juris-  
dictionem defendere . Cavalcan. d. dec.

23. n. 99. Rota decis. 122. n. 4. & seq. part.  
15. recent.

Et ita utraque , &c.

### R. P. D. SCOTT O.

Leodien. seu Aquisgranen. Canoni-  
catus super bono jure.

Luna 7. Martii 1701.

### A R G U M E N T U M.

Statutum Ecclesiæ à Capitulo condi-  
tum , & ab Episcopo confirmatum  
disponens de qualitate providendo-  
rum , non habere locum in proviso  
Apostolico , nisi constet , illud autho-  
ritate Apostolica fuisse confirmatum  
ostenditur .

### S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Adjudicatio Canonicatus fit illi , qui  
potitur anteriori titulo in omnibus  
suis partibus justificato.*
- 3 *Statuta contraria juri , & Constitu-  
tionibus Apostolicis sunt invalida  
licet auctoritate Ordinarii confir-  
mata.*
- 4 *Beneficia Ecclesiastica non conse-  
quentur nati ex legitimo matri-  
monio.*
- 5 *A Beneficiis , & Officiis Ecclesiasti-  
cis non excluduntur filii legitimi ,  
licet nati ex illegitimo parente ,  
& n. 6. & 10.*
- 8 *Statutum prohibens filii legitimis  
natis ex illegitimo parente conse-  
cutionem beneficiorum non dici-  
tur contra ius , sed prater , &  
ultra illud .*  
*Contrarium , n. 8. & 9.*
- 11 *Statuta condita à Capitulo , & ab  
Episcopo confirmata circa provisio-  
nes beneficiorum non extenduntur  
ad provisiones Apostolicas .*
- 12 *Conditiones apposita in limine funda-  
tionis beneficiorum uti leges ab  
omnibus inviolabiliter observari  
debent .*

13 Sta-

- 13 Statuta circa provisiones beneficiorum, ut Papæ legem imponant, nihil valent nisi Apostolica confirmatione roborata existant, n. 20.
- 14 Observantia plene, & concludenter probari debet.
- 15 Fidelite pendente à personis interesse habentibus procurare nullum gradum probationis constituant.
- 16 Historici suspecti, & in aliquo reperi mendaces nullam fidem faciunt.
- 17 Observantia deducta ex actibus non loquentibus de casu preciso non attenditur, & n. 18.
- 19 Observantia non efformatur ex unico actu.

## DECISIO III.

**V** Acato per obitum Hermanni Theodori Canonicatu antiquissimæ, & celeberrimæ Regalis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Aquisgranen. de eo à Sanctissimo provisus fuit Jacobus, qui ab Executore in litteris Apostolicis deputato fuit etiam in possessionem immisus, licet contradicente Capitulo, ob præsentem defectum in eodem Jacobo nonnullarum qualitatum ad formam Statuti dictæ Ecclesiæ, & alterius Cleri Secundarii Leodii requisitarum.

Expedito postmodum per eumdem Jacobum monitorio super manutentione, & executione respectivè litterarum Apostolicarum, istius vigore causa introducta coram A. C. Iste per sententiam pronunciavit litteras Apostolicas non esse exequendas, executionem revocandam, & manutentionem esse denegandam.

Appellavit Jacobus ad nostrum Tribunal, & quia hoc interim Canonicatum prædictum uti vacarem, ut prius impetraverat Paulus Plechelmus ex Baronibus à Rhede, curavit idcirco Jacobus R. P. D. Auditorem Eminentissimi Præfecti Signaturæ Justitiae declarari etiam causam executionis litterarum Apostolicarum Baronis spectare ad idem nostrum Tribunal, in eoque per me proponi sub die 7. Junij proximè præteriti duplex Dubium, alterum

Monacelli, Formul. Suppl.

complicatum super bono jure videlicet: An Canonicatus sit adjudicandus Jacobo, vel potius littera Apostolica Baronis à Rhede sint exequenda? & alterum super manutentione, nempe: An sit danda manutentio? sed nulla tunc capta resolutio ne ob suffragiorum scissuram, utroque in hodierna Audientia repropósito, produxit resolutio quoad primum Canonicatum esse adjudicandum Jacobo, quo verò ad alterum pariter favore ejusdem responsum fuit, ut ex altera mea decisione sub hac die pariter emanata.

Stetit ratio dicendi in eo, quod Jacobus nimirum provisioni Apostolice anterius alterius consimilis Baronis, ac in omnibus suis partibus justificatae, unde de jure eidem Canonicatus adjudicari debet, ad firmata per Rot. dec. 562. & 589. cor. Manzan. dec. 423. n. 1. & seqq. cor. Royas dec. 431. n. 6. cor. Bichio, & in Legionen. beneficii 18. Febr. proximè præteriti, §. Littere, cor. R. P. D. dell'Olmo.

Neque obstare visum fuit, quod cum ipse ortum habuerit à Patre illegitimo, hinc tam ex dispositione Statuti Ecclesiæ, ejusque longissimæ observantiae, quam etiam alterius Statuti Cleri Secundarii Leodii in, & de cuius Diœcesi est Civitas Aquisgranen. incapax sit hujusmodi Canonicatum assequendi.

Quo enim ad Statutum Ecclesiæ quidquid sit an illud comprehendat eos solum legitimè natos, quorum Parentes orti sunt ex damnato, & incestuoso coitu punibili secundum utriusque Juris censuram, an verò etiam omnes illos, quorum Parentes ex simplici fornicaria copula ortum habuerunt, prout verificantur in Patre Jacobi, ut in ejus præterito Summario super Dubio præsenti, num. 5. in hoc Doctores convenerunt, quod prædictum Statutum neque sit validum, neque possit comprehendere causum de quo agitur.

Et quidem est invalidum, quia contrariatur dispositioni juris, & Constitutionibus Pontificiis pro bono hujus Ecclesiæ regimine emanatis, atque caret Apostolica confirmatione, solumque fulcitur confirmatione Ordinarii, quem absolutum est, facultatem nequam habere authorizandi Statuta juri,

M &

& Constitutionibus Apostolicis contraria, cum hæc tantummodo sit reservata Summo Pontifici, ad Text. in cap. dilectus, de tempor. ordin. Abb. in cap. consuetudinis, n. 5. vers. conclude ergo, de consuetud. Gratian. discept. foren. cap. 894. n. 14. Barbos. de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. 3. allegat. 93. n. 29. Rot. decis. 3. num. 11. p. 5. recent. Adden. ad Burat. decis. 758. sub n. 13.

- 4 Quod autem tale Statutum sit contrarium dispositioni juris, liquet ex quo de jure à consecutione Beneficiorum Ecclesiasticorum repelluntur tantummodo nati ex illegitimo matrimonio, ut in cap. cum in cunctis, de elect. cap. 1. & ultim. de fil. Presbyt. Nati. verò ex legitimo matrimonio, etiam si babuerint parentem illegitimum, corundem beneficiorum capaces existunt, ut communiter probant Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 48. n. 7. & seqq. Bellet. disquisit. Cleric. par. 1. §. 3. tit. de disciplin. Cler. num. 55. Gonzal. ad reg. 8. glof. 8. n. 118. & seqq. Corrad. in prax. Benefic. lib. 2. cap. 12. num. 107. & seqq. Rot. dec. 45. n. 6. post Vivian. de jure patr. & in Tirasonen. Eleemosynaria 14. Novembris 1603. coram Lancellot. impress. post. conf. 35. Spad. tom. 2. n. 8.

Dum igitur Statutum incapaces reddit omnes illos, quorum Pater, vel Mater (sunt verba Statuti, de quo d. præterito Summario Jacobi, n. 3.) ex quovis Clerico ad aliquem ex Sacris Ordinibus promoto, seu alias damnato, & illico coiu procreatus fuerit, licet ipse nulla propria originis macula notari possit, dicitur proinde adversativum dispositioni juris secundum quam taliter nati ad hujusmodi Canonicatus assecutionem admitterentur Menoch. de arbitr. Jud. cas. 82. n. fin. Rot. in Toletana Canonicatus 18. Maii 1584. penes Marchesan. de commiss. par. 1. fol. mibi 288. n. 4.

Non relevante, quod cum de jure nati ex illegitimo matrimonio capaces non sint Beneficia Ecclesiastica consequendi, hinc Statutum talem incapacitatem extendens solummodo ad filios illegitimorum, non verò ad omnes eorum descendentes dici potius debeat præter, & ultra ius, non autem contra illud Ricciull. de Neophyt. cap. 6. nu. 14. & seqq. Escobar.

de purit. & nobilit. p. 1. qu. 2. n. 31. & 54. Barbos. de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. gl. 17. n. 24. & seqq.

Non enim per hoc quod Statutum extendit, & ampliat dispositionem juris ad solos filios illegitimorum, cessat ejusdem Statuti contrarietas cum eadem dispositione ex tali ampliacione, seu extensione promanans, sed semper firmum remanet, quod ea mediante destruitur id, quod ejus, & communis Doctorum opinio admittit, & tolerat, ex quo indebet, per gravantur filii illegitimorum, quamquam legitimè nati ad portandam suorum Parentum iniquitatem simul, & penam contra viri usque juris censuram, de qua Text. in cap. non debet, de reg. jur. in 6. & in can. numquam, & can. Sponsus 36. distinct. & in l. emancipatum, §. fin. & l. filium, ff. de Senat. l. & qui originem, §. quamvis major, ff. de munere. & honor. l. Sancimus. Cod. de pœn.

Neque obstant Doctores in objecto allegati, quia illi in locis supracitatis defendunt solum, quod hujusmodi Statuta prohibentia assecutionem Beneficiorum iis, qui descendunt ab Infidelibus, seu Mauris intra quartum gradum, sunt utilia in pluribus Ecclesiis, & quandoque etiam rationabilia, admittentes de exterio, quod tali utilitate, seu rationabilitate non obstante, ea sint contraria dispositioni juris, solumque observari debeat, quatenus Apostolica confirmatione fulciantur, ut videre est penes Ricciull. eod. tract. cap. 7. num. 1. & seqq. Escobar. loc. cit. num. 9. 12. & 59. Barbos. ibidem pariter, num. 29. & seqq. & optimè tradit etiam Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 44. n. 8. & seqq.

Quod verò dictum Statutum sit insuper contrarium Constitutionibus Apostolicis pro bono hujus Ecclesiæ regimine emanatis, deducitur ex quo Joannes XXIII. voluit indistinctè in Canonicos hujus Ecclesiæ recipi omnes, & quocumque Clericos alias habiles, etiam si de nobili, & militari genere minimè procreatos, ut ex ejus Constitutione ibi: Statuimus, quod quicumque Clerici ad hoc alias habiles, & idonei, licet non fuerint nobiles, vel de militari genere procreati in Canonicos recipi: dicto præterito sum-

*Summario Jacobi*, n. 2. Martinus quoque V. eos tantum ab hujusmodi Canonica-  
tuum affsecutione exclusos esse voluit,  
qui de legitimo matrimonio nati non  
essent, ibi: *Nullus de cetero in Canoni-  
cum recipiatur, nisi de legitimo fuerit  
matrimonio procreatus, eodem Summario*  
n. 4. quibus stantibus non admitterentur  
quicunque Clerici alias habiles ad for-  
mam Constitutionis Joannis, neque ex-  
cluderentur solummodo nati ex illegiti-  
mo matrimonio juxta alteram Constitu-  
tionem Martini, si subsisteret dispositio  
Statuti excludentis etiam legitimè natos  
ex parentibus illegitimis, cum, & hi ve-  
rè ex legitimo matrimonio procreati sint,  
& de jure habiles existant ad Beneficia Ec-  
clesiastica consequenda, ut supra firma-  
tum fuit, §. *Quod autem*.

Firmata ex his invaliditate Statuti, ac-  
cedit insuper quod adhuc ad summum  
comprehendere posset collationes facien-  
tas per Capitulum, non autem eas, quæ  
fiunt à Sede Apostolica, prout est illa,  
quam reportavit Jacobus ex defectu pote-  
statis, non enim Capitulum, Statutum  
conficiens, aut Episcopus illud confir-  
mans, facultatem habent imponendi le-  
gem Papæ in collationibus Beneficiariorum  
sibi reservatorum, ejusque provisios com-  
prehendendi, ad Text. in c. cum inferior,  
*de major. & obed. Lotter. de re benef. lib.  
2. qu. 38. n. 11. & Gonzal. ad reg. 8. glof. 9.  
§. 1. n. 52. & seqq. Amayden. de styl. Datar.  
lib. 1. c. 15. §. 3. n. 4. & seqq. Rot. dec.  
375. per tot. par. 4. rec. tom. 1. ac propte-  
rà ita etiam intellexisse, & voluisse di-  
cendum est, voluntatem à potestate me-  
tiendo Handed. conf. 20. n. 6. & seqq. lib.  
2. Rot. dec. 24. n. 12. coram Buratt. decis.  
258. n. 10. coram Cels. & dec. 38. n. 5. part.  
19. recent.*

Non obstantibus authoritatibus in  
contrarium adductis, quia omnes, vel  
loquuntur de Statuto fundamentali Ec-  
clesiæ, quod comprehendit etiam provi-  
sos Apostolicos, ea ratione, quia in li-  
mine fundationis unicuique est licitum  
apponere conditiones sibi benè visas,  
quæ postmodum inviolabiliter ab omni-  
bus sunt uti leges servandæ, ne alias  
Fideles à foundationibus beneficiariorum,  
& piorum operum retrahantur, ut benè

distinguit *Rot. decis. 375. n. 5. & 6. par. 4.  
tom. 1. & decis. 665. n. 14. par. 18. rec. &  
dec. 73. n. 14. & 15. coram Cerr. vel ubi  
Statutum Apostolica confirmatione ro-  
boratum existit, prout loquitur Lotter.  
de re benef. lib. 1. qu. 43. n. 41. juncto n. 10.  
& 11. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap.  
5. qu. 3. n. 89. & seqq.*

*Quo verò ad observantiam ea DD.  
probata non apparuit plenè, & conclu-  
denter cum circumstantiis specificis, &  
casui præsenti congruentibus, prout re-  
quiritur ad hoc, ut cum ea vis aliqua  
fieri possit, Rot. dec. 452. num. 20. coram  
Bich. dec. 380. n. 4. & dec. 913. num. 2.  
cor. Cerr. & in alia Leodien. seu Aqui-  
granan. Decanatus 20. Martii 1699. §.  
Neque hec nullitas, coram R. P. D. meo  
Caprara.*

Non enim probata dici potuit ex va-  
riis attestacionibus relatis in præterito  
*Summario Capituli super dubio manuten-  
tionis, n. 7. cum duobus seqq. cum omnes  
sint simplices fidæ, lite pendente à per-  
sonis interesse habentibus procuratæ,  
quæ ideo nullum gradum probationis  
constituunt Rot. dec. 260. nu. 11. & seqq.  
par. 17. dec. 389. n. 18. & seqq. par. 19.  
rec. & in d. Leodien. seu Aqui-granan.  
Decanatus, §. T alis, coram R. P. D. meo  
Caprara.*

Neque ex testimonio duorum His-  
toricorum, cum hi ultra suspicionem affec-  
tionis, quam habere præsumuntur er-  
ga hanc Ecclesiæ, cuius olim Cano-  
nici extiterunt, deteguntur quoque  
mendaces in ea parte, in qua asserunt  
non posse aliquem in Canonicum hujus  
Ecclesiæ adimiti, nisi sit ex nobili, &  
militari genere procreatus, resistente  
expressa Constitutione Joannis Vigesimali  
tertii superius relata, quo sit, ut ei-  
dem nulla fides sit adhibenda ad regu-  
lam, de qua Bald. in l. si ex falsis 42.  
n. 25. Cod. de transact. Rot. dec. 194. n.  
16. & seqq. par. 18. & dec. 73. n. 5. par.  
19. recent.

Neque demum ex quamplurimis acti-  
bus relatis eodem præterito *Summario  
Capituli, num. 10. cum eorum ferè nul-  
lus loquatur de Proviso Apostolico, qui  
fuerit rejectus, & rejectioni acquie-  
vit, sine quibus circumstantiis obser-*

17. vanta ex dictis actibus efformata, non dicitur esse in casu præciso, & per consequens nullius momenti reputatur, Surd. conf. 313. n. 32. & conf. 393. n. 20. & seqq. Rot. dec. 45. n. 6. & decis. 162. nu. 11. & seqq. cor. san. mem. Gregor. dec. 135. num. 12. & seqq. par. 10. dec. 355. num. 19. part. 11. dec. 96. num. 18. & seqq. & decis. 279. n. 7. part. 17. & dec. 98. num. 39. par. 19. recent.

Et licet duo ex dictis actibus verè loquantur de Proviso Apostolico, attamen eorum ultimus elicitus ex coacta dimissione Canonicatus facta per Baultz non merebatur allegari, ex quo ipse patiebatur defectus natalium in propria persona, ut in præterito *Summario Jacobi* super hoc eodem dubio, n. 6. unde nil mirum si Canonicatum coacte dimisit, quem resistente dispositione Juris, & particularibus constitutionibus Ecclesia haud poterat retinere.

Alter vero actus antiquus de anno 1594. consistens in dilata admissione Gerardii in Canonicum hujus Ecclesiae facta per Capitulum donec, & quousque ipse docuit de Parentum legitimitate, non relevat, sive quia talis dilata admissio non probat præcisam exclusiōnem Provisi Apostolici, sive quia probatio legitimatis Parentum fieri tunc potuit voluntariè per Gerardum ad redimendas vexationes, & lites per Capitulum super hoc pacto promotas, ut bene ad rem obseruat Rot. dec. 351. n. 15. Dunozet. Jun. decis. 443. n. 8. & decis. 547. n. 15. par. 5. & dec. 218. n. 12. part. 16. recent. sive demum quia ex tali actu tamquam unico nulla dici potest efformata consuetudo, seu observantia sufficiens, cùm hæc solummodo constituantur ex pluribus, & quidem continuatis actibus juxta theoreticam Bald. in rubr. C. qua sit long. confut. n. 2. Rot. decis. 381. num. 2. coram Seraphin. dec. 162. n. 12. coram san. mem. Gregor. dec. 226. num. 6. par. 4. tom. 2. dec. 513. num. 6. par. 5. dec. 304. num. fin. par. 12. & dec. 318. num. 23. par. 16. recent.

Denique in nihilum obstat potuit Statutum Cleri Secundarii Leodii (in &c de cuius Diœcesi esse dicebatur Ecclesia Beatae Mariæ Aquisgranen. ex latè firmatis

coram me in Leodien. jurisdictionis 17. Junii 1699. & 15. Martii anni præteriti) mandans, quod in Canonicum nemo recipiatur, nisi docuerit se ex legitimo matrimonio, & legitimis Patre, & Matre esse natum, ut in ejus cap. 3. præterito *Summario Capituli super dubio manutentionis*, n. 3.

Tum quia hujusmodi Statutum non probatur usu receptum in pluribus existentibus in Diœcesi prædicta, & potius de illius non usu etiam quoad Ecclesiam Beatae Mariæ Aquisgranen. liquet ex depositionibus Testium *disto Summario Jacobi*, n. 9. & 10.

Tum etiana quia caret confirmatione Apostolica, habetque solummodo confirmationem Nuncii Apostolici Colonie, qui facultatem non habebat confirmandi Statuta, Jura, & Constitutionibus Apostolicis contraria, ut pater ex ejus facultatibus specialiter habitas à san. mem. Alex. VII. ibi: *Condita Sacris Canonibus, & ejusdem Concilii Tridentini Decretis non repugnantia confirmes: dicto præterito Summario Jacobi*, n. 8.

Tum demum, quia quatenus etiam valida fulciretur Apostolica confirmatione, adhuc cum non sit Ecclesie fundamentalis, & generaliter tantummodo loquatur, numquam comprehendere posset Provisos Apostolicos, de quibus mentionem non facit, & sine qua Pontifex 20 non censeretur per quamcumque etiam speciale confirmationem, sibi aut suis successoribus legem imponere, propriamente authoritatem restringere in collationibus beneficiorum sibi reservatorum, Rot. coram Puteo in antiquis dec. 309. lib. I. dec. 2028. num. 2. 8. & 9. coram Coccin. repetita in rec. decis. 183. par. 6. dec. 73. num. 11. & dec. 89. sub num. 16. coram Cerr. dec. 127. nu. 14. & 15. par. 9. dec. 343. n. 12. & seqq. signanter n. 17. par. 16. & dec. 665. nu. 14. & seqq. par. 18. rec.

Et ita partibus auditis, &c.

R.P.D.

## R. P. D. M U T O.

Marsicen. seu nullius Jurisdictionis  
super bono jure.

Luna 7. Junii 1700.

## A R G U M E N T U M,

Jurisdiction quasi Episcopalis, quæ resi-  
det penes Abbates, signanter sub im-  
mediata Romani Pontificis protec-  
tione subjectos, cum Territorio se-  
parato respectu suorum Subditorum,  
est exenta, & omnino independens  
ab illa Episcopali, & Ordinario loci.  
Privilegia Apostolica non legalia  
enunciata in aliis Apostolicis privile-  
giis convincunt vera, & legalia.  
Observantia in actibus, tam judicia-  
libus, quam extrajudicialibus mul-  
tum, satisque confert in hac materia  
Jurisdictionali.

## S U M M A R I U M.

- 1 Jurisdiction quasi Episcopalis acqui-  
ri potest per inferiorem ex Epis-  
copi donatione, vel Apostolico In-  
dulso.
- 2 Centenaria, vel quadragenaria cum  
titulo probant Jurisdictionem quasi  
Episcopalem in Abbatis.
- 3 Exceptio firmat regulam in contra-  
rium, sicut non exceptuata concessa  
videtur.
- 4 Dictio nihil omnino, est generaliter  
negativa, adimitque e subiecto om-  
nem qualitatem.
- 5 Exempio Clericorum, & Monas-  
chorum ab omni Jure Episcopali,  
eorumque recepcione sub protectione  
B. Petri important omnimodam  
concessionem Jurisdictionis Episco-  
palis.
- 6 Sub nomine Pertinentiarum, & ver-  
bis pleno Jure omnia jura tempora-  
lia, & spiritualia continentur.
- 7 Interdictum, ne Episcopi audeant  
sine Pontificis licentia Monachos  
excommunicare, denotat omnem  
Monacelli, Formul. Suppl.

- 8 Facultas excommunicandi concessa  
Abbatibus arguit in ipsis Jurisdi-  
ctionem Episcopalem.
- 9 Collatio Sac. Ordinum, confessio  
Chrysostomis, ac consecratio Basili-  
carum, & Altarium excipitur in  
Abbate.
- 10 Facultas conferendi Ordines, & si-  
milia non possunt exerceri nisi ab ha-  
bentibus Jura Episcopalia.
- 11 Exceptuatio aliquorum iurium Episco-  
palium secum fert alia omnia ejus-  
dem generis non exceptta, fuisse Ab-  
batibus concessa.
- 12 Facultas accipiendi à quocumque E-  
piscopo Oleum Sanctum, Consec-  
rationes Altarium, & Ordina-  
tiones Clericorum arguit in Abbatie  
omnimodam exemptionem ab Or-  
dinario loci.
- 13 Breve, quod non reperitur, remanet  
probatum ex illius enunciativa, fa-  
cta in alio Brevi.
- 14 Observantia tribuit Fidem Brevi  
enunciato.
- 15 Omissio impressionis alicujus Brevis  
probat illius inexistentiam, præser-  
tim si exhibetur sumpcum.
- 16 Donatio Episcoporum, cum amplitu-  
dine verborum non restringitur ad  
simplicem exemptionem passivam,  
& Gubernium Ecclesie.
- 17 Privilegium Urbani II. tribuit Abbatie  
plenariam exemptionem, & Juris-  
ditionem quasi Episcopalem in toto  
Territorio.
- 18 Facultativa non inducunt necessitat-  
em, ut de verbo possis.
- 19 Licentia construendi, & cum Cruce se-  
gnandi Ecclesiæ denotat Jurisdi-  
ctionem quasi Episcopalem.
- 20 Facultas exercendi Pontificalia, &  
spiritualia eandem jurisdictionem  
quasi Episcopalem importat.
- 21 Dictio alia, importat similitudinem  
cum expressis, cum quibus mediante  
dictione, &, copulatur.
- 22 Ex lapsu temporis omnia presumuntur  
adimplera, maxime concurrente  
observantia, nisi contrarium pro-  
betur.

M 3 De-

- 23 *Decisiones Rotales unius cause de Stylo Tribunalis Rota veniunt supponenda in ejusdem cause revisione.*
- 24 *Jurisdictio non potest restringi, quo ad Monachos, & intra septa Monasterii, quoties est concessa, quo ad bona acquista, & acquirenda a Monasterio.*
- 25 *Prohibitio excommunicandi, & interdicendi aliquam Terram, & Clericos ejusdem Terra, arguit exemptionem localem, & personalem ab Ordinario loci.*
- 26 *Confirmationis Sacramentum suscipere debent instiandi prima Tonsura.*
- 27 *Facultas a Summo Pontifice concessa Abbatibus recipiendi Chrisma, Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, aliaque a quocumque Antistite fert secum jurisdictionem quasi Episcopalem.*
- 28 *Observantia longeva est optima interpres, & attendenda, multumque refert pro hac materia jurisdictionis, & n. 37.*
- 29 *Concessio litterarum dimissorialium pro ordinibus convincit in Abate adesse jurisdictionem quasi Episcopalem, ac territorium separatum.*  
*Idem de administratione Sacramenti Chrysostomatis.*  
*Idem de collatione Beneficiorum, & Ecclesiastarum.*  
*Idem de resignatione beneficiorum.*  
*Idem de confirmatione, vel reservazione juris patronatus.*  
*Idem de deputatione Vicarii, retentione Tribunalis, & cognitione causarum.*
- 30 *Observantia in obedientia praestanda Abati arguit in eodem jurisdictionem quasi Episcopalem.*  
*Idem in visitationibus factis ab Abbatibus.*  
*Idem in correctione Clericorum, & reformatione morum.*  
*Idem in approbatione Confessariorum.*  
*Idem de processibus factis ab Abate contra delinquentes, & de re-*
- missione illorum facta ab Episcopo.
- 31 *Descriptio facta in inventario publica auctoritate conferto de Territorio separato arguit exemptionem, ac jurisdictionem quasi Episcopalem in Abate.*
- 32 *Litterae Apostolice directae Abbati, tamquam Ordinario, convincunt jurisdictionem quasi Episcopalem in eo.*
- 33 *Denominatio nullius apposita in brevibus litteris Sac. Congregationum, vel aliis Apostolicis provisionibus, arguit eamdem jurisdictionem quasi Episcopalem.*
- 34 *Abstinentia Episcoporum ab actibus, tam judicialibus, quam extrajudicialibus in aliquo Territorio gravem inducit presumptionem jurisdictionis quasi Episcopalis penes Abbatem illius Territorii, & numer. 37.*
- 35 *Interpretatio nulla melior in rebus dubiis ea, qua desumitur ex subsequente observantia.*
- 36 *Etiamsi contrarius intellectus esset conformis privilegiis, essetque de jure verior, adhuc deferendum observantia.*
- 38 *Decretum, sive declaratio Sac. Congregationis a Papa approbata facit jus quoad omnes, tam pro casibus prateritis, quam futuris.*  
*Idem de constitutione.*
- 39 *Sententia mediante succubentis acquiescentia approbata, & executioni demandata fortius probant in quavis materia.*
- 40 *Sententia lata cum legitimo Contradictore facit statum, quoad alios non citatos.*
- 41 *Jurisdictio declarata in respectu unius ex locis comprehensis sub privilegiis respectu aliorum denegari non potest.*
- 42 *Observantia interpretativa, & declarativa privilegiorum probatur ex aliquibus actibus.*
- 43 *Status ultimus in qualibet materia est attendendus, & principium recte arguitur ex ultimo statu.*
- 44 *Observantia longi temporis non solum*

- Item sufficit pro interpretatione pri  
vilegiorum, sed etiam ad effectum  
præsumendo privilegium Apostoli-  
cum, vel alium iurum tributum  
jurisdictionem quasi Episcopalem.
- 45 Centenariam non est opus probare  
ad prescribendam jurisdictionem  
quasi Episcopalem, sed sufficit  
probare illius exercitum per 40.  
annos.
- 46 Titulus expressus, vel tacitus resul-  
tans à centenaria non requirit scien-  
tiam prescribentis.
- 47 Scientia resultat ex actibus palan-  
gestis.
- 48 Scientia resultat ex actibus particu-  
laribus.
- 49 Supposito cessante cessat etiam quod-  
cumque super illo dispositum est.
- 50 Protestatio omnem consensum exclu-  
dit.
- 51 Consensus subditi non præjudicat Su-  
periori.
- 52 Actus aequivacus numquam præjudi-  
cat.
- 53 Verba, quæ ad bene esse, & ad majo-  
rem cautelam proferuntur, nullum  
præjudicium irrogant.
- 54 Actus jurisdictionales pauci exerciti ab  
Episcopo in loco exempto eidem non  
suffragantur.
- 55 Assentia juris non suffragatur Epis-  
copis in loco exempto, & spectan-  
te ad Abbatem, cum jurisdictione  
quasi Episcopali.

## DECISIO IV.

Judiciales controversias, quas pro  
tuenda eorum Jurisdictione quasi  
Episcopali Abbates Cavenses retro-  
actis temporibus substinere coacti fue-  
runt cum Episcopis Caveni, & Caputa-  
quensi, acriori hodie renovata conten-  
tione ab Antistite Marsicensi modernus  
Abbas experiri compulsa est, non di-  
fimili tamen fato, nam sicut contra  
præfatos Episcopos, Abbates prædicti  
felicem litis exitum nacti sunt, ut pa-  
ret ex decisionibus emanatis in nostro  
Tribunali coram Vero spio, que eii  
post Tondut. de pension. decis. 31. & co-  
ram Emerix in rec. decis. 274 part. 17.  
ita hodiernus Abbas à Præsule Marsi-  
censi ad judiciale certamen vocatus,  
illud obtinuit ad sui favorem termina-  
ri, dum proposito per me dubio: An  
& qua sit jurisdictione Abbatis Cavense  
super Clero, Populo, & Terra Tramu-  
tula, ac si per Territorio rustico ibi anne-  
xo? Competere Jurisdictionem quasi E-  
piscopalem Abbati, intrepidè DD. res-  
pondent.

Juridicum sanè, & stabile hujus re-  
solutionis fundamentum desumpserunt  
DD. tam ex donationibus Episcopo-  
rum, & privilegiis Summorum Ponti-  
ficium, quam ex præscriptione legitima  
nendum centenaria, sed etiam quadra-  
genaria cum titulo, ex quibus singulis  
etiam seorsim sumptis probari, &  
acquiri posse ab inferiore jurisdictionem  
quasi Episcopalem, & Territorium  
separatum firmat de donationibus Epi-  
scoporum favore Ordinis Cassinensis,  
Rot. in Capuana, seu Montis Casinen.  
Parochialium 10. Martii 1679. §. Ex  
tot. igitur, & §. Nec obstat, coram bon.  
mem. Bourlemon, de Privilegiis Ponti-  
ficium; est Text. in cap. quoditis 15. de præ-  
script. capit. cum persona T. de privil. in  
6. Gratian. discept. 212. num. 17. Mo-  
dern. Salentin. consult. canonic. 26. num.  
15. 18. & 23. in fine, tom. 2. & consult.  
85. numer. 17. tom. 5. Rota in recent.  
decis. 394. numer. 4 part. 1. coram Royas  
decis. 218. num. 17. & decis. 216. numer.  
13. & in Nonantulana Jurisdictionis 22.  
Junii 1693. §. Etenim, coram R. P. D.  
meo Caprara. Et in puncto Ecclesiastum  
ad Monasterium Casinen. spectan.  
Rota coram Bich. decis. 456. ex numer.  
10. & in dicta Capuana, seu Montis  
Casinen. Parochialium 10. Martii 1679.  
§. Nec inde, & seqq. & §. Ex præfatis,  
coram bon. mem. Bourlemon. 17. Junii  
1686. §. Primum enim, coram clar. mem.  
Card. Mattheo, & 6. Aprilis 1693. §.  
Primum vero, coram bon. mem. Urfino,  
& magis inspecie hujusmet Abbatum Ca-  
vensis Rota in recent. decis. 274 num.  
1. & 2. part. 17. & post Tondut. de pen-  
sion. decis. 31. num. 5. & de centenaria,  
ac quadagenaria cum titulo probant

M 4 au-

authoritas inferius referendæ , §. Prædictaque , &c.

Et quidem attentis donationibus Episcoporum factis anno 1144. & 1166. In his enim Abbatii conceditur Ecclesia S. Petri Tramulæ cum omnibus Tenutis, Possessionibus, Stabilibus fructiferis, & infructiferis, alisque omnibus ad Episcopos quoquo modo pertinentibus, quæ juncta cum alia donatione anno 1154. eidem Abbatii facta à Sylvestro Marsici Comite de Terra Tramulæ pleno jure, cum interventu Episcopi Marsicen. in Abbatem transferunt Ecclesiam cum Terra, & toto Territorio rustico ibi annexo, & quidem cum jurisdictione quasi Episcopali, cum hoc suadeant præfatae concessiones Episcoporum factæ ad hoc, ut Abbates pro tempore possint Ecclesiam regere, gubernare, ordinare, & facere quicquid ad eorum libitum placuerit sine Episcopi, & successorum contrarrietate, mortuorum cadavera undecumque delata fuerint in cæmeteriis factis, & faciendis absque ulla Episcoporum exactione sepelire, Monachos, & Sacerdotes, & Clericos in eisdem Ecclesiis immittere, & retinere ab omni Episcopali onere immunes, adeout nihil omnino ab ipsis, aut aliis hominibus, qui sint juris, & ditionis ipsarum Ecclesiarum perere possint nisi solitum censum ab Ecclesia S. Petri Episcopis Marsicensibus solvi consuetum *Summ. impresso Abbatis*, n. 1. & manucripto num. 1. Quæ omnia important translationem jurisdictionis quasi Episcopalis in Abbates, cum alias actibus ab ipsis gestis contradicere possint Episcopi, tamquam Superiores: Ecclesiæ, Monaci, Sacerdotes, ac Clerici ab omni Episcopali onere immunes non essent, unica tantum adjecta exceptuatione præstationis soliti census, ut de prohibita contradictione Episcopi, & de exemptione ab omni Episcopali onere cum facultate tributa Abbatibus faciendi quicquid voluerint, firmant authoritates infra relate, §. Clericus. Et de præstatione folius annui census ab Abbatie facienda, quæ operatur, ut cætera non exceptuata, translata dicantur in Abbatem, in

specie Rota in recent. decif. 216. n. 2. vers. ponderata signanter reservatione solutionis dicti anni census part. 8. & cor. Seraph. dec. 1025. n. 7. & 20.

Considerata ulterius dictione illa, nihil omnino, quæ est universalis negativa, & omnem prorsus Jurisdictionem ab Episcopo adimit, cuiuscumque qualitatis, & generis illa sit, ut ponderata simili dictione generaliter exclusiva in specie, Pignat. consult. can. 85. n. 8. tom. 5. Rota cor. Bich. dec. 456. n. 6. & in Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Urbanus autem in fine, coram R. P. D. Bourlem.

Clarius hoc ipsum convincunt privilegia Apostolica Summorum Pontificum, nempe Urbani II. Eugenii, & Alexandri III. in quibus omnes, & quascumque Ecclesiæ Monasteria, res, & bona tunc possessa, & in futurum acquirenda à Monasterio, & Monachis recipiunt sub immediata B. Petri protectione, solique Romanæ Ecclesiæ subjiciuntur, cum expressa prohibitione, ne aliqua persona, sive Ecclesiastica, sive Sæcularis aliquam quoquo modo molestiam inferat, & perturbationem, eximendo Clericos, & Monachos ab omni jure Episcopali, itaut in nullo Episcopali jure, seu contentiosa jurisdictione respondere Dicecesanis Episcopis teneantur *Summario numer. 3. litt. K.* & numer. 4 litt. A. & E. Ex quo modo eximendi, & recipiendi sub protectione B. Petri omnimodam exemptionem, & concessionem jurisdictionis Episcopalis resultate firmant *Pignatelli. consult. can. 95. n. 56. & seqq. & sub 19. tom. 5. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quest. 5. n. 12. Cokier. de jurisdictione in exempt. part. 1. quest. 9. numer. 1. vers. deinde, & num. 10. vers. secus, Rota coram Seraph. 1025. num. 3. & seqq. coram Bich. decif. 459. numer. 4. Pelinger. dec. 12. numer. 26. in recent. dec. 196. sub num. 20. part. 8. in dicta Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Nec hodie, §. Modus autem, §. Urbanus, §. Innocentius, §. Et demum, coram Reverendissimo Bourlemon. 17. Junii 1686. §. Primum enim, cor. clar. mem. Card. Matthæo & 6. Aprilis 1693. pri-*

Primum vero, coram bon. mem. Ursino, & in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. Etenim, coram R. P. D. Caprara, & in terminis hujus Privilegii Alexandri III. favore Abbatis Cavensis respondit Rot. decis. 274. num. 2. par. 17. recent.

Principiū quia in d. Privilegio Alex. HI. dum exprimitur Monasterium S. Petri de Tramutula, subditur illud, & Ecclesias de quibus in eodem Brevi esse exemptas cum Juribus, & pertinentiis suis, & omnibus suis membris pleno Jure Summ. Abbatis, dicto num. 4. litt. B. & E. Si enim Papa donationes Monasterii, & Ecclesiarum factas Abbatii eidem confirmat cum juribus, & pertinentiis, & membris pleno Jure, hæc confirmatio operatur, ut in Abbatem translata dici debeant omnia Jura Episcopalia, cum sub nomine pertinentiarum, & verbis pleno Jure omnia Jura temporalia, & spiritualia continentur, ut de pertinentiis, Latus allegat. 139. num. 10. & seqq. Rota coram Ninot. decis. 78. num. 3. Coccin. decis. 1925. num. 6. & 13. in recent. decis. 49. num. 4. & seqq. part. 13. & de verbis Jure, Oliva de reform. Eccles. part. 3. cap. 15. numer. 32. Barbos. in Episcop. par. 3. allegat. 89. num. 4. ubi plures alios citat.

Et fortius quia interdictum quibuscumque Episcopis, ne audeant loca, vel Monachos, & absque Romani Pontificis expressa licentia excommunicationis, & interdicti pœnis subjecere dicto Summ. num. 3. litt. E. & num. 4. litt. F. que juncta cum concessione facta Abbatii omnium iurium, pertinentiarum, & membrorum pleno jure, & cognitione Causarum inter subditos eidem reservata, denotat omnem Jurisdictionem ablatam fuisse Episcopo, & translatam in Abbatem, in specie Pignatelli. consult. can. 8. num. 89. tom. 7. Rota coram Bich. decis. 459. num. 7. & in dicta Capuana, seu Montis Casini. Parochialium 1679. §. Nec inde, §. modus §. Urbanus, & §. Alexander, coram Reverendissimo Bourlemont, & in Marsicana seu Nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. Nec contra, coram Rever. Thron.

Quodque plus est, ipsiismet Abbatibus Cavensibus datur facultas excommunicandi personas cuiuscumque generis status, & præminentiae, quæ auderent Monasterium Cavense in suis juribus, possessionibus, & libertatibus perturbare, ut in Bulla Urbani II. Bullar. Cassinen. la 9. sub num. 24. & in alia Pauli III. eodem Bullar. Constat. 156. sub num. 2. tom. 1. Ex qua facultate excommunicandi concessa Abbatibus in dubium est argui in ipsos Jurisdictionem quasi Episcopalem translatam fuisse, ut tradit in specie Rota in recent. decis. 483. num. 11. par. 14. decis. 69. num. 25. & seqq. par. 19. & coram Bich. decis. 459. num. 26.

Et in eodem Brevi Urbano transrente jurisdictionem in Abbatem excipitur collatio Sacr. Ordinum, & Confectio Chismatis, & consecratio Basilicarum, & Altarium, ut in Bullario Casinen. Constat. 9. num. 8. tom. 1. & in decis. 31. num. 5. post Tondut. de Pensionibus, quæ cum exerceri non possint nisi ab habentibus jura Episcopalia, cap. 10. Aqua, de consecrat. Ecclesiarum, & Altarium, can. prelectis, distinct. 25. & habetur in Sac. Conc. Trid. sess. 25. de Sacram. Ordinis, can. 4. ac tradit Ugolin. de Episcop. par. 2. cap. 28. num. 1. & alii 11. passim, ab hac exceptione aliquorum iurium Episcopaliū infertur, alia omnia ejusdem generis, que exceptuata non fuerunt Abbatibus fuisse concessa, ut in puncto hujus Brevis Rot. post Tondut. de pension. d. decis. 31. num. 5. & generaliter, coram Dunoz. Jun. decis. 812. num. 26. & in recent. decis. 762. num. 11. par. 18.

Insuper in Brevi Eugeniano conceditur Abbatibus facultas accipiendi à quo cumque Catholico Antistite dictum Christma, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, sive Basilicarum, & ordinationes Clericorum, Summ. Abbatis, num. 3. litt. B. que omnia tanquam ordinem concernientia peri ab Episcopo Marsicen. debuissent, nisi omnis lex jurisdictionis, & Diocesis ab eo abdicata esset, & propterea ab hac facultate Abbatii concessa argui in eo omnitudinem exemptionem ab Episcopo Marsic. & ju-

& jurisdictionem quasi Episcopalem  
cum Territorio separato firmat Pi-  
gnatell. consult. Canonic. 8. sub numer.  
12. & num. 90. tom. 7. & num. 102.  
ubi dicit, quod Abbas nullus potest  
vocare quem voluerit pro dictis Sa-  
cramentis administrandis, Tondut. ref.  
benef. lib. 1. cap. 60. sub num. 3. vers. ve-  
rum quia, & favore Abbatis Casinen.  
Rota in Capuana, seu Montis Casi-  
nen. Parochialium 1679. §. Modus  
enim, coram Reverendissimo Bourle-  
mont, & contra Episcopum Marsicen.  
coram Bich. decis. 459. num. 8. & seqq.  
ubi alios refert, & favore Abbatis Ca-  
vensis decis. 31. num. 5. post Tondut. de-  
pension.

Non obstante, quod predictum pri-  
vilegium Eugenii III. non sit verum,  
nec legale, dum illud non reperitur in  
Bullario Casinensi registratum; Illius  
quippe veritas comprobatur, ex quo  
Breve Eugenianum enunciatur in dicto  
alio Brevi, seu Privilegio Alexandri  
III. postea emanato, quod sufficit ad  
convincendam Brevis enunciati verita-  
tem, & legalitatem in specie, Rot. in  
decis. 191. sub num. 6. versic. & quate-  
nus, par. 8. coram Cerro decis. 463. sub  
num. 16. & in dicta Nonantulana Juris-  
dictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat,  
coram R. P. Di Caprara, maximè quia  
illud docetur observatum mediante e-  
xercitio plurium actuum, jurisdictionem  
quasi Episcopalem denotantium, de qui-  
bus infra, quod sufficit, ut eidem sit  
fides adhibenda tamquam vero, & le-  
gali, cum observatione scripturæ eriam  
informis præbeat fidem, & robur, ut  
prosequitur Rota in rec. dicta decis. 191.  
num. 7. 10. & 11. part. 8. decis. 220.  
num. 20. & decis. 221. num. 2. part. 9. &  
in Nonantulana Jurisdictionis citato §.  
Non obstat in fine. Nec probata lega-  
litati hujus. Privilegiis obesse potest  
omissa illius impressio in Bullario Ca-  
sinensi, cum enim ex incuria Collectoris,  
vel alia ex causa omitti potuerit,  
talis omissione non existentiam non con-  
vincit, dum exhibetur illius sumptum  
legitimè extractum ab Archivio Ca-  
vensi, quod facit plenissimam proba-  
tionem contra omnes, ut de aliis Archi-

viis Congregationis Casinensis Ad-  
den. ad Buratt. decif. 667. num. 23. &  
seqq. Rot. coram Merlin. decis. 264. num.  
17. & seqq. & in recent. decis. 56. num.  
35. part. 19. & in dicta Capuana 1679.  
§. Immo.

Minus obstat, quod donationes Epi-  
scoporum nihil aliud importent, quam  
nudam facultatem regendi, & gubern-  
andi Ecclesiam Tramulæ, & Pri-  
vilegia Apostolica arguant simplicem  
exemptionem Monasterii, Monachor-  
um, & familiarium, ex quo inferi  
non possit tributa Jurisdictione quasi Epi-  
scopalnis in alios Clericos, & Homi-  
nes existentes in Terra Tramulæ;  
Quoniam respectu donationum cùm in  
utraque ex eis concedatur non solum  
Ecclesia, sed Tenute Terræ, Posse-  
ssiones Vineæ, Arbores, Montes,  
Stabilia fructifera, & infructifera,  
omniaque ad Episcopum pertinientia,  
& ex supradictis constet Episcopos do-  
nantes omnem Jurisdictionem voluisse  
comprehendere, hæc amplitudo ver-  
borum operatur, ut donationes contra  
propriam naturam, & significationem  
non possint restringi ad solam Eccle-  
siam Tramulæ, nec ad simplicem  
exemptionem passivam, & gubernium  
Ecclesie in specie, Rota coram Duno.  
Jun. decis. 100. sub num. 8. vers. nec 16  
subsistit, & num. 9. & generaliter Sera-  
phin. Massin. de Confiscat. quæst. 39. &  
in Romana, seu Balneoregion. fideicom-  
missi 8. Martii præteriti, §. Non subsi-  
stit, coram me; Respectu vero Prive-  
legiorum illud Urbani II. impressum in  
Bullario Casinensi Confiscat. 9. tom. 1.  
tribuere Abbati plenariam exemptionem,  
& jurisdictionem quasi Episcopa-  
lem in toto Territorio, aperiè decimum  
legitur in d. decis. 31. num. 5. post Tond.  
de Pension. & in rec. decis. 274. num. 1. &  
sequente. part. 17. Non obstante quod il-  
lud contineat duplice qualitatem con-  
structionis Ecclesiarum prius ab Abbatie  
faciendæ, & situationis in Dicepsi Sal-  
ernitana; Quoniam onus construendi  
Ecclesiæ tantum absit, quod deduci  
valeat ab illis: Possit Ecclesiæ con-  
struere, cum Cruce signare, aliaque Pon-  
tificialia, & Spiritualia exercere.  
que

que ut facultativam necessitatem non inducunt, quemadmodum de verbo pos-  
sis tradunt Desider. Guid. cons. 16. num.  
35. Cassill. contr. lib. 5. cap. 14. num. 24.  
Urceol. decis. Florent. 38. num. 6. Rot.  
in rec. decis. 119. num. 11. par. 10. ut po-  
tius ex eis contrarium convincatur,  
quod nempe tributa fuerit Abbatii Ju-  
risdictio quasi Episcopalis, quam deno-  
rat facultas, & licentia construendi,  
& cum Cruce signandi Ecclesias solis  
Episcopis competens, §. Sanctorum Auth.  
ut nullus fabricet Oratorii domos præ-  
ter voluntatem Episcopi can. nemo, ubi  
gloss. verb. veniat de consecr. dist. I. Pia-  
sec. in prax. Episc. p. 1. c. 3. à num. 1. Fusch.  
de Visit. lib. 2. cap. 10. num. 2. Zerola in  
prax. Episcop. p. 1. verbo Eccles. in prin-  
cipio; Maximè quia est juncta cum fa-  
cultate exercendi Pontificalia, & Spi-  
ritualia, que sicut Jurisdictionem quasi  
Episcopalem importat Rot. in recent. di-  
cta decis. 274. num. 1. par. 17. & in decis.  
106. num. 20. p. 19. & decis. 31. num. 5.  
post Tondut. de Pension. ita illam impor-  
tare debet facultas, seu licentia con-  
struendi, & cum Cruce signandi Eccle-  
sias in unica periodo, & oratione adje-  
cta, ne alias eadem determinatio respi-  
ciens plura determinabilia ea disformi-  
ter determinet contra regulam text. in  
l. jam hoc jure ff. vulg. & pupill. de qua  
Seraph. Massin. de confit. quest. 45. nu-  
m. 55. & in Roma seu Baneoregion. Fidei-  
commis. 2. Decemb. præteriti §. Cum quo  
proprio coram me. Præcipue dum post ex-  
pressas ceras species superadduntur di-  
cta generalia, & alia Pontificalia, &  
Spiritualia exercere, quod denotat spe-  
cies jam recensitas esse de eisdem Ponti-  
ficalibus, & Spiritualibus, cum in his  
terminis dictio alia importet similitudi-  
nem cum expressis, cum quibus mediane-  
re dictione Et, copulatur, & conjungi-  
tur, juxta doctrinam Bartoli in leg. qui-  
dam relatus, in princip. ff. de verb. dubiis,  
quam sequitur Rota in recent. decis. 200.  
num. 14. p. 7. & in Melphiten. Cappella-  
nie 4. Julii 1698. §. Quin adversari, co-  
ram me.

Sed dato etiam per hypothesisim,  
quod constructio Ecclesie esset necessa-  
ria adhuc ex lapsu tanti temporis cum

observantia favore Abbatis, & quasi  
possessione exemptionis, illa præsu-  
meretur, nisi Episcopus, qui Abba-  
tis possessionem turbare prætendit, con-  
trarium probaret bene in specie Rot. co-  
ram Seraph. decis. 1336. num. 2. & 3. &  
seqq.

Situatio vero in Diœcesi Salernitana  
pariter in dicto Brevi non requiritur,  
cum Jurisdictio concessa fuerit univer-  
saliter in omnibus locis Abbatis Caven.  
ut patet ex dicta decis. 31. post Tondut.  
ubi controversia erat cum Episcopo  
Caven. & ex dicta decis. 274. par. 17.  
ubi contentio erat cum Episcopo Ca-  
putaque. super Castro in ejus Diœcesi  
sito, & tamen firmatum fuit Abbatii  
competere jurisdictionem quasi Epis-  
copalem, que decisiones hodiè juxta  
stylum nostri Tribunalis veniunt sup-  
ponendæ Rota coram Cerro, decis. 209.  
num. 5. & in Romana fideicom. de Albore-  
ghettis 3. Decemb. 1696. §. Existentia,  
cor. R. P. D. meo Scotto, & 9. Julii 1698.  
§. Argumenta vero, coram R. P. D. meo  
della Tremoille; Et in specie contra Mar-  
sicens. Antistitem Rota in Marsicana,  
seu Montis Casin. jurisd. 22. Martii  
1686. Nil refragante, cor. clar. mem.  
Card. Matthejo.

Alia Privilegia Eugenii, & Alexan-  
tri III. data in Summ. Abbatis num. 3.  
& 4. & quorum ultimum habetur etiam  
in Bullario Casin. 182. in ordine, & 24  
ordine, & cum illo ad unguem concor-  
dat; pariter concedunt jurisdictionem  
quasi Episcopalem, ut supra ostenum  
est, etiam extra Monasterium, & Mona-  
chos; Tum quia in eis Summus Pon-  
tifex loquitur de omnibus Monasteriis,  
cellis bonis, & Ecclesiis Monasterio  
Caven. concessis, & in futurum acqui-  
rendis, sive Parochialibus, & habenti-  
bus populum, sive non cum suis iuribus,  
& pertinentiis, siveque jurisdictio non  
potest restringi ad Monachos, & intra  
septa Monasterii, sed omnes alias Ec-  
clesias, populum, & bona à Monaste-  
rio acquisita, vel acquirenda, & si-  
gnanter totam Terram Tramutulae ei-  
dem à Marsici Comite donatam compre-  
henduntur in puncto. Rota coram Mar-  
tin. Andrea decis. 54. sub num. II. &  
seqq.

seqq. Dunozet. Jun. decis. 988. num. 3.  
decis. 1001. num. 3. versic. non obstat in fine,  
num. 8. & 9. vers. Nec subsistit, &  
decis. 274. num. 1. par. 17. & in Nonantula  
lana jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non  
obstat, quod Abbates, coram R. P. D.  
meo Caprara; Tum etiam quia in utro  
que privilegio prohibetur Episcopis, ne  
audeant absque Romani Pontificis licen  
tia interdicere loca Monachorum, vel  
excommunicare Monachos, aut Cleri  
cos in eisdem locis commorantes, quæ  
prohibitio excommunicationis, & in  
terdicti cum afficiat Terram Tramutulæ,  
quæ in utroque Brevi recensetur  
inter dicta loca Abbatis Cavensis, &  
Clericos in ea existentes, necessario  
dicendum est dictam Terram, & Cle  
ricos in ea degentes ab Episcopali Juris  
dictione esse exemptos, & per conse  
quens exemptionem locorum, jurisdictionem  
super eis Abbatii concessam ad  
solum Cœnobium, & Monachos re  
stringi non posse, ut in specie firmat  
Rot. in sapè laudata Capuana, seu mon  
tis Casinæ. Parochialium 1679. §. Mor  
dus enim, & sequent. coram bon. mem.  
Bourlemon; Tum demum, quia in Pri  
vilegio Eugeniano datur facultas Abbatii  
accipiendi Chrisma, Oleum Sanctum,  
Consecrationes Altarium, sive Basilica  
rum, Ordinationes Clericorum, tam in  
Cœnobio ipso, quam in adjacenti Villula  
à quocumque catholico Episcopo Sum  
mario Abbatis, num. 3. littera D. Cum  
enim perceptio Christiatis non possit in  
telligi pro Monachis, qui ad Novitia  
tum, & professionem non admittuntur,  
nisi confirmationis Sacramento robora  
ti fuerint, sicut nec de Clericis Ecclesiæ  
inservientibus, dum Clerici nec ipsa pri  
ma Tonstra initiantur, nisi suscepint  
confirmationis Sacramentum, ut ex  
presa sancitur in Sacr. Trident. Concil.  
Jeff. 24. de reform. cap. 4. ibique Barbos.  
num. 1. vers. qui Sacramento de Episcop.  
p. 2. allegat. II. num. 6. & de jur. Eccles.  
lib. I. cap. 38. nu. 36. Pias. in prax. Episc.  
p. 1. cap. 1. sub num. 24. Molphei in Summa  
Theolog. moral. tract. 2. cap. 3. num. 25. Fa  
cultas recipiendi à quocumque Episcopo  
concessa, omnino censi debet pro aliis  
personis in locis Abbatii subjectis habi  
tantibus, prout de hoc, alisque Sacra  
mentis superiùs recensitis clarè se ex  
pressit Summus Pontifex ibi: Tam in  
Cœnobio ipso, quam in adjacenti Villula:  
Ac proinde, facultas recipiendi Chris  
ma, Oleum Sanctum, Consecrationes  
Altarium, & Ordinationes Clericorum  
intelligi debet tam pro Monasterio, &  
Monacis, quam pro aliis locis & Sub  
ditis Abbatii; Signum evidens est,  
quod eisdem in toto suo Territorio, &  
super omnes Subditos tributa dici debet  
Jurisdictio quasi Episcopalis, quæ resul  
tat à libertate Abbatii concessa recipien  
di hujusmodi Sacraamenta à quocumque  
Antistite, juxta authoritates suprà rela  
tas §. Insuper.

Hæcque omnia, quæ de per se clara  
sunt, adhuc clariora redduntur ex subse  
quita observantia, dum Abbates indi  
stinctè, in toto eorum Territorio exer  
cuerunt omnes actus jurisdictionales;  
Ipsi enim litteras dimissoriales Episco  
po Marsicen. direxerunt, Primam Ton  
suram, minores Ordines, Chritma, &  
beneficia contulerunt, illorumque resi  
gnationes admiserunt, Jurispatronatus  
confirmatunt, concursum ad Parochiales  
indixerunt, Sacraamenta administra  
runt, Synodos convocatunt, Juris  
dictionem in Causis Spiritualibus, tem  
poralibus, Civilibus, Criminalibus, &  
Mixtis in Territorio Tramutulæ, &  
promiscuè exercuerunt, & ad hunc ef  
fectum Vicarium constituerunt, nec  
non Archipresbyterum in eodem loco  
deputarunt, à quo, & ab universo Cle  
riko Tramutulæ Abbas quotannis inter  
Missatum solemnia exegit obedientiam;  
de decimis etiam ruralibus disposue  
runt, illarum partem concedendo Cle  
riko Tramutulæ, omnes ejusdem loci Ec  
clesias, locaque pia visitarunt, actus  
Pontificales faciendo in visitatione,  
disciplinam Ecclesiasticam ordinarunt,  
mores Clericorum correxerunt, confes  
sarios etiam pro Sæcularibus approba  
runt, Processus confecerunt indistinctè  
contra omnes de populo delinquentes,  
istisque fuerunt ad Abbates remissi, quo  
ties capti fuerunt ab Episcopis Marsi  
cenisibus, qui ulterius in suis Epistolis  
eundem Abbatem Ordinarium, &  
Tra-

Tramutulam nullius Diœcesis nominarunt, quarum aliquæ etiam à moderno Episcopo scriptæ fuerunt ad Monasterium Cayense ubi habens jurisdictionem Spiritualem; & ordinariam fuit descriptum in Inventario authoritate Regia confecto, & Curia Romana ad eundem Abbatem litteras absolutorias, matrimoniales, & similes, tamquam ad Ordinarium remisit, ceteraque alia Jus Diœcesanum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem præferentia peregerunt, ut latè haberet ex Summario impresso Abbatis numer. 6. ac pluribus seqq. usque ad finem, & testantur in individuo Nicol. inflosc. ver. Abbas, n.8. & Instit. Canon. tom. 2. lib. 5. tit. 38. de paenitent. & remiss. sub num. 10. versic. Limita tamen primo, & tit. 39. de Sent. Excommunicat. sub num. 218. versic. nota quod, Fagnan. in cap. cum contin. sub numer. 43. versic. Abbas Monasterii Sanctiss. Trinitatis Caven. & versic. Abbatii Monasterii Sanctissima Trinitatis, de for. compet. & in cap. significasti 8. num. 85. de Offic. Archidiac. Panimoll. decis. 30. adnot. 2. num. 24. 29 Rota post Tondut. de pension. decis. 31. num. 2. seqq. & num. 6. & in rec. dicta decis. 274. num. 5. & 7. par. 17. Qui actus etiam de per se sumpti sufficietes sunt ad convincendam Jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum in Abbatie cum Clero, & Populo, ut de concessione dimissorialium Card. de Luca de jurisdict. disc. 12. sub num. 17. Pignat. consult. 26. num. 17. tom. 2. & consult. 8. num. 90. tom. 7. & consult. 59. num. 10. tom. 8. Grat. discept. 112. num. 25. & seqq. num. 48. & 49. Ciarl. contr. 46. num. 19. & contr. 220. num. 99. & seqq. Barbos de Episcop. alleg. 7. num. 8. ubi affert Decretum Sacr. Congregationis de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 17. num. 95. ad Concil. sess. 23. de reformat. cap. 10. num. 14. Tambur. de jur. Abb. tom. 2. disp. 2. quast. 26. num. 2. & 3. Rota post eum, decis. 117. num. 4. tom. 3. Merlin. decis. 264. num. 6. & in recent. decis. 204. num. 4. & 5. part. 19. Et favore Abbatis Caven. Rota post Tondut. dict. decis. 31. num. 1. & seqq. num. 7. ubi quod ita declaravit Sacr. Congregatio Concilii de

collatione ordinum Grilenz. cons. 142. num. 47. Ciarl. contr. 67. num. 28. contr. 220. num. 120. & sub num. 238. Pignat. consult. canon. 26. num. 16. & seqq. tom. 2. Rota coram Zaratta, decis. 21. num. 33. Et in terminis hujus Abbatis Cavenis Rota post Tondut. de pension. decis. 31. n. 1. & seqq. sub num. 4. & 7. in rec. dicta decis. 274. num. 5. & 7. par. 17. de administratione Sacramenti Chrismatis contra Episcopum Marsicen. Rota coram Bich. decis. 359. num. 25. & favore Abbatis Caven. Rot. post Tondut. de Pension. dec. 31. num. 4. & 6. in recent. decis. 274. num. 7. par. 17. in quarum utraque refertur Decretum Sacr. Congregationis Concilii approbatum mediante Constitutione Pontificia super hoc specifico actu la 238. in Bullar. Casinen. tom. 1. De collatione Beneficiorum, & Ecclesiarum, quæ prætenduntur exemptæ in terminis Ordinis Casinensis, Rot. in dicta Capuana, seu montis Casinen. Parochialium 1679. §. Concurrit, & §. Pertinentia, cor. bon. mem. Bourlemon, & 9. Aprilis 1693. §. Demum, coram bon. mem. Ursino. In terminis Abbatis Caven. Rota in dicta decis. 274. num. 5. & 7. par. 17. recent. Et generaliter Oliva de For. Eccles. part. 3. cap. 15. num. 27. Bellet. disquif. Cler. tit. de jurisdict. Abbatis S. Michaelis, §. unico, num. 4. Pignatell. consult. can. 85. num. 15. tom. 5. Rota in rec. decis. 203. num. 13. par. 7. coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4. decis. 1001. num. 6. Coccin. decis. 1054. num. 2. & in dicta Marsicana, seu montis Casinen. 1686. §. Fundamentum, in Nonantulana jurisdict. 22. Junii 1693. §. Non obstat quod privilegia, coram R. P. D. meo Caprara; de Resignatione beneficiorum in dicta decis. 274. num. 6. par. 17. recent. in dicta Capuana, seu montis Casinen. Parochialium 1689. §. Concurrit; de Confirmatione vel reservatione Jurispatronatus requirente consensum Diœcesani, Viviani de jure patr. lib. 2. cap. 1. num. 20. Bellet. disqu. Cleric. par. 1. dicto §. unico, num. 4. Desider. Guido inter decis. Trivisan. decis. 55. num. 10. & 23. lib. 2. Rota in Barchinon. jurisdictionis 22. Maii 1681. §. Sicut etiam coram clar. mem. Card. Matthejo, & pluribus relatis in dicta Marsicana, seu

seu montis Casinen. jurisdictionis 12. Martii 1686. §. Fundamentum, coram eodem. De indicendo concursu ad Parochiales, Pignateli. consult. can. 8. num. 17. & consult. 73. tom. 7. Card. de Luca de jurisdictione. dict. 12. num. 17. Rota coram Dunoz. Jun. decis. 988. num. 4. & decis. 1001. sub num. 6. Zarata. decis. 21. num. 33. in recent. decis. 197. num. 20. p. 8. in Nonantulana jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat, quod Abbas, coram R. P. D. meo Caprara, & in puncto Abbatis Casinen. Rota in dicta Capuana, seu montis Casinen. 1693. §. Demum, coram bon. mem. Ursino, & favore Abbatis Cavenensis eadem Rota post Tond. de Pension. decis. 31. num. 4. & sub num. 6. de administr. Sacramentorum Rota dicta decis. 274. n. 5. p. 17. De convectione Synodi, Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de jurisdictione. Abbatis. S. Michaelis, §. ultim. n. 9. & per totum, Fagnani. in cap. quanto, num. 50. de Offic. Ordinar. Pega de competen. jurisdictione. p. 2. cap. 100. num. 2. Massob. de Synod. cap. 2. dub. 8. num. 1. Tamb. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quæst. 7. per tot. Barbos. ad Concil. sess. 24. ae Reformat. cap. 2. num. 9. Et de jur. Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 104. Oliva de For. Eccles. part. 3. quæst. 15. num. 31. Rota in recent. decis. 197. num. 19. par. 8. coram Merlin. decis. 264. num. 5. Coccin. decis. 1054. num. 2. coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4. decis. 1001. num. 6. Zarata, decis. 21. num. 33. decis. 203. num. 13. part. 7. decis. 204. num. 4. & 5. par. 19. recent. Et in Nonantulana jurisdictionis 22. Junii 1683. §. Non obstat, quod dicta, & §. Posito, cor. R. P. D. meo Caprara. Et pro Abate Cavenensis Rota post Tondut. de Pension. d. decis. 31. num. 4. & 7. & in rec. decis. 274. num. 5. & 7. p. 17. De deputatione Vicarii, retentione Tribunalis, & cognitione causarum Spada conf. 129. num. 10. lib. 2. Card. de Luca de jurisdictione. dicto dict. 12. sub num. 17. Sbros de Offic. Vicar. lib. 1. quæst. 4. Rota coram Dunoz. Jun. decis. 987. sub num. 4. Peutinger. decis. 12. n. m. 20. Coccin. decis. 1054. num. 2. & in rec. decis. 197. num. 16. par. 8. Et de Monasterio Casinensi Rota in dicta Capuana, seu montis Casinen. Parochialium 1679. §. concurrit, coram bon. me. Bourlemont. & 1686. §. ceterum, coram clar. mem. Card. Matheo, & de Abbe Cavenensis d. decis. 31. num. 4. post Tondut. de Pension. & in rec. decis. 274. num. 5. p. 17. De obedientia Abbati præsita, Roderic. quest. Regular. tr. 2. qu. 64. art. 6. Cho Kier. de jurisdictione. in exempl. p. 4. qu. 44. num. 3. Rota coram Puerto, decis. 114. lib. 3. in correctis, & cor. Seraph. decis. 1025. num. 19. & cor. Bich. decis. 421. num. 2. Et in terminis Abbatis Casinen. Rota coram Comitol. decis. 83. num. 4. Bicchius, d. decis. 459. num. 18. De visitationibus factis ab Abbatibus Spad. conf. 129. num. 7. lib. 2. Rota coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4. & decis. 1001. sub num. 6. post Tambur. de jur. Abbat. decis. 117. num. 5. in rec. decis. 203. num. 13. par. 7. & decis. 197. num. 12. p. 8. Coccin. decis. 1054. num. 2. & in Nonantulana jurisdictionis 1663. §. Non obstat, quod dicta, Et in terminis Abbatis Casinensis, coram Bich. dicta decis. 559. num. 23. & 27. in dicta Capuana, seu montis Casinen. Parochialium 1679. §. Concurrit, coram bon. mem. Card. Matheo, & in terminis Abbatis Cavenensis ead. m. Rota dicta decis. 31. num. 4. post Tondut. & dicta decis. 274. num. 5. part. 17. & num. 7. ubi refert Decretum Sacr. Congregationis Concilii, & declarationem san. mem. Sixti V. de correctione Clericorum, & reformatione motuum Rot. cor. Coccin. decis. 1054. num. 2. & in citata decis. 31. num. 4. post Tondut. de pension. repetita apud Pignateli. consult. Canonico. 59. num. 10. tom. 8. de approbatione Confessiorum Tambur. de jur. Abb. tom. 2. disp. 2. quæst. II. num. 1. & 2. Campanil. in diver. jur. Canon. Rub. 12. cap. 13. num. 76. Reginald. in prax. for. penit. lib. 1. num. 182. Molpheus. in summa, tom. 1. tract. 7. de pœnit. cap. 14. num. 16. Boss. de triplic. Jubil. privil. sect. 3. cas. 2. num. 62. & seqq. Ricc. decis. 22. num. 4. par. 4. Barbos. de Episcop. part. 2. alleg. 25. num. 9. & ad Concil. sess. 23. de Reform. cap. 15. num. 28. ubi declarat contrarias autoritates procedere in Abbatie, qui nititur simplici exemptione, non in eo, qui est nullius, & habet Territorium separatum, prout eas conciliat Modern. Salentin. consult. Canon. num. 95.

num. 95. tom. 7. Rota coram Dunoz. jun. decis. 988. sub nun. 4. De Processibus factis ab Abbate contra delinquentes, & remissione illorum facta ab Episcopo, Menoch. consult. 147. num. 15. Pignatell. consult. canon. 26. num. 6. tom. 2. Et de agnitione Episcopi desumpta à similibus actibus ab ipso gestis. Spad. cons. 129. nu. 9. lib. 2. Card. de Luca de jurisd. disc. 1. num. 30. Rota decis. 204. num. 6. part. 19. rec. De Confessionibus Episcoporum, Menoch. cons. 147. num. 24. Pignatell. consult. can. 26. num. 10. tom. 1. Rot. coram sac. mem. Alexand. Octav. decis. 125. num. 8. & 9. in rec. decis. 152. num. 5. p. 7. & in dicta decis. 374. num. 4. part. 17. decis. 106. num. 21. & seqq. par. 19. Et in citata Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Pertinentia, & seqq. De descriptione facta in Inventario publica autoritate confecto, Pignatell. dicta consult. can. 26. num. 7. tom. 2. Rota coram Dunoz. Jun. decis. 655. sub num. 1. 31 & sub num. 3. versic. non obstat, in recent. decis. 203. in princip. versic. quoad situationem, & num. 12. par. 7. De Litteris Apostolicis Abbatii tanquam ordinario directis Rota coram Dunoz. Jun. decis. 988. num. 4. & decis. 1001. num. 7. Merlin. decis. 264. num. 6. & in Hispanen. Decimaru[m] de Olivares 30. Januarii 1679. §. Amplius, & seqq. cor. bon. mem. Bourlemon[t]; d. Capuana, seu montis Casinen. 10. Martii ejusdem anni, §. Re- tento, cor. eodem, & in Nonantulana jurisdictionis 22. Junii 1693. §. non obstat quod dicta, coram R. P. D. Caprara, & de Denominatione Nullius, Spad. cons. 129. num. 8. lib. 2. Rot. in rec. decis. 129. num. 19. par. 8. & decis. 69. num. 16. par. 197. & in Hispanen. Decimaru[m] de Olivares 30. Januarii 1679. §. Amplius, coram bon. mem. Bourlemon[t], & in d. Capuana 1679. §. Innocentius.

Itaque observantia validior evadit, si ponderetur, quod in tam longa intercapedine temporis Episcopi Marsicen. in territorio Tramutulae nunquam administrarunt Chrisma, Beneficia non contulerunt, Altaria non consecrarent, Ecclesias non dedicarunt, causas non cognoverunt, nullosque actus jurisdictionales pacifice, nec cum scien-

tia Abbatis gesserunt. Inverisimile autem est, quod si Episcopi jurisdictionem in territorio Tramutulae exercere potuissent, nullos actus jurisdictionales exercere voluissent, ac proinde hæc abstinentia ab actibus non levem inducit præsumptionem, quod Abbatii hæc Jurisdictione quasi Episcopalis competenter, ut in individuo observat Rot. coram Seraph. decis. 1025. sub num. 20. vers. Et mirum est, & pluribus relatis in dicta Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Tale autem.

Posita autem observantia desumpta ex tot tantisque actibus cuiuscumque generis, exercitis in ipsa terra Tramutulae, & Territorio promiscuo, donations, & Privilegia Apostolica etiam si dubia essent, ita interpretari deberent, ut ab eis concessa, & translata censeatur in Abbatem jurisdictione quasi Episcopalis, & constitutum Territorium separatum, cum nulla dari possit melior interpretatio rebus dubiis ea qua desumitur ex subsequuta observantia, ut in specie firmant, Card. de Luca de jurisd. disc. 16. num. 17. Pignat. consult. can. 85. num. 9. & 19. tom. 5. Rota coram Mart. Andrea, decis. 54. num. 14. Bich. d. decis. 459. nu. 19. 35 & in rec. decis. 273. num. 18. p. 11. & in citata Capuana, seu Montis Casinen. 1679. §. Tale autem, coram bon. mem. Bourlemon[t]. 1686. §. Caterum, coram clar. mem. Card. Matthejo, & in d. Marsicen: seu Montis Casinen. jurisdictionis 1686. §. Quæ omnia, coram eodem: Et generaliter, Seraph. Casin. de confis. Bonorum, quest. 11. num. 45. quest. 35. num. 80. & 83. Rot. coram Bich. decis. 48. num. 9. & 10. & in recent. decis. 493. num. 4. par. 13. Quamvis contrarius intellectus videretur magis conformis Privilegiis, & esset de jure prior, ut generaliter firmat Seraph. Casin. de confis. bonorum d. quest. 35. num. 83. Fontanell. decis. 89. num. 24. & 25. Rot. coram Buratto, decis. 679. num. 9. & in recent. decis. 216. num. 3. & dec. 520. num. 9. p. 13. & in nostris terminis in dict. Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Tale autem, coram bon. mem. Bourlemon[t].

Idque eo fortius procedit, quando non solum concurrit observantia extra-  
judi-

37 judicialis, qualis est illa, quæ defumitur ex actibus superioris recensitis, sed etiam judicialis, quæ resultat, ex quo orta controversia, Sacra Congregatio Concilii declaravit, Abbatem Cavensem habere proprium Territorium, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in *Summ. Abbatis*, num. 8. & refert *Panim. decis. 30. adnot. 2. num. 24. Rot. dict. decis. 31. num. 6. in fine*, & dict. *decis. 274. num. 7. part. 17. recent.* cuius declaratio nis vigore eadem Sacr. Congregatio postea inhibuit Episcopo, ne se ingreret in cognitione causarum, voluit que, quod pro istis deputari deberet in eadem terra Vicarius ab Abbat, *Summ. num. 9.* Cumque præfatum Decretum, sive declaratio fuerit postea à san. mem. Sixto V. approbata, & desuper expedita litteræ Apostolicae à san. mem. Gregorio XIV. ut testatur *Panimoll. decis. 30. adnot. 2. num. 24.* Et eadem Rota in d. *dict. 31. & 274. loco mox citat.* & patet ex ipsam Constitutione Gregoriana Bul lat. Casinen. la 238. tom. I. in qua dicitur Abbatem Cavensem habere jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum cum facultate Synodum congregandi, examinatores in ea eligendi, concursum indicendi, Parochos examinandi, & approbandi, Oeconomos deputandi, Christma conferendi, dispensationes matrimoniales, aliasque commissiones Apostolicas recipiendi, ut legitur in eadem Constitutione. Tale decretum, & Constitutio facit jus quoad omnes, tam pro casibus præteritis, quam futuris, *Fagnan. in cap. quoniam, num. 72. & seqq. de constit. Pignatell. consult. Canon. 44. num. 27. consult. 84. num. 19. & consult. 108. num. 1. tomo 1. Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 3. num. 85. Francef. in Pastoral. Regular. par. 3. num. 14. Rot. in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1696. §. in presenti, coram bon. mem. Ursino, & in Viterbien. usus Paschorum 15. Martii præteriti, §. Etenim, coram me. Et in propria materia Jurisdictionis quasi Episcopalis Abbatis Casinensis, Rot. in d. *Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 17. Junii 1686. §. Clericus, coram clar. mem. Card. Matthæo.**

Fortiusque incalescit hæc observantia judicialis, si ponderetur, quod anno 1605. Abbas Caven. obtinuit ab A. C. inhiberi Vicario, & Archidiacono Marsicen. ne ipsi Tramutulenses subditos Abbatis auderent poena, & vinculo excommunicationis ligare, quando Abbas eos voluisset solutos, nec ab eodem vinculo solvere, quos Abbas voluisset ligatos; Rursus anno 1654. 1662. & 1672. renovata adversus Abbatem prætensione ab Episcopis Cav. & Caputaq. super exercitio jurisdictionis quasi Episcopalnis, causaque introducta coram A. C. & in Sacr. Rota coram bon. mem. *Verospio*, & *Emerix*, emanarunt decisiones, & sententia Abbati favorabiles impressæ apud Tondat de person. dict. *decis. 31. num. 8. & in rec. decis. 274. par. 17. & dantur Sum. Abbatis, num. 32. & 37.* Inter modos autem probandi pertinentiam Territorii separati ad Abbates, præcipuum esse illud defumptum à sententiis præterim, ut hic, ab Episcopis succumbentibus mediante acquiescentia approbatis, & executione demandatis, in specie, *Rot. coram Dumoz. jun. decis. 988. num. 4. & d. decis. 1001. num. 7. & in recent. decis. 274. num. 3. par. 17. & in citata Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Hanc autem, coram bon. mem. Bourlemont 1686. §. predicta, & seqq. coram clar. mem. Card. Matthæo, & 6. Aprilis 1693. §. Et certò, coram bon. mem. Ursino, in Baren. jurisdictionis 19. Jan. 1682. §. *Quo posito, coram Pauluccio, & in dict. Nonantula na jurisdictionis 1693. §. Verum etiam, coram R. P. D. meo Caprara.* Et licet prædictæ decisiones, & sententiae non prodierint præcisè contra Episcopum Marsicen. nec super Terra Tramutulæ, attamen cum declarent Abbati competere Jurisdictionem quasi Episcopalem, & fuerint, servatis servandis, cum legitimo contradicte latæ super statu; sufficienter probant ad Abbatem hanc jurisdictionem spectare contra omnes, in specie Rota in rec. d. 234. num. 5 p. 4. *decis. 203. num. 19. p. 7. decis. 197. num. 18. par. 8. & decis. 247. nu. 3. p. 17.* Potissimum quia hæc jurisdictione hodie prætenditur vigore eorumdem privilegiorum Abbatibus concessorum,*

- 41 tum, & vigore eorumdem actuum jurisdictionalium ab Abbatibus in sequentiam gestorum, quorum ratione Sacra Rota alias judicavit Abbatii competere Jurisdictionem quasi Episcopalem; ac proinde sufficit, ut respectu unius ex locis sub dicta concessione, & Privilegiis comprehensi, fuerit declarata jurisdictione quasi Episcopalis ad hoc ut respectu aliorum, illius competencia non possit denegari; Et regula quod in actibus provenientibus à causa universalis; ipsa causa potius attenditur, quam aliquorum actuum exercitium, Rota coram Mantica, decis. 320. num. 6. & seqq. Cels. decis. 7. num. 7. & 8. in Januen. Abbatia i. Martii 1662. §. Etenim, coram Reverendis Zamoren. & 15. Junii 1693. §. Quandoquidem, coram R. P. D. meo Caprara, & in Dertusen. Jurisdictionis super bono jure 26. Aprilis 1693. §. Etenim coram eodem.
- Nec ad evertendam supradictam observantiam extrajudicialem, & judicalem quicquam obesse valer, quod actus ex parte Abbatis adducti incipient ab anno 1505. unde ab hoc tempore dici debet, Abbates se intrusisse in exercitio prædictæ Jurisdictionis, cum alioquin, si ea, vigore privilegiorum, competitisset, utique Abbates pro tempore præterito, & immediato illam exercere non oportissent; Etenim ad probandam observantium interpretativam, & declarativam privilegiorum, non est necesse afferre omnes actus ab initio usque ad tempus motæ litis gestos, sed satis est si aliqui tantum afferantur, cum ad illam introducendam sufficiant, ita aliquando observatum fuisse, Seraph. Maffin. de confis. bonorum quest. 35. num. 82. Fontanell. decis. 482. num. 11. Larrea, decis. 45. num. 24.
- 42 Et quatenus etiam requireretur multiplicitas actuum, quodque essent continuati per longum tempus, adhuc cum illi adducantur per duo ferè sæcula, & de tempore antecedenti non doceantur legitime Episcopos actus contrarios exercuisse, censetur à principio idem statutus impressus, & usque ad præsens continuatus, Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 34. num. 24. Rot. decis. 69. num. 18. & seqq. Monacelli, Formul. Suppl.
- 43 par. 8. & in nostris terminis egregiè in sepe laudata decis. Capuana, seu Montis Casin. Parochialium 10. Martii 1679. §. Tale autem exercitium, in fine coram bon. mem. Bourlemont, talique casu non resistit observantia, quod actus Jurisdictiones non doceantur gesti immedia- tè post emanata privilegia, Rota coram Buratt. decis. 779. num. 9. versic. in qua- rum prima, & num. 13. & 14. ubi de ob- servantia post 82. annos, & Bich. decis. 387. num. 11. Coccin. decis. 469. num. 6. & de intervallo plurium sæculorum inter privilegia, & observantiam, Rota in mox relata Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Tale autem, & §. Aut ex tam longeva.
- Prædictaque observantia clarè, ut supra probata, est ad potens, & valida, ut non solum sufficiat pro interpretatio- ne Privilegiorum, sed ad effectum præsumendi Privilegium Apostolicum, vel alium similem titulum tribuentem Jurisdictionem quasi Episcopalem, dum actus replicati in quacumque materia, & genere adducuntur per spatium ferè duorum sæculorum, quæ duplex centenaria æquipollent immemorabili, uti excedens memoriam hominum, ut in individuo firmavit Card. de Luca de jurisd. disc. 96. sub num. 21. & disc. 97. num. 9. & seqq. Rota post Tamb. de jur. Abbat. decis. 40. num. 1. & 2. in dicta Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Aut ex tam longeva, coram bon. mem. Bourlemont 1686. §. Ceterum, coram clar. mem. Card. Matthæo, & 6. Aprilis 1993. §. Demum, coram bon. mem. Ursino, in Volterana jurisdictionis 22. Martii 1663. §. Hec autem, coram bon. mem. Albergato, & in Marsicana, seu nullius beneficii 7. Junii 1686. §. 2. concessio coram Reverend. Turon. & generaliter Rocca disp. 59. num. 6. Desiderius Guido inter decisiones Trivisanii, decis. 55. sub num. 73. & 75. lib. 2. Rota in rec. decis. 153. num. 6. & seqq par. 13. decis. 574. num. 10. par. 18. decis. 106. num. 27. & decis. 152. num. 2. p. 19. & coram Bur. decis. 875. num. 7. Bich. decis. 98. nu. 3. coram Ce so, decis. 193. num. 4. & 5. in Thea- tina Abbatia super bono jure 28. Jun. 1694. §. Etenim, coram bon. mem. Emerix.

N Qui-

- Quinimodo concurrentibus praedictis donationibus, & privilegiis Apostolicis, neque opus esset probare centenariam, ad hoc ut jurisdictione quasi Episcopalis prescripta dici posset, & intraret titulus presumptivus, sed sufficeret probare illorum exercitum per 40. annos, ut in his terminis, Tondut. resol. benefic. 60. num. 10. Bellet. disquisit. Cleric. d. §. unico, num. 17. Barbo. de Episcop. par. 3. allegat. 89. num. 4. Grat. disceptat. 918. num. 43. Tambur. de Jur. Abbat. tom. I. disput. 15. quasit. 9. num. 17. Rota post eum decis. 40. num. 1. & decis. 48. num. 8. coram Coccin. decis. 448. num. 12. & decis. 870. num. 2. Dunoz. Jun. dec. 988. num. 2. & 5. & decis. 2001. num. 2. & in citata Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. aut ex tam longeva, ubi testatur ita decrevisse san. mem. Clem. III. favore Ordinis Casinen. anno 1188. & §. Ex prefatis, & 1686. §. Concurrentibus, in Gerunden. administrationis Episcopatus Sede Vacante 10. Junii 1686. §. Qua stante, coram bon. mem. Emerix, & in dicta Marsicana, seu nullius Beneficii 7. Junii ejusdem anni, §. 2. concessio.
- Nullatenus obstante, quod haec prescriptio induci non potuerit, dum non probatur Episcopos Marsican. scivisse ab Abbatibus praedictos actus jurisdictionales gestos fuisse: Nulla enim scientia probanda est a prescribente, quando concurret titulus expressus, vel tacitus a centenaria resultans, Rota coram Dunoz. Jun. decis. 96. num. 3. Bich. decis. 267. num. 24. & his terminis post Posth. de manu. decis. 628. num. 12. & in d. Capuana, seu Montis Casinen. 1679. §. Scientia vero, coram bon. mem. Bourlemont.
- Cæterum in casu presenti, nec deficit etiam scientia, quæ resultat; Tum ex mulciplicitate actuum publicè, & palam gestorum, illorumque exercitio continuato per tota secula in Terra Tramutula sex millaria circiter tantum distante a Civitate Marsican. in puncto, Tondut. resolut. benefic. 60. num. 13. Rot. coram Marin. Andr. decis. 54. num. 15. dicta Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 1679. §. Scientia, & in dicta Marsicana, seu Montis Casinen. Jurisdictionis 1686. §. Quæ omnia, coram eodem; Tum etiam ex Processu contra Archidiaconum Marsican. ab Abbat. compilato super Territorio promiscuo, & ex inhibitione contra Vicarium Marsican. exequira, nè se ingereret in absolutione Excommunicatorum ab Abbat. Summ. Abbatis num. 25. & 29. Scientia enim Archidiaconi, & Vicarii insertur ad scientiam Episcopi, ut de scientia Canonici, Rota in d. Capuana 1679. §. Scientia, & de scientia Vicarii, Rota coram Seraph. decis. 306. num. 6. Rembold. decis. 342. num. 11. & in citata Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium eodem, §. Scientia. Tum, & fortius ex remissione delinqüentium facta ad Abbatem ab Episcopis, & ordinatione Tramutulensem facta ab eisdem, in modo etiam à moderno Antislite cum literis dimissorialibus Abbatis, istum vocando Ordinarium Summar. Abbatis, num. 28. 34. 35. & 36. quæ indubitanter scientiam arguant, ut in specie observat Pignatell. consult. Canon. 26. num. 10. tom. 2. Rot. apud Posth. de manu. & coram Dunoz. Sen. decis. 309. num. 24.
- Prout non relevat, quod prescriptio interrupta remanserit a contrariis actibus gestis ab Episcopis, quia isti, vel fuerunt conradieti, qualis est absolutione excommunicatorum facta à Vicario Abbat. d. Summ. num. 29. vel fuerunt gesti inscio Abbat. & sub falso supposito, prout sunt litteræ obtenta à Sacr. Congregatione, Teste Rota in d. decis. 274. num. 11. part. 17. recent. & licentia laborandi obtenta in diebus festis ab Episcopo, vel sunt enunciatiæ emissæ à Tramutulensis, de tempore, quo ipsi litigabant cum Abbat. super appellatione in secundis instantiis interpolanda ad Urbem, & non in Auditorio Abbat. prout sunt enunciatiæ, de annis 1605. & 1608. quod Episcopus dederit beneplacitum construendi Conventum, & erigendi Confraternitatem, quæ insuper non fuerunt effectuate, dum Confraternitas non fuit erecta, & Conventus non appareret vigore copus

opus non afferit Bullam super hoc ex-  
pediri solitam; Vel sunt visitationes  
factae in Ecclesiis exemptis, qualis est  
illa Franciscanorum, que post Conci-  
lium Tridentinum ab Episcopis visitari  
possunt jure delegato, & ultimæ visi-  
tationes anni 1698. dederunt causam  
liti: vel consistunt in aserto consen-  
su præstito in jurisdictionem Episcopi  
Marsicen. à Subditis Abbatis, prout  
factum fuit in causa Marsicen. Deci-  
marum, quæ hodiè agitur in hoc no-  
stro Tribunali, coram R. P. D. meo  
della Tremorille, qui consensus non  
adest, dum Tramulenses comparue-  
runt, semper impugnando, & sole-  
mpter protestando de defectu jurisdictio-  
nis, quæ protestatio omnem consen-  
sum excludit, Abbas in cap. gratum, sub  
num. 7. de offic. delegat. Rota coram Bich.  
decis. 215. num. 7. & 8. & in recent. decis.  
240. num. 215. part. 7. Et quatenus ades-  
ser consensus Subditi non potuerunt præ-  
judicare Abbat., nec eidem auferre ju-  
risdictionem quasi Episcopalem; Vel  
deducuntur à dicta licentia laborandi  
concessa in diebus festis ab Episcopo,  
quæ cum verificari possit de licentia  
laborandi in partibus Diœcesis Marsi-  
censis, super qua Abbas non præten-  
dit jurisdictionem, sed solum illam al-  
legat in Terra Tramulæ, & in Ter-  
ritorio promiscuo super bonis, & per-  
sonis Tramulensium; prefata licen-  
tia remanet actus æquivocus, qui Ab-  
bari non præjudicat, ut de actibus con-  
tradicis in individuo, Rota coram Dunoz.  
Jun. decis. 988. num. 9. apud Post.  
de manuten. decis. 627. num. 8. post Tam-  
buri. de jure Abbat. decis. 59. num. 7. &  
8. & favore Abbatis Caven. decis. 274.  
num. 10. par. 17. recent. de actibus, qui  
non probantur gesti, sciente, & pa-  
tiente Abbe in specie Spad. conf. 128.  
num. 6. ibique Rota num. 14. & conf.  
129. sub num. 10. & 11. ibique Rota  
num. 20. lib. 2. Pignarell. consul. can. 85.  
num. 13. tom. 5. & num. 14. Rota, coram  
Dunoz. Jun. d. decis. 988. num. 15. Dunoz.  
Sen. decis. 309. num. 21. Coccin. decis. 832.  
num. 9. post Tambi. de jur. Abbat. de i.  
99. num. 3. & in recent. citata decis. 274.  
num. 9. par. 17. decis. 208. num. 13. par.

19. in Capuana, seu Montis Casinæ.  
Parobitium 1679. §. Scientia, & §.  
Tum quia, coram bon. mem. Bourlem. &  
1686. §. non attentis, coram clar. mem.  
Card. Matthæo, & generaliter de acti-  
bus non effectuatis in materia jurisdictio-  
nis, Rot. coram Bich. decis. 328. num.  
18. & 19. & inter divers. decis. 709. num.  
8. vers. Tertio fuit responsum part. q. de  
actibus, qui fieri potuerunt ab Episco-  
po jure delegato, in terminis Spad. conf.  
128. num. 5. ibique Rota numer. 10. &  
conf. 129. sub num. 11. lib. 2. Card. de  
Luc. de Jurisd. disc. 1. num. 30. vers. Eo-  
que magis, Rota coram Dunoz. Jun. decis.  
688. num. 8. & 11. Dunoz. Sen. decis.  
309. & apud Marchesan. de commiss.  
rom. I. fol. 981. num. 5. Coccin. decis. 832.  
num. 7. & 8. & decis. 870. num. 3. Ubald.  
decis. 75. num. 4. & in recent. decis. 148.  
num. 14. par. 13. de actu gesto à persona,  
quæ præjudicare potest, Tondat. resolut.  
Benefic. lib. 1. d. cap. 60. num. 15. &  
16. Pignarell. consult. can. 85. num. 14.  
tom. 5. Bellet. d. §. Unico num. 27. Ra-  
ta coram Seraph. decis. 1025. num. 23.  
& recent. decis. 303. num. 10. par. 7. & de  
actibus æquivocis in punto Spada conf.  
128. num. 5. lib. 2. ibique Rota numer.  
11. Lotter. de re benef. lib. 1. quaf. 24.  
num. 248. Rota coram Dunoz. Sen. decis.  
309. sub numer. 16. Coccin. decis. 832.  
num. 8. & 10. ubi præcisè de actu ge-  
sto ab Episcopo in loco non exempto,  
idemque dicitur in decis. 1054. num. 9.  
vers. quartò deducitur. Dunoz. Jun. decis.  
988. num. 7. & seqq. & decis. 1001. sub  
num. 9. vers. denique non relevant, &  
num. 10. & in recent. decis. 204. num. 12.  
par. 19. ubi pariter de actu, qui non pro-  
batur gestus ab Episcopo in loco exem-  
pto, & in dicta Capuana 1679. §. Quo  
vero in fine.

Sicut nec aliqua vis fieri potest in  
supplici libello porrecto de anno 1620.  
san. mem. Paulus V. in quo fuit ab Ab-  
bate perita licentia concedendi dimis-  
sias, & conferendi ordines, quasi ex  
hoc inferatur, talem licentiam prius  
non habuisse; siquidem hoc totum peti-  
tur fuit ad bene esse, & quia ut dicitur  
in dicto supplici libello, da alçuni Sru-  
polosi si fa difficultas, se l' Abbate poſſa dar.

dette dimissorie , e cercano dargli fastidio , e molestarlo da detto antichissimo possesto si supplica per tanto umilmente la S. V. per levare ogni difficolta , & occasione di lite , &c. Si itaque facultas hæc petita fuit à Pontifice ad tollendos scrupulos , difficultatem , & occasionem litium , ex hoc elici non potest aliqua confessio Abbatis super talis facultatis deficientia : Verba enim , quæ ad bene esse , & ad majorem cautelam profertur , non præjudicant , Rot. in recent. decis. 212. num. 12. & decis. 320. num. 47. par. 6.

Potissimum , quia hujusmodi actus conquassantur ab aliis Abbatibus , qui uti numero , ac qualitate majoribus , & titulo suffultis præferuntur illis ab Episcopo gestis , & prætensam petitionem , & confessionem Abbatis declarant , Rot. d. decis. 274. num. 9. vers. altus , part. 17. recent. Capuana , seu Montis Casinen. 1679. §. Tum quia , & 1686. §. non attentis , & in d. Marsicana , seu Montis Casinen. Jurisdictionis 1686. §. minime resistente , coram clar. mem. Card. Matthejo .

Sublatis actibus Jurisdictionibus , facilius tollitur assistentia Juris , que pariter allegabatur ab Episcopo ; Hæc enim eidem suffragari non valet in loco exempto , qui probatur spectare ad Abbatem cum Jurisdictione quasi Episcopali , Pignatell. consult. Canon. 85. num. 4. tom. 5. & num. 10. Rot. coram Martin. Andrea , decis. 54. num. 5. coram Dunoz. jun. decis. 309. num. 6. & seqq. Coccin. decis. 832. num. 5. & in recent. decis. 373. num. 12. part. II. decis. 204. num. 3. & seqq. part. 19. & pro Abate Congregationis Casinensis , Rot. coram Bich. decis. 339. ex num. 11. & in Capuana , seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. rursus , coram bon. memor. Bourlemont. 17. Junii 1686. §. Ceterum , coram clar. mem. Cardin. Matthejo , & 6. Aprilis 1693. §. Juridicum , coram bon. mem. Ursino , & pro Abate Cavensi , Rota post Tondut. de pension. decis. 31. num. 2. & decis. 274. num. 8. par. 17. recent. & contra Episcopum Marsicen. Rota in Marsicana , seu nullius Beneficii p. Junii 1686. §. Do-

mini responderunt , coram Reverend. Th. ronen.

Et ita utraque , &c.

### R. P. D. M U T O.

Romana juris legendi super manu-  
tentione .

Veneris 9. Januaris 1699.

### A R G U M E N T U M.

Habes ex Summario.

### S U M M A R I U M.

- 1 Scientia presumitur ex publicatione editorum , & ex aliis publicis actibus .
- 2 Ex publicis editis penalibus , aliisque publicis actibus prohibitivis probatur quasi possessio privative , quo ad omnes legendi favore Lectorum Sapientia Romana .
- 3 Manutentio datur possidenti .
- 4 Lectores Sapientia Romana ex utroque jure jus habent privativum , quo ad alios in ea legendi .
- 5 Manutentio eo fortius conceditur possidenti , quando habet pro se juris assistentiam .
- 6 Paribus Societatis Jesu denegatur manutentio legendi ius canonicum ex professo , & in particulari Cathedra , ex quo destituti reperiuntur juris assistentia .
- 7 Actus Clandestini , & qui dederunt causam liti , non sunt manutentibiles .
- 8 Decretalis in cap. 3. de Magistr. & Indulg. Apost. non sustulit jus privativum legendi Lectoribus Sapientie Romana .
- 9 Indulta Apostolica concessa PP. Societatis Jesu non tribuunt eidem facultatem publicè , & in Cathedra particulari legendi jus Canonicum .

D E-

## DECISIO V.

**R**Evocata pariter ad trutinam decisione edita coram me die 16. Maji praecedentis anni, in qua resolutum fuerat dandam esse manutentionem universitati, seu Archigymnasio Generalis studii sapientiae Urbis tantum informantis in possessione, vel quasi privativè legendi jus Canonicum publicè ex professo, & in particulari Cathedra, denegata eadem Patribus Societatis Jesu Collegii Romani, non ambigerunt hodiè DD. dictis Patribus auditis ob subsistentiam fundamentorum, quibus resolutio nititur, persistendum esse in decisis.

Constituit siquidem iterum de possessione, vel quasi, istius Universitatis privativè docendi, & explicandi Sacros Canones ex professo uti convincitur ex ipsius Catalogis, qui singulis annis de mandato Sanctissimi conficiuntur, & publicantur super materiis legendi in eadem Universitate, & in specie pro jure Canonico, ex prohibitivis insuper, & pœnalibus desuper edictis ab immemorabili promulgati solitis per Rectorem pro tempore dictæ Universitatis contra alibi legentes, & explications, seu lectiones audientes, ac specialibus altero cum approbatione san. mem. Clementis X. ne conclusiones publicè in Collegio Romano substinerentur sine permissione ejusdem Rectoris, ex licentiis ab ipso Rectori concessis volentibus hoc jus Canonicum legere, nec non ex permissionibus obtentis per conclusiones publicè in ædibus Cancelariae Apostolicæ defendendas, & deinde ex quo cum iidemmet PP. Societatis usi fuerint Lectoribus universitatis pro instituendis etiam in jure Canonico juvenibus, aut alumnis suorum Collégiorum, quinimo cum quasdam conclusiones substinentias typis mandare præsumperint, non requisita licentia memorati Rectoris Universitatis, rejecti fuerunt per Patrem Magistrum Sacri Palatii Apostolici, ex quibus enim actibus, & signanter ex relatis prohibitivis edictis absque alicujus recla-

Monacelli, Formul. Suppl.

matione publicatis pluries atque plures reperitis, unde in Patribus Societatis illorum Scientia præsumitur ad notata in his terminis per Rot. coram Card. Cerr. decis. 435. num. 10. & 11. sicuti privativa hujusmodi quasi possessio probata redditur ad Text. in leg. Injuriarum, ff. de injur. Menoch. de arbitr. cas. 16c. num. 10. cum aliis in dicta decis. 435. num. 8. coram Cardin. Cerr. ita in necessarium consequens Universitas in eadem manutenenda venit vulgato §. retinende, institut. de interdict. Alexand. consil. 124. num. 1. lib. 4. Ruin. consil. 53. num. 3. lib. 4. Rot. diversor. decis. 40. num. 2. par. 2. & coram Card. Cerro, dec. 435. num. 1. & 2.

Eoque magis, quia nedum actualis hæc quasi possessio concurrit, sed assistit etiam Universitati Sapientiae dispositio utriusque juris desumpta ex sanctionibus tam imperatoria, ut in leg. unica, Cod. de stud. liberal. Urb. Rom. lib. 11. quam Pontificia, in cap. cum de diversis privil. in 6. in quibus Magistri hujus prænobilis, ac primariae Universitatis Deputati, & Praelecti privativè fuerunt ad jura legendum, & explicandum, ut latè ostensum fuit in alia decisione sub hac die emanata super negotio principali, indeque eo fortius manutentio competit, Posth. de manut. observ. 45. num. 6. & 7. Rot. coram Dunoz. junior. decis. 536. num. 2. in Cavallio. Bannalitatis Furni 5. Decemb. 1696. §. Admittebant DD. coram R. P. D. meo Priolo.

Hinc summo jure denegata fuit è contra manutentio Patribus Societatis in 6 legendo jus Canonicum publicè, & ex professo in separata Cathedra, nam destituti reperiuntur tam possessione, quam assistentia Juris, quin ad probationem possessionis denuò mercantur afferri lectiones, & explications inceptæ ab anno 1695. juxta depositiones Testium datas in ipsorum Summario, num. unico, quia cædem dederunt causam huic liti, & controversiæ vertenti, ut tanquam infectæ pro manutentione deservire non possint, Cyriac. controv. 155. num. 7. cum sequentibus, Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 22. num. 22.

N 3 Pa-

Panimoll. decif. 10. num. 10. & in dicta Cavallicens. Bannalitatis Fruni super munitione 25. Junii 1696. §. Satis superque, coram R. P. D. meo Priolo.

Assistentia autem Juris inutiliter desumebatur ex decretali Alexandri Territi relata in cap. 3. de Magistris, & Indultis Apostolicis, & signanter Sancti Pii Quinti Societati concessis, ac ex resolutionibus, & sententiis Rotalibus subsecutis in celebri Cracovien. juris legendi inter eosdem PP. Societatis, & Universitatem Cracovien. Etenim præfata decretalis ad alium finem emanata, nè aliquid pro licentia exigetur, non substatuit prohibitionem legendi. Indulta Apostolica hanc facultatem PP. Societatis legendi Jus Canonicum publicè, & ex professo, ac signanter in separata Cathedra non tribuunt, decisiones, verò, & sententiae Notales editæ in dicta Cracovien. non loquuntur de Jure Canonico, sed de Theologia, lectio cuius ac litterarum humanarum, Philosophiæ, & simili permitta fuit PP. Societatis in dictis Indultis, ut latè firmatum fuit in altera decisione super bono jure.

Et ita pro secunda vice responsum fuit ultraque, &c.

#### R. P. D. KAUNITZ.

Legionen. Parochialis.

Luna II. Januarii 1706.

#### A R G U M E N T U M.

Consuetudo immemorabilis conferendi Parochialem de Jurepatronatus Ecclesiasticorum, absque concursu, ex quibus probata ceneatur, & an Concilium Tridentinum eam tollat, dilucide examinatur.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Testes proiecta atate, & bona qualitate probant immemorabilem.
- 2 Immemorabilis formaliter examine quinque Testium canonizata, insciari non potest.

3 Episcopi in prejudicium propriorum Jurium non permittunt per longum tempus aliquem actum fieri.

4 Terminus remissorialium incipit à die presentationis.

5 Terminus ad reprobandum non debet esse longior termino ad probandum.

6 Ad essentiam examinis sufficit Testes intra terminum assiguumatum jurasse, nec afficit, quod post ipsum elapsum sint examinati.

7 Examen actum cum interrogatoriis quamvis pars ipsa, que dedit interrogatoria protestetur de non consentiendo in jurisdictionem, & examen, sustinetur.

8 Immemorabilis consuetudo suffragatur etiam contra decretum Conciliare, & Constitutionem Apostolicam.

9 Decretum irritans non inficit immemorabilem, nisi de ea fiat specifica mentio.

10 Immemorabilis presumere facit contrariam legem fundationis, & Privilegii Apostolicum, & est allegabilis contra quamlibet Sanctiorem quamvis suffulta clausula sublata, ac irritanti.

11 Parochialia unita, & de Mensa, ac de jurepatronatus Laicalis, immo Beneficia regularium, cum Cura Animarum possunt conferri absque concursu, & per solum examen, & num. 12.

13 Consuetudo non potest dici dolosa, aut contra bonos mores dum est inherens Sac. Canonibus.

#### D E C I S I O VI.

**S**ecuta vacatione Parochialis Ecclesie de Taranillo sita intra limites Archidiaconatus de Zea, Archidiaconus in vim juris, quo gaudet praestandi ad Beneficia sui Archidiaconatus Matthiam Garziam de Torres ad illam praesentavit, qui prævio examine lataque sententia contra Procuratorem Fiscalem Tribunalis Ecclesiastici ab ordinario Legion. fuit institutus, & in possessione.

sessionem Parochialis immisus Adversus quem insurgente Jacobo Fernandez Prieto sub praetextu, quod provisio Parochialis devoluta esset ad Sanctam Sedem Apostolicam, ex eo quia non fuisset servatus concursus in Parochialibus de jure patronatus Ecclesiasticorum exquisitus à Sac. Concilio Tridentino sess. 24. de Reform. cap. 18. & per Bullam san. mem. Pii V. in ordine 1a 33. idem Jacobus ex hoc capite Parochialemp impetravit; Et licet Mathias sub clypeo immemorabilis consuetudinis non servandi concursum in Parochiali, de qua agitur niteretur excludere Jacobum, nihilominus, quia informia dumtaxat documenta ad hunc effectum adducebantur tres vices coram bon. mem. Pio, nostrum Tribunal coactum fuit respondere pro executione litterarum Apostolicarum Jacobi.

Donec Defensores Mathiae opportunius insistentes Causae defensioni mihi committi à Signatura Justitiae curarunt causam appellationis à sententia latata per memoratum bon. mem. Pium, & incontinenti in eadem nimirum Audientia, in quo coram me responsum fuit, procedendum esse ad legitimam executionem litterarum Apostolicarum Jacobi, instituerunt pro litteris remissorialibus, & compulsorialibus ad finem legitimè justificandi prædictam immemorabilem non practicandi concursum, & super peritis favorabilem resolutionem obtinuerunt, ut ex Decisione super remissoria edita 7. Decenbris 1703. compilatoque utroque Processu, tam compulsoriali, quam remissoriali, eoque ad Urbem transmisso, cum perspectum fuisset non extitisse transmissa simul cum litteris remissorialibus Judici Delegato etiam Interrogatoria data ex parte Jacobi, ex quo exdent litteræ juri Portitori consignata fuerant, cum Interrogatoria fuerant in actis allata, hinc Rota sub die 6. Junii 1704. rescriptit: Dilata, & iterum exanimentur Testes cum Interrogatoriis Patriis cuiusmodi decreto plenariè adimpleto, & hinc inde partibus jura sua validè deducentibus responsum fuit: Rece-  
dendum à decis. 7.

Ex Testibus quippe formiter examinatis constituit Parochiale, de qua agitur, ab Inmemorabili fuisse collatam ad simplicem nominationem, Archidiaconi, prævio dumtaxat examine super qualitate, doctrina, & sufficiencia solius Præsentati; Deponunt enim, quod ipsi ultrâ spatiū quadraginta annorum viderint fieri Provisiones absque concursu, & audivisse à suis majoribus ita fuisse practicatum retroactis temporibus, quin nec ipsi, nec sui majores quidquam audiverint in contrarium; nec aliter etiam rem esse potuisse, quin hoc sciverint, redentes causam, ex quo sunt Advocati, & Notarii Curiae Ecclesiastice Legionen. Unde juncta eorum proiecta etate, bona qualitate, de qua etiam deponit Judex remissorialis, plenè probant controversam immemorabilem ad præscript. gloss. in cap. 2. verbo memoria de prescript. in 6. Mare Scott. var. resolut. lib. 3. cap. 100. num. 19. & seqq. Saminat. controv. 22. num. 27. Rot. decis. 690. num. 2. coram Cerro, & decis. 116. num. 55. coram Zarat. & decis. 472. num. 19. par. 19. recent. Eoque magis cum id etiam resultet ex alio consimili, ac formalí examine quinque Testium perfecto usque de anno 1685. ac legitimè compulsato ex authenticis libris nuncupatis de Bazero per Notarios, & Officiales Legionen. custoditis, qui cum ultra deponant de specialibus actibus, in quibus, opponentibus Promotoribus Fiscalibus præfata immemorabilis fuit in contradictorio Judicio canonizata inficiari non potest, quin novi Testes juncto dicto antiquo examine aliorum, quam maximè conducant ad intentum presentati ab Archidiacono, ut de Testibus fomentum recipientibus ab aliorum examine facto in simili causa sequitur Rot. decis. 360. numer. 9. par. 5. rec. & in Romana Immisionis 28. Jamarii proxime preteriti §. Indubitanus coram R. P. D. meo Roma, & de lite mota cum subsequente succubentia Promotorum Fiscalium molestaniū firmat Paris. de confid. quest. 28. num. 259. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 106. & seqq. in Mel-

N 4 vita-

vitana Jurispatronatus 31. Martii 1702.  
§. Etenim, coram R. P. D. meo Scoto.

Istaeque testium qualificatae depositiones validissime apparuerunt corroboratae ex plurimis scripturis compulsatis, ex quibus constitit collata fuisse beneficia ad solam præsentationem Archidiaconi, nulla facta mentione concursus, absque eo quod ne quidem ulla afferri potuerit provisio, in qua ille fuerit servatus: ex hoc enim datur intelligi verè prædictum concursum numquam servatum fuisse, cum alioquin Episcopi satis vigiles in curanda observantia decretorum Concilii Tridentini tendentium in augmentum proprietum Jurium, non omisissent per adeò longum tempus, ac in tot sequutis vacationibus illum indicere, ac ad actum perducere, R. P. D. mens Andald. in ad-

dit. ad decis. 78. num. 71. coram eodem Rot. in Neritonen. Jurispatronatus super bono jure 26. Februarii 1703. §. Nec ad erendum, coram R. P. D. meo Priolo, & in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Nec provisioni coram me.

Nec debilitari valuit enunciatum examen Testium, ex quo fuerit peractum extra terminum duorum mensum à die consignationis facta Portitori, ac ex eo, quod dum Testes se referunt ad collationes, nec minus fidem promereantur, legitimè non compulsatis, ac allatis enunciatis collationibus, quidquid enim causæ Norarius extra sphæram proprii officii asserere conatus fuerit, placuit DD. terminum duorum mensum incipere debuisse à die præsentationis litterarum remissorialium faciendæ Judici delegato, nam tempus duorum mensum alioquin esset nimis breve, detracta enim medietate, quæ bene absumitur in itinere, non superest tempus sufficiens, tam ad examinandum, quam ad danda interrogatoria Testibus, qui nec ad libitum quandoque conduci possunt, quinimo cum ad reprobandum detur terminus unius mensis, esset longior primo, quod non est admittendum, quare in sequendo potius præxim Curiae, tempus incipere solum deber à die consignationis faciendæ in partibus, Ridolphin. in praxi par. I. cap. 12. num. 10, fortius cum testes

bis suppositi fuerint examini, an ip hoc secundo fuerint data interrogatoria, proindeque non est adeò facienda reflexio lapsus termini à die consignationis Portitori, dum principalis essentia examinis consistit in interrogatoriis Partis, non autem, an terminus assignatus ex causa lapsus fuerit, cùm videamus etiam sufficere Testes intra illum jurasse, etiam in casu, quo est certa temporis computatio quamvis post terminum fuerint examinati, Rota decis. 1228. 6 num. 7. coram Coccin. Datio enim interrogatoriorum semper reputata fuit talis efficaciam, ut nostrum Tribunal plenumque ex ejus motivo sumperit arbitrium pro sananda nullitate examinis testium, quamvis pars, quæ dedit interrogatoria fuerit protestata de non consentiendo in Jurisdictionem, & examen, Adden. ad Buratt. decis. 518. num. 19. 7 Manz. cons. 275. num. 15.

Collationes autem sententia, ceteraque documenta, ad quæ se referunt Testes jam fuerunt compulsata in prima expeditione, contra quæ cùm nihil fuisse oppositum, sicut gestum fuit contra Testes, quos ob id opus fuit repetrere cum interrogatoriis Partis, quæ in primo examine fuerant omissa, superfluum fuit ad iteratum actum devenire, cum nisi docetur clarè, & incontinenti de nullitate prioris compulsionis, numquam debeat ad novam deveniri, Rot. decis. 1358. num. 4. coram Emerix.

Quibus præmissis facilè negocium fuit assequi, quam incongrua, ac insubstantia fuit prætensio irrelevantia prædictæ immemorabilis consuetudinis, cùm planum sit eamdem suffragari etiam contra citatam Sanctionem Conciliarum, ac Bullam Pianam super indicitione concursus, quemadmodum firmat Pialaja decis. Pontific. lib. 3. decis. 1. n. 144. circa finem, Rota decis. 52. ex num. 2. ad 8. coram Ubag. & in Novarien. Parochialis, seu Vicaria S. Martini 22. Junii 1705. §. Et nihilominus, & in eodem super manutentione, §. Non resultante, coram R. P. D. meo Caprara, & quidem non obstante decreto irritanti, ac clausula sublata adjecta in confirmatione Concilii, ac in Bulla Piana, ex quibus prætendebatur inf-

infectam remansisse tam antecedentem, quam subsequitam possessionem, quia per decretum quantumvis destructivum contrariarum consuetudinum nunquam censetur sublata immemorabilis, nisi de ea fiat specifica mentio, *Gonzalez ad regul. 1. Cancell. gloss. 33. num. 5. & sequen. Gratian. discept. 492. num. 6. Barbos. ad Concil. sess. 24. cap. 10. de reform. sub num. 25. Panimoll. dec. 1. adnot. 10. ex n. 23. & adnot. 11. n. 38. Rota dec. 242. sub n. 1. & dec. 610. ante n. 2. par. 2. dec.* Et in terminis enunciatæ Constitutionis Piane la 33. Rot. dec. 197. n. 5. part. 9. & dec. 516. n. 16. p. 18. rec. & in Tarragon. Parochialis 2. Maii 1698. §. Quia in contrarium, cor. R. P. D. dell' Olmo. Immemorabilis namque præsumere facit contratiam legem fundationis, ac etiam Privilegium Apostolicum, ac quemcumque alium meliorem excogitabilem titulum, ac proinde allegabilis est adversus quamlibet sanctionem contrariam quamvis suffulsa clausula sublata, ac irritanti decreto, *Frass. de Reg. Patronat. Indiar. c. 31. num. 31. Card. de Luca de benefic. dec. 32. n. 2. & 4. Rot. in Derthusen. Jurisdictionis 6. Februar. 1696. §. Et dispositione, coram bon. mem. Pio.*

Multoque magis crescit argumenti evidencia, si perpendatur, quod prædicta consuetudo non potest censeri, nec contra bonos mores, nec contra legem Divinam; Passim enim videmus in tot casibus positivè non esse necessarium concursum, ut de Parochialibus Jurispatronatus Laicalis firmat *Fagnan. in cap. cum ad nostram, num. 28. de elect. Romaguer. ad Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 11. cap. 8. num. 2. Murga de Benefic. qu. 3. num. 55. &c de Parochialibus unitis, & de Menfa, Noal. cons. 46. num. 2. & seq. Romaguer. ad Synodal. Gerunden. d. lib. 3. tit. 4. capitul. 8. num. 9. Rot. decis. 788. num. 1. & decis. 1701. per tot. coram Emerix, &c de Beneficiis Regularium, quibus incumbit Cura Animarum, *Fagnan. in d. cap. cum ad nostram sub n. 22. de electione. Barbos. ad Concil. sess. 24. dict. cap. 18. numer. 8. & de offic. & potest. Paroch. par. 1. cap. 2. numer. 15. & seqq. ubi plures alias casus enumerat, in quibus non opus est concursu, quos etiam in-**

nuit, *Fagnan. in cap. cum fit Ars, sub n. 19. de atat. & qualit. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. à num. 185. ad 199. Ratio autem est satis convincens, quia inspectis antiquis Canonibus beneficia solum capacibus, & idoneis conferenda sunt per solum examen, non autem per formitatem concursus, ut in cap. Ad hæc vers. ut qui Beneficiis, de Officio Archidiacon. cap. ad decorum, de instit. cap. quoniam versic. si autem hoc, de Jurepatron. & per consequens contraria consuetudo non potest dici nutritiva peccati, seu dolosa, aut contra bonos mores, dum prædictis Canonibus inhæret, *Gloss. in cap. cum tanto, versic. Rationabilis de consuetud. Rot. decis. 560. n. 10. par. 19. recent.**

Neque videtur Mathiam sibi præclusisse viam deducendi prædictam immemorabilem per Gratiam: si Neutri, ab eodem obtentam quoniam ultra, quod Gratia si neutri est conditionalis, & effectum sortitur in casu, quo neutri Collitigantium Jus competere noscatur, & Mathias nulquam ea usus fuit juxta deducta per *Amaiden. de stylo Datariæ, lib. 1. cap. 23. n. 20. Objectum urgeret, quatenus ipse veller Jus suum allegare per viam actionis ad effectum obtainendi ejus canonizationem, Secùs autem quando illud deducit per viam exceptionis, ad effectum excludendi Jus Adversarii, cum id sibi omnibus modis licere debeat, etiam per allegationem proprii Juris, ne alioquin Gratia resolvatur in Beneficii, seu litis renunciationem contra Regulam Textus in l. quod favore, C. de legibus, Rot. dec. 1133. n. 3. & seq. coram Emerix Jun.*

Et ita utraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. PRI OLO.

Romana Juris Tumulandi.

Luna 5. Martii 1703.

## A R G U M E N T U M.

In hac decisione, quæ est confirmatoria alterius sub die 20. Februarii anni proximè elapsi emanatae, magistrilater expeditur, ac firmatur jus funeralis, sepeliendique Cadavera Cardinalium sine Sepulturæ electione decedentium, vel eam propriæ Domus non habentium assistere, ac omnino spectare ad suas Ecclesiæ titulares, non autem ad Parochiæ Ecclesiæ, cui tantum solvitur quarta funeralis, seu Parochialis. Cardinales dicuntur Praesules, verique Sponsi suarum Ecclesiærum Titularium per impositionem Annuli in dito solemniter factam à Papa post aperitionem oris. Referrut Bulla Sixti V. la 55. que dat normam Titularum, & ad ejus tenorem specialiter conferuntur.

Ecclesiæ Cardinalium Titulares non sunt omnes Parochiales.

In tumulatione Cadaverum Cardinalium standum est memoris Magistrorum Cœremoniarum uti in arte expertorum.

## S U M M A R I U M.

1. *Decisiones Rotales normam in postrum judicandi, disponendique præbere solent.*

2. *Argumentum ex identitate, vel majoritate rationis valde prævalet.*

3. *Concessio particularis Sepulture Episcopis, Canonicis, & Beneficiatis in prejudicium Parochia desumitur ex causa Conjugis Spiritualis, quod habent cum eorum Ecclesiis, & n. 11.*

4. *Ecclesia Parochialis fundatum jus habet recipiendi Cadavera omnium decedentium intra suos limites.*

5. *Jus sepeliendi, & jus persolvendi à Cadaveribus licet inter se distincta, utrumque de jure spectat ad Parochiam.*

6. *Homines ex temperato juris rigore disponere possunt de propriis Cadaveribus eligendi sibi Sepulturas.*

7. *Parocho debetur quarta Funeralis ratione Sacramentorum, & exequiarum.*

*Altera quarta ratione Sepultura debetur Ecclesia tumulanti.*

8. *Parochianis per breve tempus morantibus, ac non suscipientibus Sacra menta in Parochia, cessare dicatur jus Parochiale fundatum in domicilio, & Sacramentorum administratione.*

9. *Cardinales antiquitus non eligentes Sepulturam se pellebantur de jure in Ecclesia Lateranen.*

10. *Summus Pontifex non electa Sepultura, sepelitur in Basilica Principis Apostolorum, & n. 52.*

12. *Canonici, & beneficiati non tenentur ad localem, & continuum residenciam.*

13. *Canonici, & Beneficiati ideo se pellunt in eorum Ecclesia, quia ibidem reperiuntur inititati, & cum ea sunt anima una, & cor unum, & n. 15.*

14. *Beneficiatus, vel Canonicus si renunciat Beneficio, cessaret etiam jus Sepultura eidem titulo annexum.*

16. *Cardinalis cum sua Ecclesia Titulari est conjunctus coniugio Spirituali, & est cum illa cor unum, & anima una.*

*Item commissa est eidem Ecclesia, tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus, & omnia ab illius voluntate, & arbitrio dependent.*

17. *Canonici, & beneficiati ideo sepelluntur in eorum Ecclesiis, quia ibidem particularis habetur Sepultura pro Canonicis.*

18. *Bulla Sixti V. la 55. est basis, & norma tñlorum Cardinalium.*

19. *Cardinales ex extima virtute, prudenter, & sanctitate, qua polent,*

- lent, dicuntur Papa consiliarii, & Cooperatores, & n. 21.
- Item vocantur oculi, aures, ac nobilissime Sacri Capitis Partes, & precipua illius membra à Spiritu Sancto constituta, & n. 47.
- 20 **Cardinales** constituant tres species, nempe sex Episcopales, quinquaginta presbyterales, & 14. Diaconales.
- 22 **Cardinalis** novus post aperitionem oris accipit annulum à Papa in signum despunctionis suæ Ecclesia Titularis.
- 23 **Ex identitate rationis Spiritualis** conjugii **Cardinalis** se veliri debet in sua Ecclesia Titulari, sicut Episcopus sepelitur in sua Cathedrali, n. 28. 50. & 51.
- 24 **Anastasius Presbyter** **Cardinalis** Sancti Marcelli ob non residentiam fuit depositus, & n. 46.
- 25 **Cardinales ex vi**, & natura proprii muneri tenentur residere, ubi Papa deget, cuius Consiliarii sunt.
- 26 **Cardinales** ratione dignitatis non eximuntur à vinculo legis universalis, potissimum quando agitur de juribus Parochialibus.
- 27 **Pontifex** in creatione alicujus **Cardinalis**, si est Prelatus, prius illum absolvit à vinculo sue Ecclesia, & deinde eundem creat Cardinalem.
- 29 **Unica Ecclesia** indecens reputatur, quod habeat plures Sponsos, sicut unus sponsus pluribus Ecclesiis copulari.
- 30 **Sponsus** alicujus Ecclesia essentialiter constituitur per immissionem nulli.
- 31 **Optiones** titulorum fiunt in Concilio presente, & approbante Pontifice de Ecclesiis vero residentiis.
- 32 **Papa** est absolutus dispensator rerum Ecclesiasticarum, & semper à meliori bono regulatur.
- 33 **Quod innovatum** non reperitur, dicitur continuare juxta suam primam naturam.
- 34 **Cardinales Episcopi** si excusantur à residentia in propriis Diocesibus multo magis excusari debent alii Cardinales à suis Ecclesiis titularibus.
- 35 **In primavis Ecclesia temporibus** dicuntur Cardinales suisse Parochos.
- 36 **Cura Animarum** in Urbe residet penes Parochum independenter à Cardinali illius Ecclesie Titularis.
- 37 **Maximarum rerum**, & antiquissimorum maximè latent origines.
- 38 **Apostolica Sedes** vocatur caput, ac cardo aliarum Ecclesiarum, & illius Authoritate omnes Ecclesie Domini disponente reguntur.
- 39 **Cardinales** vocantur Apostolorum successores, figuram representantes istorum, tam ante divisionem à Divo Petro, quam post divisionem, quando unusquisque soritus fuit suam provinciam ad fidem praedicandam.
- 40 **Præexcellenta Cardinalium respectu Episcoporum** maximè colligitur ex illis verbis: Creatis præbbyteris tot, Diaconis tot, & Episcopis per diversa loca, & numer. 43.
- 41 **Archidiaconus** ratione officii respectu Episcopi est major, & prefertur Archipresbytero.
- 42 **Ex decreto Stephani IV.** intentato etiam anathemate veritum erat Episcopis ad Sedes presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium aspirare.
- 44 **Cardinalitiam** dignitatem quamplures aspirando, illius nomen usurparunt.
- 45 **Instinctu Animæ nostræ rationalis** semper ad celstiora aspiramus.
- 48 **Ecclesia** **Cardinalium** **Titulares** non sunt omnes parochiales.
- 49 **Cardinalis** in sua Ecclesia Titulari non solum habet jurisdictionem quasi Episcopalem, sed transcedit etiam veram Episcopalem.
- 51 **Opinio**, & sententia Doctorum contradictorum non habentium est in Judicando sequenda.
- 54 **In hac funerum materia** Magistris Cæ-

- Ceremoniarum tamquam in re ad proprium officium pertinente, omnis est adhibenda fides, & num. 59.*
- 54 Referuntur quatuor casus, quatuor Cardinalium in eorum Ecclesiis Titularibus sepultorum.
- 55 Melior, securiorque interpretatio haberi non potest, quam illa, que ex praecedenti observantia resultat.
- 56 Concilium Lateranense dicit, quod Cardinales sepeliuntur in Ecclesiis suorum titulorum.
- 57 Refertur opinio plurium virorum in hac materia expertorum, & maximè Magistrorum Ceremoniarum testantium Cardinalem Titularem non electa sepultura, in Ecclesia Titulari, esse sepeliendum, quorum dicto in hac materia est standum, & n. 57.
- 58 Ex omissione non bene arguitur ad negativam: maximè quando aliunde habetur actus positivus.
- 59 Magistri Ceremoniarum circa res spectantes ad plenam fidem faciunt.
- 60 Quilibet interpretatio sumenda est, ne observantia, que in similibus casibus servata fuerat, interrupta remaneat, & n. 61.

## DECISIO VII.

**O**bitus clar. mem. Cardinalis Radotovich, qui suum Cadaver reliquit sepeliri, prout de jure, excitavit à somno resolutionem jam coram me captam usque sub die 20. Februario anni proximè elapsi pro tomulatione Cadaveris clar. mem. Cardinalis Pallavicini, nam instante Ecclesia Titulari, hodie reproposita causa DD. steterunt in decisio, & quamvis in jure nihil de novo additum, vel oppositum fuerit in facto tamen plura ponderata fuere, quæ magis firmam reddunt resolutionem jam captam, qualiter decet decisiones Rotales, quæ normam in posterum judicandi, & disponendi præbere solent.

In praecedenti firmatum remansit,

Cadaver Cardinalis hic in Urbe decedens, quando non habet, vel non elegerit particolare Sepulcrum deferendum esse ad illius Ecclesiam Titularem, existimantibus DD. hoc speciale jus potentius esse altero generali Parochia, desumendo argumentum ex identitate, vel majoritate rationis, quia si hoc dicatur de Episcopo, Prælato inferiori, Archiepiscopo, Priore, Parocho, Canonico, Beneficiato, & similibus, qui etiā decadent extra limites suæ Ecclesiæ sunt ad eandem deferendi, ut ex authoritatibus in decisione allegatis, inquit magis dicendum veniat de Cardinali Titulari, quia tam in isto, quam in Ecclesia Titulari quoad Corpus Cardinalis, iura prædicta eminentiori gradu continentur.

Prædictæ omnes limitationes contra jus Parochiale admissæ fuerunt à scriptoribus pro parochia, sed iterum impugnabant paritatem, & illationem, ponderando, quod idem DD. moti sunt ad concedendam particularem sepulturam Episcopis, Prælatis, Canonici, & aliis supra relatis in præjudicium Parochiæ ex causa conjugii spiritualis, quod unusquisque habet cum sua Ecclesia, vel ex causa residentiæ, quam faciunt in eadem Ecclesia, quæcum non concurrent in Cardinali Titulari, cessare etiam debet jus particulare exclusum alterius generalis, quod habet Ecclesia Parochialis fundatum in jure recipiendi cadavera omnium decedentium inter suos limites.

Plures tamen datae fuerunt responsiones huic objecto etiam in praecedenti mea decisione, sed ut iterum melius hæc exceptio sublata remaneat præmittendum est, aliud esse jus justa persolvendi Cadaveribus, & jus sepelendi. Utrumque de jure spectat ad parochiam ex juribus allegatis; sed sicut leges civiles hominibus permiscent etiam post mortem disponere de bonis propriis; Ita Ecclesia indulxit temperatio juris rigore, homines posse disponere de propriis Cadaveribus sibi eligendo propriam sepulturam, ut ex Tex. in cap. omnis, de pœnit. & remission. & in cap. ex parte, & in cap. in nostra, de sepul. Cui

Cui ulterius additum est, quod si aliquis haberet proprium sepulchrum, vel aliquem particularem titulum, illuc deferendo, in illo speciali, non autem in generali Ecclesie Parochialis sepulchro tumularetur: Hinc firmo remanente jure funerandi favore Parochiae, liberum remansit jus sepeliendi, & eodem modo divisa quoque fuit quarta; nam medietas semper remanere debet salva pro Parochia, ratione Sacramentorum, & Exequiarum, altera vero ratione sepulturæ debetur Ecclesie tumulanti, ut plures decisum fuit, & est *Text. in c. 1. de sepult. &c. in clement. dudum, eodem titulo, Lavor. var. lucubrat. cap. 17. numer. 33. cum aliis relatis, per Barbos. de Paroch. par. 3. cap. 25. numer. 3. & seqq.*

Cum autem modò agatur tantum de quarta ratione sepulturæ, quia altera medietas non controvertitur Ecclesie Parochiali, non sunt confundendæ authoritates loquentes de una favore alterius.

His ita præmissis, DD. visum fuit non ita rigorosè esse accipien. assistentiam juris competentem Ecclesie Parochiali, quia Cardinalis Pallavicinus non aderat in Urbe animo permanendi, sed advenerat tantum à sua Ecclesia occasione anni sacerdotalis; itaut alienam Domum habitaret, proprium Confessarium conduxerat, & quia paucos post menses Apoplexie insultu corruptus remansit, incapax fuit illorum Sacramentorum, quæ à Parochis ministrati solent, ac propterea cessare dicebatur Parochiale fundatum in domicilio, & Sacramentorum administratione.

Et tanto magis assistentia juris non erat accipienda in toto suo rigore, quia tam authoritates allegatae in præcedenti decisione, §. sed nonnulli, quām scribentes pro Parochia jam conveniebant, quod antiquitus Cardinalis descendens in Urbe, si non habebat, vel elegerat particularem sepulturam, erat de jure sepeliendus in Ecclesia Lateranen. discrepabant solum in hoc, quod scribentes pro titulo ajebant successisse Ecclesiam Titularem Lateranen. quoad Cardinales, prout quoad Pontifi-

cem successit Ecclesia S. Petri. Scribentes vero pro Parochia dicebant subin-gressam fuisse Parochialem; In præsenti tantum satis est reflectere, quod si de jure Cardinales erant antiquitus sepeliendi in Ecclesia Lateranensi in comperto habemus, quod assistentia juris non est ita clara favore Parochiae, quoad omnes Cardinales circa sepulturam, cùm in eisdem Cardinalibus concurrat eadem qualitas, qua mediante sepeliebantur in Ecclesia La-  
teranensi, & solum ex quo invaluit consuetudo, quod non electa sepultura Summus Pontifex sepelitur in Basilica Principis Apostolorum, Cardinales sunt sepeliendi in propria Ecclesia Ti-tulari.

Remota hac rigorosa assistentia Juris removetur etiam ille rigorosus sensus, qui ex adverso tribui prætenditur conjugii, & residentiæ, propter quas caulas dicitur à Doctoribus concessam fuisse particularem sepulturam Episcopis, Prælatis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque similibus personis; Verba enim Doctorum, & quibus utuntur etiam scribentes pro Parochia, talia non sunt, quæ valeant inducere stric-tum, & indissoluble conjugium, ac localem, & continuam residentiam; quia utrumque nomen usurpant tam quoad Canonicos Beneficiatos, ut videre est apud *Lavor. var. elucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 6. & seqq. Dian. tom. 5. tract. 3. resol. 5. Ventrigl. in prax. foren. Eccles. tom. primo, anno. 52. §. unico, sub num. 24. Marchett. de sepult. tit. 38. §. 2. numer. 42. & tamen quoad istos certum est nullum intercedere conjugium cum Ecclesia, neque tenentur ad localem, & continuam resi-dentiam, quia de facto Canonici, & Beneficiati regulariter habent propriam Domum, & se conferunt ad Ecclesiam solum quando illorum officium vel servitium, personalem assistentiam requirit; Quocirca dicendum est, quod illi in ea Ecclesia in tantum sepeliuntur, in quantum ibidem reperiuntur in-titulati, & cum ea sunt Anima una, & Cor unum, ut observant, *Franc. de Ca-theod. c. 17. num. 17. Amostaz. de caus. piis**

piis lib. 6. cap. 8. numer. 74. & 76. ac  
Bellet. disquis. cler. par. 1. tit. de cler.  
debit. §. 3. n. 11. Imò si per resignatio-  
nem , aut alio modo cessaret titulus  
Beneficii per dissolutionem illius unio-  
nis , cum qua conjuncti sunt Ecclesiae ,  
in qua Beneficium retinent , cessaret  
14 etiam jus sepulturæ eidem titulo anne-  
xum , ut tradunt Tondut. resol. benef.  
capit. 114. num. 14. in fine Sebast. Medic.  
de sepul. qu. 7. num. 8. cum seqq. Samuel  
codem tract. controv. 14. numer. 3. Anto-  
nelli. de regim. Eccles. capi 12. numer. 32.  
in fin. clarum fit , quod ratio sepellien-  
di non procedit quoad Canonicum , &  
Beneficiatum propter conjugium , &  
domicilium , sed ex titulo , quo me-  
diante admittitur Clericus ad servitium  
illius Ecclesiae , in cuius assumptione  
quasi contraxit cum dicta Ecclesia , &  
sicut ipse tenetur , dum vivit servire  
eidem Ecclesia , & zelare illius hono-  
rem , & utilitatem , ita de tempore sui  
obitus sepelliri debet in eadem Eccle-  
sia , ut per merita suffragiorum , &  
intercessionem Sanctorum mercedem re-  
cipiat , sed pro dictorum Doctorum  
conciliatione dicendum est , quod talis  
conjunctio , qua mediante , Clericus fit  
cum sua Ecclesia . Cor unum , & Anima  
una , idem sit ac spirituale conjugium ,  
quod magis latè pater , quam carnale ;  
& idem cum prædictis Benè convenit ,  
quod dictum est in præcedenti , desum-  
ptum ex cap. onm. quis , de sepulturis in 6.  
quod Jus sepeliendi magis procedit ex  
honore tituli , quam ex conjugio , seu  
residentia , & propterea cum hoc sensu  
Doctorum quis non videt , quod idem  
optimè dici debet de Cardinali Titulari ,  
nam , & iste est ita conjunctus cum sua  
Ecclesia , ut sit cum illa cor unum ,  
& Anima una , sed longè eminentiori  
modo quam Canonicus , & Benefi-  
ciatus , quia Cardinali est commissa  
Ecclesia , tam in spiritualibus , quam  
in temporalibus , omnes Ecclesiae fun-  
ctiones , vel ab ipso , vel ejus nomine  
fiunt , & semper insignia Cardinalis  
exposita videntur , illius negotia au-  
ctorizante Cardinali stipulantur , & om-  
nia ab illius voluntate , & arbitrio pen-  
dunt , undè Jure merito illatio ex iden-

tate , & majoritate rationis facta sub-  
stinetur .

Agnoverunt Defensores. Jurium Pa-  
rochialium difficultatem assumpti res-  
pectu Canonici , & Beneficiati , &  
aliam allegarunt causam , nempe quod  
in Ecclesiis adist particularis sepulitura  
pro Canonicis , & Beneficiatis , ex qua 17  
deducitur Jus illos sepelienti , qua cel-  
sante cessare etiam dicitur tale Jus al-  
legando Marchett. de sepulur. tit. 38.  
§. 2. num. 46. & Amostaz. de caus. piis  
lib. 6. de funeribus , cap. 8. num. 75. sed  
ultra quod sunt singulares , & illis res-  
tunt omnes superius allegati , & ipse  
met Amostazi est in ratione sibi  
contrarius , dum Jus sepulturæ desu-  
mit ex connexione , & coligentia ,  
quam habent Canonicus , & Bene-  
ficiatus cum Ecclesia , in qua intitulati  
reperiuntur , ut videre est apud eundem  
loco supracitato , num. 76. adhuc tamen  
tamquam quid facti esset probandum ,  
quod omnes Ecclesiae habeant , & ha-  
buerint particularem sepulturnam pro  
Canonicis , & Beneficiatis , & quod  
ista cessante , sepeliuntur in Parochiali  
Ecclesia .

Sed quando omnia etiam in suo ri-  
goroso examine essent accipienda , ad-  
huc concurrunt in Cardinali Titulari ,  
& ad hoc demonstrand. reassumenda est  
Bulla san. mem. Sixti V. la 55. quæ ut  
diximus est basis , & norma titulo-  
rum , & ad cuius tenorem etiam hodie  
specialiter conferuntur , & extra eam  
querere veritatem est inter tenebras  
relichto sole querere lucem . Ex eadem  
Constitutione clare patet , qua intentione  
instituti sint tituli , qua Jurisdic-  
tione sint decorati , & quomodo sint  
considerandi Cardinales in suis Eccle-  
sias Titularibus ; Cum enim Pontifex  
in primo in alia sua præcedenti Con-  
stitutione nempe la 50. numerum ter-  
minaverit , & ibi qualitas Cardinalium 19  
legentibus satis appareat . Exinde quan-  
to sublimior est Summi Pontificis di-  
gnitas , & auctæ sunt Apostolatus  
Curæ ex dilatatione fidei per omnes  
Mundi Partes , benedicente Domino ,  
tanto resplendere magis debet Cardi-  
nalium gradus ex illa eximia virtute ,  
pruden-

prudentia, & sanctitate, qua pollere ius cognoscantur. Si enim ibidem Summus Pontifex expressè dicit, quod sicut Cardinales sunt Consiliarii, & cooperatores in universa Christianæ Reipublicæ administratione, & Pontifex specialiter Urbis Romæ Episcopus existit, & in ea divina dispositione Supremam Sacerdotalis potestatis Cathedram tenet, pati quoque ratione Cardinales in eadem Urbe Romæ mansionem, & locum assignarum habeant; Ex his sanè verbis non solum, sed etiam ex modo, quo Cardinalibus confertur Ecclesia, non videtur posse dubitari de spirituali conjugio; nam in traditione Tituli ea omnia quæ necessaria sunt solemniter adimplentur. Post enim apertionem oris novus Cardinalis genuflectit coram Pontifice, qui accipit annulum ad hoc præparatum, & illud immittit digito Cardinalis novi, dicendo tunc haec vel similia verba: *Ad honorem Dei Omnipotens, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancti illius, ad cuius honorem est fundata Ecclesia Titularis. Commitimus tibi Ecclesiam, &c. cum Clero, Populo, & Cappellis suis si est Presbyter Cardinalis; Si vero Diaconus cum Clero, & Populo tantum, ut refert Baron. in anal. ad annum 1338. num. 87. cumque talis actus importet matrimonium spirituale inter Cardinalem, & Ecclesiam Titularem, ut in individuo tradit Peregrin. lib. 6. numer. 82. tract. var. idemque modus practicetur etiam in præsenti ex formula Typis impressa, & data in propositione cause, sequitur pernecessere, ut ex ratione, etiam spiritualis conjugii Cardinalis sepeliri debeat in sua Ecclesia titulari sicuti Episcopus sepelitur in sua Cathedrali, ut tradunt Samuel de se pult. tract. primo, controv. II. conclus. 5. num. 6. Murg. eodem titulo tract. 8. disquisit. 2. sect. 2. dub. 7. conclus. I. num. 1. cum seqq. Coell. de notit. Card. cap. 16. privil. 38. §. verum Passarin. de stat. homin. question. 187. art. 4. numer. 32. Amofaz. disto cap. 8. numero 62.*

Idemque dicendum est, & ex mortivo Residentiæ, quia hæc satis clare resultat ex verbis ipsius Bullæ, nam ut di-

ximus

ximus Ecclesia Titularis Cardinali lo, quo tenebatur suæ Ecclesie, & de-  
committitur ad similitudinem, quam  
habet Summus Pontifex Lateranen. ex  
illis verbis superius relatis, deinde illi  
assignat mansionem, & locum unicuique  
proprium &c. quod facto etiam  
comprobatur, nam in cap. ex parte, de  
*Cler. non residentibus* Anastasius Prae-  
sbyter Cardinalis Sancti Marcelli ob  
24 non residentiam fuit depositus, &  
quamvis controversia sit inter DD. an  
ille privatus fuerit, vel quia deseruer-  
at propriam Parochiam, vel Diœcœ-  
sim, ut videre est apud *Lotter. de re be-  
nefic. lib. 3. qu. 27. n. 54. Salv. de Benefic.  
part. 4. qu. 3. num. 5.* certum tamen est,  
quod hodie Cardinales ex vi, & natu-  
rae proprii officii tenentur residere in eo  
loco, ubi degit Papa, cuius Consiliarii  
sunt, ut ita consilio illum juvare pos-  
sint per ea, quæ tradunt *Azor. insti-  
moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. lit. E. verific.  
queres an. Barbos. de potest. Episc. par.  
3. alleg. 53. num. 12. Borell. in sum.  
decis. tit. 10. num. 8. Garz. de nobilit.  
gloss. 48. §. Tertio, num. 10. German.  
de Indult. Card. §. Tibi quoad vixeris,  
n. 1. & seq.*

Nec contra prædicta faciunt quæ  
ex adverso ponderabantur, quod nem-  
pè Cardinalis ratione dignitatis non  
eximitur à vinculo legis universalis, ut  
ait Joannes Monachus *extravag. pri-  
ma super glossa in verbo Cleric. de sent.  
Excom. & Rot. coram Ottobono, dec. 255.  
numero primo*, & potissimum quando  
agitur de Juribus Parochialibus, *Abb.  
in cap. omnes, num. 3. de major. & obed.  
cum aliis per Passerin. de statu hominum,  
quaest. 187. articul. 4. numer. 4. & Bo-  
nacini. de controver. disputat. 3. quaest.  
32. par. 3. sub numer. 6. §. Nota Car-  
dinalis.*

Objectum enim de facili tollitur ex  
authoritatibus ex adverso laudatis; di-  
ctum enim fuit, quod Cardinalis de  
Jure est sepeliendus in Ecclesia Late-  
ranensi, & propterea ratione dignitatis  
eximitur ab hoc vinculo Parochiali, ut  
etiam firmat *Gygas, consil. 97. n. 7. & seq.*  
Sed quod magis est, in creatione aliqui  
jus Cardinalis Summus Pontifex illum  
prius absolvit, si est Prælatus à vincu-

lo, quo tenebatur suæ Ecclesie, & de-  
indè illum creat Cardinalem, ut obser-  
vat *Baron. eodem anno n. 83. & Petrus  
Ubald. de Canon. Paroch. cap. 9. n. 31.* ex-  
pressè firmat, quod si Cardinalis fuerit à  
Papa depositus, vel ipse renunciaverit  
Cardinalatu, vel non, veniat sepeliendus  
in suo titulo, ex quo deducitur à con-  
trario sensu quod decedens cum dignitate  
Cardinalitia, est sepeliendus in suo titu-  
lo, nec modò est quæstio, an eximatur  
à vinculo universalis in sensu, in quo lo-  
quitur Joannes Monachus, & Rota coram  
*Alexandro VIII. dicta decisione 257.*  
Sed an ex causa particulari, nempe sui  
tituli Cardinalis eximatur à jure sepulta-  
re, quod habet Parochia?

Minus validè excludi prætenditur con-  
jugium, ex quo ante Bullam Sixtinam  
plures tituli conferebant uni Cardinali,  
vel plures Cardinales addicti erant unico  
titulo, cùm unica Ecclesia non valeat  
habere plures sponsos, nec unus sponsus  
pluribus Ecclesiis copulari; *can. plerisque  
de offic. ordinar.*

Nam dato principio veri conjugii per  
impositionem annuli solemniter fa-  
ctam, ut supra diximus, & advertitur  
etiam à sribentibus in contrarium, ubi  
distinguendo inter qualitatem essentiali-  
am Episcopi, & accidentalem, dicitur  
quod essentialis est esse sponsum illius  
Ecclesie & talis sit per Immissionem 30  
annuli, reliqua, quæ aliquando super-  
venerunt, & correcta remanserunt per  
dictam Bullam, non possunt illud dissol-  
vere, quia, et si regulariter sunt incom-  
patibilia, attamen per Pontificiam dis-  
pensationem compati possunt, prout de 31  
optionibus titulorum, quæ sunt in  
Consistorio præsente, & approbante  
Pontifice de Ecclesiis verè residentia-  
libus, à quarum vinculo quamvis ante  
creationem Prælatus eximatur, ta-  
men postquam factus est Cardinalis, ex  
permissione redit ad suam Ecclesiam,  
vel aliqua de novo eidem confertur, ut  
toties practicatum vidiimus, prout eti-  
am è converto in nonnullis Pontifices  
limitarunt Jurisdictionem Cardinalium  
Titularium, & cum haec omnia pen-  
deant à voluntate Papæ, qui est ablo-  
latus dispensator regum Ecclesiastica-  
rum,

rem, & semper à meliori Bono regulatur, non potest dici, quod ideo immutatus est status Titularis, nam in aliqua parte erit quidem diversus à suo principio, sed ut in totum immutatus remanet, esset necessaria in aliqua specialis constitutio, ut fecit Sextus in sua pro illarum renovatione, & quod innovatum non reperitur, dicitur continuare juxta suam primævam naturam, quod videmus pariter in sex Ecclesiis Episcopalibus, quæ licet sint verè Cathedrales, adhuc tamen optantur, nec personalem residentiam exigunt, aliquando conjunctæ reperiuntur cum alia Ecclesia pariter Episcopali in eodem Cardinali. *Immò Gonzalez. in cap. 2. numer. 6. de Cler.* non residentibus dicit, quod Cardinales Episcopi excusantur à residentia in propriis Diccessibus, & si isti excusantur, multo magis excusati debent alii à suis Ecclesiis Titularibus; quia cum omnes ista procedant ex eodem fonte, eodem etiam modo veniunt judicandæ.

In vanum quoque ad tollendam obligationem residendi, & cætera omnia Jura, prætenditur recurrere ad primæva Ecclesia tempora, in quibus dicitur Cardinalis fuisse Parochus, ac deinde felicioribus Ecclesiæ seculis Pontifices illos assumpsisse ad sibi assistendum in regimine universalis Ecclesiæ, demandata Animarum Cura aliis Parochis, à quibus etiam nunc regitur independenter à Cardinali titulari, & propterè translato in alium Sacerdotem hoc speciali conjugio, sublata quoque remansit obligatio residendi, eaque cessante cessasse quoque dicendum est omnia illa Jura, quæ concomitantur conjugium, & residentiam, prout est Jus sepulturæ.

Talis enim discursus potius ex præsenti rerum statu, quam ex realitate facti, ac ex Doctorum consensu desumitur, incertum quippe omnino est apud Doctores, quibus Temporibus adscribendum sit principium, hujus dignitatis, nam ut ait Tomassinus Ecclesiast. rerum exactissimus Investigator Monacelli, *Formul. Suppl.*

tor de hac materia loquendo in suo statu de *Beneficiis*, part. 1. lib. 2. c. 115. in principio, verū ita comparatum est rerum maximatum, antiquissimarum maximè latent origines. Ceterum magis communis opinio est, quod sicut in Canone *Sacrosancta, distinct. 22.* Apostolica Sedes vocatur Caput, & Cardo aliarum Ecclesiarum, quia sicut cardine ostium regitur, sic hujus Apostolicæ Sedis autoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente, reguntur, ita illius Consiliarii, & cooperatores Cardinales dicti sint; Quando autem, & tali nomine usi sint, pariter controvèrtitur inter DD. & quamvis nullum magis certum principium habeamus, quam ex Epistolis Divi Gregorii, atamen nonnulli volunt, quod etiam per antea tale nomen usitaretur, ut videre est apud *Tomassinum de Benefic.* part. 1. lib. 2. capitul. 113. per totum, *Azor. Institut. moral. part. 2. libro 4. capit. 11. Cardin. Jacobat. de Concil. libr. 1. titul. de Cardin. & Patriarch. versicul. Similiter non credo, folio mibi 29.*

Sed quidquid sit de nomine, Cardinales vocantur successores Apostolorum, nam Apostoli considerantur duplice modo, neimpè ante divisionem, quando tamquam consiliarii assistebant Petro, & res fidei, & regiminis consultabantur, & in hoc statu tamquam Consiliarii Petri representabant Sacrum Collegium, & Cardinales, & post illorum divisionem, & quando unusquisque sortitus fuit suam Provinciam ad fidem prædicān. & tunc asumperunt figuram, & personas Episcoporum, ut referendo ipsanet verba, quibus usus fuit Petrus de Alliaco in suo tractatu de *Auth. Eccles.* tradunt *Tomassin. de Benefic. part. 1. libro 2. capit. 114. num. 2. & Cardin. Jacobat. de Concil. dicto titul. de Cardin. & Patriarch. vers. sed obviat premisis, fol. mibi 29.*

In tali munere Petro assistendi succedit Clerus superior Romanus de cuius numero, & qualitate nihil habetur, sed benè ex pluribus illius dignitas clare colligitur quia habenus in vitis Pontificum

O  
tificum

- tificum apud Ciaccon. illa verba: creatis Presbyteris tot, Diaconis tot, & Episcopis per diversa loca, cumque primo loco nominati sint Presbyteri, & Diaconi, ex ipso ordine scripture recolligitur illorum præexcellentia respectu Episcoporum, ut observat Rota coram Merlin. decisione 70. numer. 5. & in rec. dec. 242. numer. 14. part. 16. & dec. 156. numer. 5. par. 17. & quamvis ordo Episcopalis sit superior Presbyterali, & 40 Diaconali, attamen ratione officii Presbyter, & Diaconus Cleri Romanorum, qui assistebant Pontifici in gubernio universalis præferebantur Episcopis, prout dicitur de Archidiacono respectu Episcopi, qui ratione sui officii præfertur Presbyteris, ut adveretur Cardin. Jacobat. ubi supra à dicto versic. sed obviar. Et forsitan ex hac prærogativa originem habere potuit, quod tales Presbyteri, & Diaconi denominati sunt Cardinales, vel ratione officii, vel ad distinctionem aliorum, quos in propria Ecclesia habebant, & illis præminebant.
- 41 42 Et hoc magis colligitur ex duabus circumstantiis facti, primo nempe, quod ex decreto Stephani Quarti intentato etiam anathemate veritum erat Episcopis aspirare ad Sedes Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium Ecclesie Romanæ, & secundo quod Cardinales Ecclesie Romanæ ad Ecclesias Episcopales foras non mittebantur à Summis Pontificibus, nisi de eorum consensu, ne exauthorizare potius eos, quam promovere viderentur, ut observat Thomassin. de benefic. par. 1. lib. 2. c. 115. numer. 7. & 9. & propterea si Episcopi aspirabant ad eorum Sedes, & isti renuebant assumere dignitatem Episcopalem extra Urbem Romanam, ad evidentiam demonstratur illorum dignitatem esse magis excellentem, neque ista ex alia causa provenire poterat nisi ex assistentia, quam præstabant Pontifici, ac ex potestate eligendi Summum Pontificem, & quia plerumque ex ipsorum Sacro Collegio eligebatur, quia proprium illorum mutus respicit Ecclesiam universalē, illud vero Episcopi propriam, & particularem tantum.

Data hac insigni prærogativa assistendi Summo Pontifici in Regimine universalis Ecclesie, & cæteris præferri, nil mirum si ad eamdem dignitatem, vel saltem usurpando illius nomen, quamplures aspirarunt, ut observant 44 Marian. de rebus Hispanie, l. 10. cap. 6. Germon. de Sacr. Immun. lib. 3. c. 6. cum aliis relatis per Azor. Instit. Mor. part. 2. lib. 4. cap. 1. litt. C, Tomassin. de Benefic. dicto cap. 115. num. 2. & 9. Card. Jacobat. de Concil. dict. tit. de Card. & Patriarch. versic. similiter folio mihi 19. Quod etiam alii tam in Urbe, quam extra, Episcopi, vel Presbyteri Cardinales vocabantur, prout regulariter in rebus humanis evenire solet; quia semper ad celstora aspiramus instinctu Animæ nostræ, in cuius gratiam cecinit Psalmista: Tunc 45 satiabor cum apparuerit gloria tua: Sed veri, & proprii Cardinales hoc addimento Ecclesie Romanæ distinguebantur, dum alii simpliciter Cardinales nuncupabantur.

An autem de ipsis, vel de veris Cardinalibus dici debet, quod Cardinales Parochi dicerebantur, & illorum munus exercebant in docendo Populum, & illi Sacramenta ministrando, & an tunc temporis tale officium esset proprium Parochorum prout in præsenti, seu potius exercebatur ab ipsismet Episcopis prout in principio naescientis Ecclesie, omnino incertum est, nam ipsismet DD. allegati incerti sunt, ut videre est apud ipsummet Gonzal. in dicto cap. 2. num. 6. de cler. non resd. ubi explicando casum Anastasi Presbyteri Cardinalis Tituli Sancti Marcelli à Concilio depositi, dicit, sed an Cardinalis ille absulset à propria Parochia, an verò à Diœcesi non consentiunt Interpretes, unde bene in præcedenti mea decisione dictum fuit superfluum fore ante Bullam Sixti antiqua investigare, quia nihil certi habebatur, in quo firmari resolutio posset, sed ex necessitate predicta recolligere oportuit ad demonstrandum subsistentiam omnium narratorum in Bulla, quod assignatio tituli non provenit ex simplici Parochialitate, ita ut ista deficiente, deficere etiam debeat omne Jus, & quæcumque prærogativa, quam

quam habet Cardinalis Titularis in sua Ecclesia, sed cum ista principaliter procedat a dignitate, assistentia, & vicinitate, quam habent Cardinales cum Summis Pontificibus, qui ut dixi, appellantur aures, & oculi illius, istis adhuc durantibus, immo quam plutimum auctis, ex quo benedicente Domino Ecclesia, quantalibet fidelium numerositate jam dilatata reperitur, continuare etiam debent illorum prærogative maximè annuente Summo Pontifice, & si omnia non correspondent, omnino non est dicendus defectus, sed tribuendus potius dignitati, ex qua majoribus intenti Cardinales minora cæteris de mandarunt. Tantò magis quia Ecclesiæ Titulares non sunt omnes Parochiales, ex qua circumstantia ad evidentiā demonstratur, quod tituli Cardinalibus non fuerunt assignati vigore Parochialitatē, & per consequens neque ista cessante, cessare debent illorum prærogative, prout continuant in exercitio proprie omnimodæ Jurisdictionis quasi Episcopalis dum elevant Baldachinum, incedunt Rochetto discooperto, admittunt ad osculum Clericorum, impariuntur benedictionem Populo, ac Beneficia conferunt. Hinc Doctores authumarunt non solùm, quod Cardinalis habeat Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut innuit allegata constitutio, sed quod transcendat etiam ad veram Episcopalem, ut videre est apud Abbatem Felin. & Bitr. in cap. his que, de major., & obed. Imol. in clement. ne Romanī, de electione Joannes Monacus in cap. I. de Major. & obed. in 6. Lido-  
vic. Roman. consil. 498. Cardin. Alban. de Card. quæstione 46. & Mandos. ad regu-  
l. Cancellar. regul. 7. quæst. 2. num. 10.  
& Azor. Inßit. moral. part. 2. lib. 4. cap.  
3. litt. B. sed de hac qualitate modò non  
est quæstio cum sufficiat in præsenti,  
quod tanta sit, ut illi tribuat controver-  
sum Jus sepulturae.

In quo considerari debet etiam interesse Ecclesiæ, nam talis assignatio Ti-  
tuli facta non minus legitur in hono-  
rem Cardinalium, sed, ut Ecclesia-  
rum quoque utilitati consulant non  
minus circa Bonorum temporalium ad-

ministrationem, sed etiam, ut illas in-  
staurent, & exornent, ut tantorum  
Præsulum dignitati correspondeant,  
cum reliquis in §. Decimo contentis, 50  
& quia hoc laudabile Pontificis inten-  
tum facilius cōsequi poterit, si cada-  
vera Titularium ad eas deferrentur, ideo-  
que cum concurrat in Ecclesia Titulari in  
isto casu tam Jus activum quam passi-  
vum funerandi cadavera suorum Præ-  
sulum, non est privanda tali jure, ac  
commodo.

His omnibus accedit opinio Docto-  
rum afferentium cadavera Cardinalium  
Titularium esse deferenda ad Ecclesiæ  
Titulares, quando, vel non habent,  
vel non elegerunt particularem sepulta-  
ram, & cum non habeant contradicto-  
rem, eorum sententia est in judicando 51  
sequenda juxta firmata per Jason. in leg.  
penultima, num. 21. Cod. de pact. Becc.  
cons. 23. num. 6. Surd. decis. 329. num. 36.  
& Rota in rec. decis. 122. numer. 16.  
part. 5.

Et malè opponebatur contra dd. Au-  
thores, quod tantum se fundant in con-  
suetudine, quām ipsi tamquam exteri  
erroneè allegant, cum nullus ex nostris  
hoc audeat dicere, sed magis erronēum  
est partis objectum, quia præfacē au-  
thoritates optimè se fundarunt in alle-  
gata observantia, illam desunendo ex  
eo, quod sicut invaluit consuetudo, quod  
non electa sepultura Summus Pontifex  
sepelitur in Basilica Principis Apostolo-  
rum, ita Cardinales sunt sepeliendi in  
propria Ecclesia Titulari, ut firmant au-  
thoritates allegatae in §. Et ut magis.

Et quod allegata consuetudo subsi-  
stat in facto, pluries experientia nos  
docuit, & docuit etiam exteriores, qui  
sunt magis solliciti, quām nos de his,  
quæ hic peraguntur; Ex revolutione  
enim actorum in memoriis Magistro-  
rum Cœremoniarum quatuor casus fue-  
runt reperti, qui illam comprobant ultra  
unanimem attestationem modò fa-  
ctam ab omnibus Cœremoniarum Ma-  
gistris, quibus tamquam in re ad pro-  
prium officiū pertinente omnis fides  
est adhibenda Rota cor. Gregorio, decis.  
126. num. 1. & Baratt. decis. 419. n. 6.  
& in recent. decis. 154. num. 13. par. 7.

- 53 Primus casus est Card. de Rubeis de anno 1519. qui juxta attestacionem Petri de Grassis Magistri Cæremoniarium, & postea Episcopi Pisauensis secundum Sanctionem factam à Concilio Lateranensi sepultus fuit in sua Ecclesia Titulari; Secundus est Cardinalis Vitellii, qui pariter, ut habetur ex memoria Cornelii Firmani tom. 13. *Diariorum* c. 178. de anno 1565. ad annum 1573. sepultus est in Ecclesia Titulari S. Mariæ in Via lata; Tertius est Cardinalis Sarnani, qui de anno 1596. juxta sensum Guidi secundi Magistri Cæremoniarium, & decretum Cardinalium, qui funeri interfuerunt, sepultus fuit in sua Ecclesia Titulari, ut refert *Ciacconius in vita Sixti V. tom. 2. fol. mihi* 166. Quartus demum est ille Cardinalis Gualtieri de anno 1673. qui patiter ex dicto Servantii Magistri Cæremoniarium sepeliendus erat in Ecclesia Titulari, quamvis sepultus fuerit in Ecclesia Sanctæ Agnetis in Platea Agonalis; cumque in his casibus, in quibus non fuit dicta sepultura à Cardinali defuncto juxta opinionem Magistrorum Cæremoniarium, semper prævaluerit Ecclesia Titularis, certum est, quod pro resolutione prætentæ controversiae melior, & securior interpretatio habeti non potest, quam illa, quæ resultat ex praecedenti observantia, ut tradunt *Soccin. Sen. conf. 145. n. 2. lib. 1. Handed. conf. 42. n. 3. l. 1. Rot. cor. Royas* decis. 481. n. 22. & dec. 279. n. 7. & cor. *Alexandro VIII. decis. 165. n. 20.*
- Et quod valde observable est omnes isti actus præter factum fundati reperiuntur in jure, nam in primo præter opinionem Petri de Grassis adeo decretum Concilii Lateranensis; In secundo in margine scriptum legitur, quod regulariter Cardinales sepeliuntur in Ecclesiis suorum Titularum, nisi aliud ante mortem statuerint. In tertio ita Magister Cæremoniarium testatus est, & ita Cardinales decreverunt; In quarto demum Servantius dixit, quod Cardinalis titularis non elesta sepultura, sepeliendus est in Ecclesia Titulari eo modo, quo Cadaver Episcopi spectat ad suam Cathedralem, &
- 54 ulterius moderni Magistri Cæremoniarii testantur in Indice penes ipsos existente adnotatum reperiri usque de anno 1598. fol. 81. quod Cardinalis ab intestato defunctus sepeliendus est in sua Ecclesia Titulari; Non autem in Parochia, ista enim unanimis opinio à tot viris emanata in hac materia expertis, & in publicis diariis relata pro memoria rerum gestarum, & pro norma etiam faciendarum magnam autoritatem in judicando facere ad *Textum in 57 lege septimo mens. ff. de stat. homin. Rot. cor. Emerix, decis. 495. n. 2. & decis. 474. n. 6. & in rec. decis. 154. n. 9. par. 10. & d. 5. n. 7. par. 7.*
- Agnoverunt Defensores Ecclesie Parochialis, quod talis observantia non poterat amplius impugnari, & quantum vim habeat in omnibus, & præcipue in istis casibus, id est totis viribus illam sibi favorabilem ostendere curarunt, sed inutiliter, nam primus casus Cardinalis de Rubeis non bene tollitur, ex quo inter acta Concilii non legitur descriptus, nam ex tali omissione non bene arguitur ad negativam, quando habemus actum positivum ex ipsis *58 Diaconi* Magistrorum Cæremoniarium, qui circa materias ad eos spectantes plenam fidem facere debent, *Barthol. in leg. quædam §. Nummularios*, numer. 4 ff. de edend. *Ruin. conf. 53.* numer. 9. libr. 59 4. *Maseard. de probat. conclus. 671.* numer. 6. *Corrad. in praxi beneficiali*, libro primo, capit. 5. numer. 255. & *Rot. coram Seraphino*, decis. 1088. numer. 4.
- Contra secundum nihil prorsus opponunt, sed omni conatu se convertunt ad tertium, & quartum, & contra tertium adduxerunt quamdam annotationem cuiusdam Magistri Cæremoniarii, sed anonymi, qui neque talentum se ostendit ex verbis valde impropriis, quibus in eo utitur. Admittit nempe relationem Guidi, & decretum Cardinalium, sed ex quo fuerunt porrecte preces Pontifici, supponit causam fulse remissam Magistris Cæremoniarium, & quod lis adhuc pendeat, & dubitat decretum Cardinalium fore revocandum, quia fundatum erat in verbis Guidi,

Guidi, qui assertuit hoc caveri in Cœrimoniali, quod non sine nostro, imò potius ejus dedecore, erit qui temeraria sua audacia, & præsumptione falsa asseruit: sunt verba data *Summario Parochie*, n. 3.

Sed ista verba contra proferentem retonqueri possunt, quia de facto in Cœrimoniali, ita cautum jam reperiebatur, quod nempè Cardinalis ab intestato decedens erat sepeliendus in sua Ecclesia Titulari, & jam evenerat casus Cardinalis de Rubeis de anno 1519. & Cardinalis Vitellii de anno 1565. ut in primo, & secundo casu, nec credendum est Cardinales ita oscitantur pronunciarē voluisse, sed magis probabile est,

60 quod saltē inspectis ipsimē libris Cœremoniarum, ita servari mandaverint, ne observantia, quæ in similibus casib⁹ servata fuerat, interrupta remaneret, *Rot. cor. Mantica dec. 59. n. 12. Caval. dec. 407. n. 5. Burat. dec. 647. n. 11. & in rec. dec. 316. n. 15. p. 9. & dec. 65. n. 14. par. 15.*

At quando omnia subsisterent, quo modo præferti potest ista attestatio tantum dicit, quod lis adhuc penderet, & per consequens decretum Cardinalem subsistit, donec demonstretur revocatum?

Nec pro revocatione allegari valet fides Parochi *Summario Parochie*, n. 4. quia ipse testatur de tempore proximo obitus, & dicit conservari in Ecclesia per modum depositi, quod referri potest ad pendentiam litis, & maximè quando Ciacconius in vita ejusdem Sarnani tradit reperiri sepultum in sua Ecclesia Titulari ad Sanctum Petrum in Monte Aureo, & casus iste est valde observabilis, quia Cardinalis Sarnanus fuerat ejusdem Ordinis, convivebat cum suis Fratribus, & in Conventu decessit, ut notat idem Ciacconius. Quapropter si jus Parochiale cum iis omnibus annexis non potuit vincere Ecclesiam Titulari, multò minus hodie vincere debet, his non concurrentibus.

Quo verò ad ultimum Cardinalis Gualterii maximum fundamentum sit quod in duabus instantiis Ecclesia Titularis Sancti Eusebii succubuit, & illa

*Monacelli, Formul. Suppl.*

Sancti Laurentii in Damaso decretum favorable reportavit, sed quidquid sit de hoc decreto certum est, quod Cardinalis fuit sepultus in dicta Ecclesia Sancte Agnetis, ubi erat Protector, & emolumenta Parochialia tradita fuerunt Ecclesiae Parochiali S. Laurentii, facta tamē obligatione per Capitulum, ejusque Collegiales favore Ecclesiae Titularis de restituendo, quidquid per Eminentiam Suam fuerit judicatum; Cū autem modò quæstio sit de Cadavere, & illud Card. Gualterii Ecclesia Parochialis non potuerit amovere ab altera Ecclesia, cujus tantum erat protector, multò minus erat amoven. illud Card. Pallavicini à sua Ecclesia Titulari.

Ex quibus omnibus, tam in Jure, quam in facto optimè firmatum remanet bonum Jus Ecclesiae Titularis, & idē ceteris omissis tamquam sufficienter sublati in altera decisione, ita resolutum fuit.

Utraque, &c.

#### R. P. D. D E L O L M O.

Legionen. Beneficii.

Veneris 18. Februarii 1701.

#### A R G U M E N T U M.

Beneficium simplex Ecclesiasticum vacante dignitate Ecclesiae Cathedralis, quando ad illam spectat illius collatio est adjudicandum proviso Apostolicostantibus litteris à Dataria obtentis in omnibus justificatis; Mensis Aprilis est reservatus Pontifici vigore Regularum Cancelleriæ, neque talia beneficia possunt ab Episcopo conferri in vim alternativæ, cū liberè ad ejus collationem non spestant.

## SUMMARIUM.

- 1 Dator per non excessum justificatur ex locationibus fructuum beneficii.
- 2 Mensis Aprilis est reservatus Pontifici vigore regularum Cancelleriae.
- 3 Litterae Datarie plenè justificatae, exequitioni debent demandari.
- 4 Alternativa intrat tantum in beneficiis, que sunt ad liberam collationem Episcopi.
- 5 Concordia tenor est attendendus, ligat etiam successores, potissimum quando ea est confirmata à Sede Apostolica.
- 6 Beneficii ultimus status quando agitur inter provisos super validitatem provisionis est attendendus.
- 7 Magna versatur differentia inter casum Sedis Apostolice vacantis, ac casum vacationis Sedis alterius inferioris collatoris, & n. 8. ac 9. ubi de differentia, que inter unum, ac alium casum adest.
- 8 Regula de annali loquitur tantum de impetrante beneficium, jam per annum ab alio precedente posse.
- 9 Gratia si neutri, habet exequitionem paratam probatis suis requisitis, que sunt vacatio Beneficii, lis inter provisos, & non jus utriusque.

## DECISIO VIII.

**V**acavit de mense Aprilis anni 1693. Beneficium simplex servitorum Ecclesiasticum in Ecclesia Parochiali Sancti Petri Loci del Pino del Rio; cumque tunc temporis reperiretur vacans Archidiaconatus de Saldana Dignitatis Ecclesiae Cathedralis, ad quam spectat collatio memorati Beneficii, illud tamquam vacatum in mense reservato à Sede Apostolica, impetravit Franciscus Crespo; & è contra ab Episcopo Legionensi tam-

quam suæ liberae collationis collatum fuit Petro Martinez, ac per ejus obtum successivè sequutum Josepho Martinez: Hinc propterea exorta inter hos Provisos contentionе coram Officiali, seu Provisore Legionensi, iste per sententiam Beneficii adjudicavit Proviso Apostolico, quæ successivè confirmata exitit à Reverendiss. Hispaniarum Nuncio, devoluta autem ab ejusdem Judicatis Causa ad hoc Sacrum Tribunal, datum fuit dubium *An*, & cui sit adjudicandum Beneficium, quod favore Francisci informati resolutum fuit.

Litteræ siquidem per Franciscum à Dataria obtentæ, apparent in omnibus justificatæ, nam vacatio Beneficii, ac Francisci idoneitas non impugnantur: illius Clericatus patet ex litteris testimonialibus sui Ordinarii, *Summ. nn. 14.* qualitas Beneficii simplicis servitorii sine residentia probata remanet ex testibus formiter examinatis d. *Summario num. 10.* valor per non excessum in duabus 40. justificatur, nedum ex eisdem testibus, sed etiam ex locationibus fructuum Beneficii, & ex taxis Ecclesie, dicto *Summario n. 15.* & 16. & reservatio demum elicetur ex vacatione Beneficii sequuta de mense Aprilis, qui ex regula octava hodie nona Cancelleriae, est Apostolicus, ut notant *Gonzal. ad d. regul. 8. gloss. 11. nn. 1. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 1. numer. 1. Card. de Luca de Benefic. disc. 17. num. 11. Ventrigl. jun. prax. annot. 2. §. 2. num. 65. tom. 3. 2. Rot. coram Coccina. decis. 51. num. 2. & in rec. decis. 189. num. 2. par. 18. adeo ut ex his omnibus quemadmodum dictæ Litteræ tamquam plenè justificatæ debent executioni demandari ad *Text. in cap. super litteris de rescript.* & in cap. si capitulum ibique gloss. verbo exequatur de concess. *Prebend. in 6. Rota cor. Merl. decis. 192. n. 2.* & in rec. par. 16. dec. 343. & par. 19. decis. 63. utrobique n. 1. ita pro effectu illarum executionis in hoc Judicio controversum Beneficium venit Francisco adjudicandum.*

Neque attendenda est collatio facta ab Episcopo in vim alternativæ, qua gaudet, cujus vigore Beneficia in men-

sc

se Aprilis vacantia spectant ad illius provisionem ad notata per Barbos. de Poteſt. Episc. alleg. 57. num. 140. & seqq. Ventrīgl. in prax. annot. 2. §. 2. num. 65. tom. 2. quia mensium alternativa procedit foliū in Beneficiis, quæ libere spectant ad collationem Episcopi non autem in illis, quorum prout hic, collatio spectat ad alium, nemp̄ ad Archidiacōnum de Saldana, ut litteraliter disponitur in dicta reg. 8. Cancellariæ, & tradunt Gonzal. ad d. reg. 8. gloss. 42. num. 5. & gloss. 45. num. 1. & seqq. Cochier, ad Regal. Cancel. regul. 8. gloss. 16. à nu. 1. & gloss. 17. Murg. de Benefic. quæſt. 3. num. 318. vers. immò neque comprehendit. Card. de Luc. eodem tit. disc. 17. num. 411. & seqq. Ricc. in prax. part. 3. resolut. 4. num. 2. Rota coram Burat. decis. 805. num. 1. & seq. coram Pamphyl. decis. 652. num. 2. & seqq. coram Priolo. decis. 195. num. 4. & seqq. & in rec. decis. 31. n. 7. p. 10. dec. 635. n. 3. & 5. p. 15. & dec. 474. n. 8. p. 19.

Quod autem provisio controversi Beneficii spectet ad dictum Archidiacōnum clare liquet ex concordia usque de anno 1561. inter ipsum, & Episcopum Legionensem inita, ac plures ab hoc Sacro Auditorio canonizata, ut videre est in dec. 740. part. 1. decis. 732. part. 4. dec. 460. & 475. cor. Seraph. & decis. 64. post primum volumen Consil. Farinaciæ, quæ cum ad utriusque partis supplicationem confirmata extiterit à Sede Apostolica indubitanter ligat etiam modernum Episcopum, cap. ve- niens ubi glos. verb. confirmatum, de trans- fact. Rot. dec. 267. num. 5. & dec. 295. num. 3. cor. Bich. decis. 88. n. 2. & seqq. coram Celso, decis. 652. num. 5. cor. Pamphyl. & in rec. decis. 181. num. 2. part. 12. Fortius vero, quia confirmatio legitur expreſſe stabilita etiam contra successores, d. Summ. num. 2. & dicta concordia effectuata appetit tum ex sententia de anno 1622. super illius observantia per Vicarium Generalem Legionensem pro- lata, in qua inter alia Beneficia liberae collationis Archidiaconi referunt Beneficium controversum Ecclesiæ del Pi- no del Rio, tum ex ejusdem concor- die acceptatione facta in publica for-

ma per Episcopum, & Archidiacōnos successores de anno 1627. in qua dictum Beneficium iridem enunciatur de libera collatione Archidiacōnatus, tum ex testibus examinatis de anno 1657. tum denum ex provisionibus Archidiaco- norum executioni semper demandatis, 6 quæ omnia ad rem ponderat Rot. in 292. num. 5. vers. in proposito autem, & num. 6. p. 14. rec.

Nec subsistit, quod Beneficium prædictum vacante Archidiacōnatū de Saldana potuerit per Episcopum conferri, ad instar Beneficiorum, quæ vacante Sede Apostolica vacare contingunt in mensibus reservatis, queque per Ordinariū conferri valent ad tradita per Garz. de Benef. part. 5. cap. 1. num. 645. Card. de Luc. eodem tit. disc. 31. num. 4. & seqq. Rot. in Palentina Canonicatus 6. Februarii 1696. §. Non licet cor. me, ubi Concordantes; Quia magna verlatur differentia inter casum Sedis Apostolice vacantis, & casum vacationis 7 Sedis alterius inferioris collationis, quoniam illa vacante, cessant omnes reservations inducta per dictam Regulam 8 8. reservatoriam mensium, & Episco- pus succedit in mensibus Apostolicis tamquam Ordinarius Collator ex deductis per Zerol. in prax. 2 p. verb. be- nefic. parag. 1. Pias. in prax. par. 2. c. 5. n. 12. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 645. Gonz. ad Regul. 8. Cancel. paragr. 5. proem. num. 46. Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 57. num. 62. Ventrīgl. in prax. annot. 2. §. 2. num. 72. & seqq. & n. 102. ibique Carol. Anton. de Luca num. 14. vers. & absolutum Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 771. num. 4. in rec. dec. 121. num. 8. & seqq. part. 19. & in dicta Palentina Canonicatus, §. Nec ob- star coram me. At in casu vacationis Sedis Archidiaconalis, seu alterius cu- jusvis Ordinarii Collatoris, omnia Be- neficia, quæ ad eorum collationem spe- 9 ctabant si vacant ante promotionem, vel provisionem Successoris, & pacifi- cam illius possessionem adeptam, re- servantur Sedi Apostolica per expreſſam Regulam 2. Cancellaria, & Conſi- tutionem S. Pii V. inter illius impressas la 55. Bullar. Nov. tom. 2. fol. 250. ut

testantur Ventrigh. in prax. d. annot. I.  
§. 2. num. 20. & seqq. Cochier. in Comm.  
ad dictam Regul. 2. num. 18. Lotter. de re  
benef. lib. 2. qu. 34. Rot. in Cordubens.  
Beneficior. 29. Novembris 1694. §. Nec  
ista & seqq. Hinc non relevant, coram  
bon. mem. Emerix, & 3. Decembris 1696.  
§. 1. & seqq. & §. Quapropter, cor. bo. me.  
Ursino.

Minusque Josepho prodeesse valet re-  
gula 35. de annali Possessore; nam gra-  
tia Francisci est anterior, ut potè, quia  
Beneficii vacatio, ut dictum est, con-  
tigit de mense Aprilis 1683. & ipse  
provisus fuit in mense Augusti ejusdem  
anni, collatio vero facta ab Episcopo  
in personam Josephi expleta fuit tan-  
tummodo de Mense Februarii sequentis  
 anni 1694. unde in hoc casu cessat dis-  
positio dictæ Regule 35. quæ loquitur  
de impetrante Beneficium, jam per an-  
num ab alio præcedenter possesso, ut  
referunt Mandos. ad d. Regul. quæst. 19.  
num. 3. Lotter. de re benef. l. 2. quæst. 52.  
num. 25. & seqq. Rot. coram Gregor. de-  
cis. 150. num. 7. vers. ad aliud caput,  
& coram Coccin. decis. 292. num. I. &  
seqq. & decis. 332. num. I. & 3. & in rec.  
decis. 148. num. 14. & seqq. & decis. 506.  
n. I. p. 18.

Hæc pro adjudicatione Beneficii fa-  
vore Francisci satis clara Dominis vi-  
sa sunt, & tamen ubi aliquam pati pos-  
sent difficultatem eidem in omnem ca-  
sum suffragaretur gratia si neutri, quam  
post motam litem ad cautelam obtinuit,  
cum tali casu concurrerent tria nec-  
ssaria requisita pro ejusdem gratiæ Justifi-  
catione, vacatio scilicet beneficii,  
lis, ac non Jus utriusque Collitigantis,  
Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 54. num.  
79. Rot. decis. 1394. coram Penn. decis.  
283. cor. Ubald. sen. & in recent. dec. 298.  
n. I. p. 17.

Et ita resolutum fuit, Francisco tan-  
tum informante, &c.

R. P. D. O M A N N A.

Lunen. Sarzanen. Parochialis:

Veneris 2. Januarii 1706.

### A R G U M E N T U M.

Appellatio datur ab electione facta per  
Episcopum in concursu ad Parochiales,  
ac tali casu novum est concedendū  
examen, quod coram Judice  
appellationis, & non in Partibus est  
faciendum. Et hæc appellatio datur  
etiam non constito de irrationali  
Episcopi Judicio, cum istius proba-  
tio requiratur tantum, quando agi-  
tur de infringenda ipsius Episcopi elec-  
tione, non autem quando est que-  
stio super provocacione præelecti ad  
novum examen.

### S U M M A R I U M.

- 1 Appellatio semper defertur ab irra-  
tionali judicio Episcopi, ac Pre-  
electus provocare potest ad novum  
examen coram Judice Appellatio-  
nis.
- 2 Examen est noviter concedendum et  
iam non docto de irrationali Epis-  
copi Judicio, secus tamen si ager-  
tur de infringenda electione ipsius  
Episcopi, & n. 3.
- 4 Idoneitas non pendet à sola doctrina,  
sed ab aliis etiam qualitatibus.
- 5 Dilatio illa dici non potest malitiosa,  
quæ fuit necessaria pro finis alicuius  
consequitione.
- 6 Dilatio non valet retardare novum  
examen ex motivo, quod amplus  
infra tale tempus doctior fieri potue-  
rit.
- 7 Quis alio dici non potest doctior, quan-  
do ad dubium eis propositionum affirma-  
tive unus, negativè alter respon-  
det, si illud distinctionis fædere de-  
cidendum sit.
- 8 Littera constitutionis Sancti Pii V.  
decidit novum examen, coram Ju-  
dice appellationis esse faciendum.

D E-

## DECISIO IX.

**V**Acante Parochiali Ecclesiae Sancti Michaelis Archangeli loci Terbani in mense Februarii Sedi Apostolicæ reservato, ad solitum concursum ab Ordinario indictum tres apparuerunt oppositores, nempè Antonius Maria Germi, Joannes Antonius Rebolinus, & Paulus Æmilius Zauria, qui omnes quamvis fuerint per Examinatores Synodales idonei renunciati, cum tamen Episcopus litteras præelectionis subinde dedisset favore supradicti Germi, iste desuper obtinuit à Summo Pontifice solitam gratiam pro præelecto in concurso, illiusque vigore in Parochialis etiam possessionem se immisit; Appellante autem ab irrationali judicio Episcopi memorato Rebolino, cum causæ commissiōnem mihi in devolutivo directam reportaverit, proposui dubium, *An sit concedendum novum examen in Urbe, seu potius in partibus? & pro illius concessione in Urbe conclusum fuit.*

Fundabatur resolutio, quoad novi examinis concessionem in litterali Constitutione S. Pii V. quæ est in ordine la 33. juxta quam quilibet potest ab irrationali judicio Episcopi appellare, & præelectum provocare ad novum examen coram Judice appellationis, ut notant *Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 148. & seq. Pignat. consult. 118. à num. 13. usque ad fin. tomo primo, & firmat Rota, dec. 5. & 24. & per tot. coram Cels. & in recent. par. 18. decis. 477. num. 1. & seq.*

Neque obstat visum est, quod Rebolinus de præelectionis irrationalitate non doceat: Quoniam hic, & nunc non agitur de infringenda electione ipsius Episcopi, ad quem casum tantummodo Constitutio prædicta se restringit in requirenda probatione irrationalitatis, sed quæstio unicè vertitur super provocatione præelecti ad novum Examen, pro qua sicuti eadem Constitutio nullam gravaminis probationem exigit, ita provocans ad docendum de irrationalitate hujusmodi non adstrin-

gitur, prout in sequendo resolutiones Sacr. Congregationis Concilii resolvit Rota coram Card. Cels. dicta decis. 5. num. 10. & seqq. & dicta decis. 24. à num. 4. usque ad fin. & in recent. par. 18. dicta decis. 477. num. 3. & seqq. Ideoque nil referebat, quod eatenus Episcopus prælegetit Germum, quatenus in eo maiorem prudentiam, morum honestatem, aliasque particulares qualitates seorsim à litterarum scientia consideraverit: Hæc enim omnia discutienda erunt in judicio post factum novum examen, quoties assumatur quæstio, an sit facienda nova collatio ob præelectionis irrationalitatem, eo enim in casu non ex quo Rebolinus in dicto novo examine reperiatur doctior, prærendus erit Germe, quoties constiterit istum majoribus qualitatibus quoad cetera potiri, cum major idoneitas, quæ aliquem ad hunc effectum digniorem constituit, non pendeat à sola doctrina, sed etiam ab aliis qualitatibus, ex quibus magis utilis, & aptus ad munus, cui præponitur, dignoscatur ex 4 relatis per *Sot. de just. & jur. lib. 3. quæst. 6. art. 2. conclus. 9. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 4. num. III. ad num. 135. Card. de Luca de Paroch. disceptat. 37. num. 37. & 59. Rota coram Buratt. decis. 22. per tot. coram Merl. decis. 612. num. 3. & seqq. & coram Cels. d. decis. 24. num. 10. & seqq.*

Minusque relevare videbatur, quod à die primi examinis lapsi sint quindecim menses, intra quos Rebolinus doctior fieri potuit: Cum enim hæc temporis intercapdo necessaria fuerit pro instructione Causæ, & remotione impedimentorum, quæ Antonius Maria coram Signatura Justitiae interposuerit, dilatio exinde non potest dici malitiosa, minusque affectata ad captandum tempus, intra quod potuerit doctior evadere, idedque novum examen ex hoc capite retardari non posse, censuit alias *Rota coram Seraph. decis. 968. num. 8. coram Arguell. decis. 209. num. 29. & plur. seqq. in recent. decis. 348. num. 18. & seqq. par. 10. & decis. 225. num. 7. prat. 11. cum aliis in Burgen. Beneficii 26. Aprilis proximè præteriti §. Non ob-*

*obstat coram Eminentiss. Dom. meo Card.  
Caprara.*

Et demum allegari neutiquam pro-  
merebatur, quod major scientia Germi-  
elucescat ex ipso primo examine, quia  
dubio per Examinateos efformato: *An*  
*quis probando potionem mulieri pragnan-*  
*ti pro expellendo fœtū, sequito effectu,*  
*si adsit dubium circa animationem ejus-  
dem fœtus, fiat irregularis, melius ipse*  
*responderit, affirmativè concludendo,*  
*quam Rebolinus, qui negativè resolvit*  
*quoniam cum questio inter moralistas*  
*sædere distinctionis decidatur, quod sci-  
licet irregularis dici debeat, si dubium*  
*circa animationem fœtus sit probabile,*  
*secus autem si idem dubium sit leve,*  
*quemadmodum cæteris relatis monet Bo-  
nac. oper. moral. tit. de iis, qua per-  
tinent ad usum matris. quest. 4. punct. 6.  
propos. 2. num. 13. vers. Respondetur enim.  
Sequitur indè, quod, vel neuter bene  
respondit; Nam quilibet debuisset distin-  
guere inter dubium leve, & probabile,  
vel æquè salvare potest responsio negati-  
va per Rebolinum allata, cum semper  
intelligi valeat, ubi dubium non est pro-  
bable, sed tantum leve.*

*Quod verò examen non nisi in Urbe*  
*faciendum sit, litera ejusdem Constitu-*  
*tionis Sancti Pii V. pariter decidebat,*  
*dum in ea expressè cavetur, novum e-  
xamen faciendum esse coram Judice ap-  
pellationis, & consentaneè ad eamdem*  
*Bullam ira pluries authunnavit Sacra Con-*  
*gregatio Concilii in resolut. relat. per*  
*Barbos. de offic. & potest. Paroch. par. I.*  
*cap. 2. num. 149. Pignat. consult. 119. num.*  
*14. tom. 1. & firmavit Rota coram Celf.*  
*di. decis. 5. num. 14. & decis. 24. num. 13.*  
*& seqq. & in recent. part. 18. decis. 477.*  
*num. 7. & seqq.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ALDROVANDO.

Fulginaten. Parochialis.

Lima 13. Januarie 1710. V

## ARGUMENTUM.

Rejectus in examine habet facultatem  
appellandi à mala relatione examina-  
torum, & irrationali judicio Epis-  
copi, ac novum examen coram Ju-  
dice appellationis decernendum est.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Gravatus in examine potest appelle-*  
*re à praelectione Episcopi, &*  
*praelectum ad novum examen pro-*  
*vocare.*
- 2 *Episcopus eligens doctorem de irratio-*  
*nabilitate redargui nequit.*
- 3 *Novum examen quoties postulanti*  
*non est proficuum, denegandum*  
*est.*
- 4 *Quando unitè provocatur ad novum*  
*examen, illud contendendum est;*  
*antequam constet de irrationali*  
*Judicio Episcopi.*
- 5 *Secus verò quando facienda est nova*  
*collatio ob praelectionis irrationali-*  
*bilitatem.*
- 6 *Appellatio ad tuendam propriam*  
*existimationem de facili admittit*  
*tur.*
- 7 *Episcopi rationalitas non solum me-*  
*siri debet ex literatura, sed ex*  
*aptitudine, integritate, ac pru-*  
*dentia.*
- 8 *Qualitates præponderantes magis in*  
*uno, quam in altero attenden-*  
*da sunt in dubio super collatio-*  
*ne.*
- 9 *Doctior ob timorem sapè parum lan-*  
*dabiliter se gerit.*
- 10 *Non solum bis, sed ter contendi de-*  
*bet novum examen, ad hoc, ut de*  
*literaturas rurò constet.*
- 11 *Diffamatus de aliquo crimine ani-*  
*mose provocas ad novum ex-*  
*amen.*

12 No-

- 22 Novum examen decernendum est coram Judice appellationsi.
- 23 Quoties ob longum iter absque vita discrimine non valet accedere , tunc subdelegandus est index in partibus pro peragendo examine .
- 24 Etas , & loci distantia non est causa sufficiens , ut recedi debeat à Constitutione Piana .
- 25 Testis deponens absque juramento non prebet adminiculum veritati , maximè quando adsumt alii testes contrarii cum juramento .
- 26 In Parochialibus ob animarum curam majori circumspectione proceduntur .

## DECISIO X.

**I**N CONCURSU ad Parochialeam Ecclesiam S. Michaelis Archangeli loci Sterpetarum vacatam Mense Augusti S. Sedi reservato per Episcopum in dicto ad formam Tridentinæ Synodi , Sess.24. cap.18. de Reform. ex duobus oppositoribus , qui se examini subjecerunt , habilis , & idoneus renunciatus extitit solus Sebastianus de Bernardinis , reiecto tamquam inhabili Angelo de Bologninis : datis idcirco per eundem Episcopum solitis literis pælectionis ad Sanctam Sedem favore Sebastiani , reportavit iste in sequelam gratiam pro pæelecto in concurso , subindeque illius exequitionem cum subsequuta actuali possessione ; Appellante autem Angelio tam à mala relatione Examinatorum , quam ab irrationali judicio Episcopi , commissaque mihi in devolutivo hujusmodi reclamationis Causa , proposui dubium pæliminare ; *An sit decernendum novum examen in Urbe :* quod per DD. in omnibus fuit affirmativè resolutum .

Nullatenus quippè denegandum erat novum examen , cui paratum se se offerebat Angelus , quia ejus Instantia est fundata in litterali Constitutione Sancti Pii V. Bullar. nov. tom.2. la 33. §.7. ibi : *Posseint ii , qui rejecti fuerint à mala elec-* *tione hujusmodi ad Metropolitanum , vel*

si ipso eligens Metropolitanus , vel exemptus fuerit ad vicinorem , aut alias ad Sedem Apostolicam appellare , ac pælectum ad novum examen coram ipso appellationis Judice , & ejus Examinatoribus provocare : juxta quam in dubium venire nequit quod quicunque se gravatum sensit à Judicio Examinatorum , & Episcopi facultatem habeat appellandi , ac pælectum provocandi ad novum subeundum experimentum ex unanimiter notatis , Bar. de Paroch. par.1. cap.2. num.148. & ad Concil. d. Sess.24. cap. 18. de reform. num. 15. Fagnan. in cap. eam te , num. 28. de etat. & qualit. lib.1. Pignat. consult. 118. à num. 13. tom. 1. quotidiana habentur exempla in nostro Tribunal , ut coram Celfo , decis.5. num.10. & decis.24. num.5. & in recent. decis.477. nu.1. par.18. & in Lunen. Sarzanan. Parochialis 2. Julii 1706. §. Fundabatur , coram Rev. Omanna Episcopo Gienn. & in Comen. Prepositure 13. Maij 1707. §. Clara , coram eodem , & in Comen. Parochialis 10. Januarii 1707. §. Ratio , coram R. P. D. meo Caffarello Alme Urbis Gubernatore , & in Placentina Parochialis 25. Februarii 1707. §. Catecum , coram R. P. D. meo Ansaldo .

Haud attento , quod per Angelum appellantem nullus pæbeatur fatus gravaminis , seu irrationalis Judicij Episcopi : Imd cum exactis examinis , seu Concursus in partibus gesti oculis Dominorum subjectis habeatur , quod Sebastianus optimè dissolverit questiones , & puncta ab examinatoribus proposita , Angelus verò erravit , hinc potius constet de Episcopi rationabili judicio , ut inde deneganduni sit novum examen , quod inanem potius involvit eircuitum , & postulanti futurum non sit proficuum ad firmata per Card. de Luca de Paroch. discr. 8. num. 4. & 5. & in Annot. ad Concil. disc. 32. num. 24. & Rota , coram Priolo decis. 311. num. 2. & 3.

In concusa siquidem est opinio , quam hodiè sequitur nostrum Tribunal inhærendo verbis ejusdem Pianæ , & oraculis Sac. Congreg. Concilii , quod nimicum de gravamine , vel irrationali judicio Episcopi aliquo modo constare non debet ,

bet, quando quæstio, ut hic unicè vertitur super provocatione Electi ad novum examen, quia Piana absolutè, & simpliciter permittit præelectum provocare, ad differentiam alterius casus, quando post expletum novum examen assumitur principalis quæstio, an sit facienda nova collatio ob præelectionis irrationalitatem, in quo tantum casu præfata Piana constitutio exigit, ut præcedat probatio circa prætensam irrationalitatem ibi: *Constito de prioris eligentis irrationali judicio, eoque revocato, Parochialis magis idoneo conferatur: Quemadmodum ex mente d. Sac. Congregationis distinguendo tradunt Fagnan. in cap. eam te, à num. 31. ad seqq. de etat. & qualit. Garzias de benef. par. 9. cap. 2. num. 252. Gonz. ad reg. 8. Canc. Gloss. 4. num. 144. de Luca de Paroch. disc. 6. num. 5. discept. 7. num. 3. & discept. 8. num. 3. Barbos. eod. tract. p. I. cap. 2. num. 148. add. ad Pamphyl. decis. 115. §. præelectis Rot. coram Celso, decis. 5. num. 10. & 11. & decis. 24. num. 4. & seqq. & in rec. decis. 477. num. 4. & 5. par. 18. & in dicta Lungen. Sarzan. §. neque obstat, & in dicta Comen. Præpositura, dict. §. Clara, in fine coram Reverend. Omanna, & in dicta Comen. Parochialis §. objectum, & sequ. coram R. P. D. Caffarello, & in dicta Placentina Parochialis 1707. §. ceterum quia, coram R. P. D. Ansaldo.*

Rejection autem Angeli, & approbatio Sebastiani facta ab Examinatoribus in partibus tantum abest, ut impedit admissionem ad novum examen, ut potius faciliori via illi aperiat, qua appellans à mala relatione Examinatorum nedum satagit promovere propria jura ad effectum assequendi Parochiale, verum etiam ex altero potiore capite tuendi propriam existimationem, & idoneitatem, illamque vindicandi à quocumque malo rumore illitteraturæ, quem vulgare valuisse dicta reprobat, ad quod præjudicium reparandum 6 prouidetur Tribunal inclinare consuevit in exaudiendo in sua petitione appellantem, prout videtur est in Papien. Præpositura, coram R. P. D. meo Ansaldo inter suas ex hac tenus impressis decis. 33. num. 1. & 2. decis. 64. num. 11. & in dicta Placentina

Parochialis 25. Februarii 1707. §. Quandoque, & seqq. probat, quod major erat difficultas in decernendo novum examen, quando res est inter æquè idoneos renunciatos in primo examine, licet neque in hoc casu denegari soleat novum experimentum, ex quo in eo possit quis magis idoneum in litteratura se probare, ut responsum fuit in d. Comen. Parochialis 1707. §. nec urgere, eoram R. P. D. meo Caffarello.

Minusque ex eadem rejectione adeo infallibile, ac rationabile redditur fuisse Episcopi judicium, ut dici queat futurum esse omnino superfluum aliud examen, quasi jam extet convicta incapacitas Angeli tum quia rationalitatem judicii Episcopi metiri unicè non debet à sola litteratura competitoris, sed etiam à majori aptitudine, integritate morum, prudentia, aliisque qualitatibus necessariis ad animarum regimen. & Ecclesiæ administrationem ex Barbos. ad Concil. sess. 24. cap. 18. de reform. num. 129. & de Episcop. par. 3. allegat. 50. nu. 112. Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 21. nu. 63. Fagnan. in dict. cap. eam te, num. 18. & 33. & inde, de etat. & qualit. Rota coram Cerro, decis. 710. num. 10. & coram Merl. decis. 612. num. 17. & coram Rembold. decis. 422. num. 9. & decis. 32. num. 4. coram R. P. D. Ansaldo de quibus qualitatibus præponderantibus potius in uno, quam in altero ex Concurrentibus nullatenus est inquirendum sub præsenti dubio, quia illæ sunt discutiendæ per R.R. PP. post completum examen super litteratura utriusque, quando assumentur disputatio super collatione, ut advertit de Luca de Paroch. disc. 6. num. 6. Rota coram Celso, decis. 24. num. 9. & in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Confecto, coram R. P. D. meo Ansaldo.

Tum etiam quia non ex eo, quod quis in uno examine parum laudabiliter se gesserit, atque ideo fuerit posthabitus, dijudicare absolute valet, quod non sit litteratus, & idoneus, notum est enim, quandoque bonum dormitasse Homerum, ac non raro hoc idem accidisse Viris ceteroquin doctissimis, & desertissimis Oratoribus, referunt Plinius lib. 6. epist. 29. Seneca epist. 11. Rota coram Merl. de.

decis. 159. num. 12. & in Syracusana Prapositura coram bon. mem. Muto penes Pitonium, disc. Eccles. 13. num. 50. Solet namque multoties id fortasse evenire propter aliquam accidentalem corporis vel animi agititudinem, mentem eo tunc repente obtenebrantem; Sicuti, quod alter se doctiorem in illo examine ostendat, contingere valet ex fortuna questionis, seu puncti assignati, ut bene in hoc proposito admonent Garzias de benef. cap. 2. num. 251. par. 9. Gonz. ad reg. Canc. gloss. 4. num. 119. & 220. quo circa necessarium subeundum esse alterum examen, & si opus est etiam tertium, quounque per tria uniformia experimenta ad instar rei judicatae de literatura, vel illitteratura certò constare, maturumque Judicium proferti posse per ea, quæ docent Garz. de benef. p. 9. cap. 2. num. 212. & seqq. R.P. D. Ansaldo in d. decis. 64. nu. 14. & in d. Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Huic tamen, coram eodem & in Augustana Canoniciatus super examine, & Compulsoria 15. Januarii 1709. §. Haud attento, coram me.

Et tunc excitatio ad novum examen dici posset animosa, & affectata, inanemque, & frustratorum involvere circuitum, quando provocans jam rejectus de aliquo crimine esset diffamatus, cum talis diffamatio illum redderet inhabilem non attenta doctrina ad Parochiale affsequendam, in quibus terminis loquitur, & procedit decis. 311. num. 15. Rota coram Priolo in obiecto allegata, in qua scriptis Card. de Luca de Paroch. d. decis. 8.

Ex his transundo ad secundam dubii partem censuerunt DD. hujusmodi novum examen esse decernendum in Urbe, non autem in partibus, prout ad litteram pariter disponit eadem Piana ibi: Coram ipso appellationis judge: Quæ verba præferunt personalem præsentiam appellanti in Urbe, & coram Sac. Auditorio tanquam judge appellationis juxta declarationes Sac. Congreg. Concilii relatas per Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 149. Faznan. in d. cap. eam et num. 38. de etat. & qualit. lib. 1. Pignatell. consult. 138. num. 11. tom. 1.

Rot. coram Cels. decis. 5. num. 14. & decis. 24. num. 13. & 15. in recent. decis. 477. num. 7. & in d. Lunen. Sarzanen. Paroch. 1706. §. fin. coram Reverendissimo Omanna, & in Placentina Paroch. 15. Februario 1707. §. absoluta, & seqq. coram R. P. D. Ansaldo.

Neque ab accessu ad Urbem visus fuit excusandus Sebastianus, vel ex quo esset septuagenaria ætate confectus, vel ob distantiam loci, & incommodum itineris, vel ex morbo Erniæ intestinalis illi non permittente, nisi cum vitæ discrimine longum iter suscipere, adeò ut subdelegandus potius esset pro per-agendo examine Judex in partibus, ut alias fuit practicatum per Rot. coram Cels. decis. 307. num. 5. in recent. decis. 248. nu. 5. par. 10. & decis. 231. num. 16. par. 11. & de mente Sacr. Congregationis refert R. P. D meus Ansaldus in annot. ad decis. 64. num. 23.

Quoniam ingravescens ætas non est sufficiens excusatio, seu Causa, ut recedi debeat à dispositione Pianæ, & stylo, cum quo inviolabiliter in hac materia procedit nostrum Tribunal, ut videre est coram Cels. dict. decis. 5. num. 14. multo-que minus justam Causam præbet loci 14 distantia, si enim examinis subeundi grata coacti fuerint ad Urbem accedere etiam habitatores ultrà Montes in Regionibus remotissimis, sicuti constat ex decisionibus superius adductis in §. ex his, certò certius accessum ad Urbem evitare nequit Sebastianus, qui uti comorans in Civitate Fulginei non distat plusquam septuaginta circiter millaria, ut similiter respondit Rot. in decis. 477. nu. 8. p. 18. & in d. Placentina Paroch. 25. Febr. 1707. §. Notavimus, coram R. P. D. Ansaldo.

Morbus autem quo Sebastianus laborare asserebatur, non fuit concludenter iustificatus ex simplici fide Chirurgi, pendente lite, mendicata, eidem tanquam unico Testi nullatenus est defendum, præsertim cum in Civitate Fulginei non desit copia Professorum, qui potuissent adduci in comprobationem asserti morbi, illiusque statum, & qualitatem recognoscere, adeout dicta unica fides reddatur non parum suspecta;

ani-

animadverso præcipue, quod idem Testis deponit sine juramento, proindeque, nec præbet adminiculum veritatis per Text. in l. iurandi, C. de Testibus, Vester. in prax. lib.6. cap.2. num.9. Mascard. de probat. concl. 1363. num.1. lib.3. Ridolph. in prax. par.1. cap.2. num. 206. quinimodo illius fides penitus conquassata remanet ex jurata attestatione aliorum Professorum Urbis, qui Testimonium perhibent præsumptum morbum adhibita solita cautela, nullatenus esse impedimento, quo minus longum quoque iter aggredi possit, tam equitando, quam mediante curru. Sum. Responsionis Angeli, num.3. quo circa nullo concurrente legitimo impedimento, quod possit excusare ab accessu ad Urbem, non est applicabilis resolutio Sac. Congreg. adducta per R. P. D. Ansald. in d. adnot. ad decis. 64. num.23.

Quemadmodum extraneæ à præsenti easu existunt decis. 564. 699. & 854. coram Emerit. jun. quia ibi non agebatur de admissione ad novum examen, sed quærebaretur cui esset facienda adjudicatio beneficii post exactum secundum examen in Urbe, & sic potius in hac parte retorquentur; in decisionibus vero 307. coram Celso 348. par.10. & 231. par. 11. queſtio erat de aliis beneficiis, in quibus locum sibi non vindicabat constitutio Pianæ, non autem de Parochialibus juxta illum formam per concursum providendam, in quibus ob gravitatem materiæ animatum curam concernentis majori cum circumspectione, & rigore proceditur, ut benè declarat eadem decis. 307. num.6. & 7. coram Celso decis. 348. num. 9. par.10. repetita coram Arguell. decis. 109. num. 12. & decis. 477. num.9. par. 12. recent.

Et ita partibus auditis, &c.

R. P. D. MOLINES  
DECANO.

Placentina Cathedralitatis.

Veneris 22. Junii 1703.

#### A R G U M E N T U M.

Quando Cathedralis dicatur de una Ecclesia ad alteram extinctivè, vel cumulativè translata, & quænam sint signa Cathedralitatem probantia, uberrimè enucleatur.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Historici certa præbent testimonia de rebus antiquis.
- 2 Episcopus cum consensu sui Capituli, potest transferre Cathedralen de uno loco Civitatis ad alterum.
- 3 Translata Cathedralē, omnia iura Cathedralitatis transennt in illam Ecclesiam, in quam sequuta est translatio.
- 4 Pretendens Concathedralitatem, supponit translationem sequuntam esse, servatis servandis.
- 5 In translatione Cathedra de una Ecclesia ad alteram intra eamdem Civitatem, non requiritur beneficium Apostolicum.
- 6 Secus autem quando translatio sit de una Civitate ad aliam, in qua Beneficium Apostolicum ex lapsu facultum cum observantia presumitur intervenisse, & numeretur. 7.
- 8 Cathedralium fundationes non possunt fieri absque Beneficium Apostolicum.
- 9 Quando concurrunt signa univoca Cathedralitatis non est opus exhibere beneficium Apostolicum, sed sufficit allegare presumptum.
- 10 Una Cathedralis potest consistere in duabus Ecclesiis materialibus, & num.15.
- 11 Quando non habentur vera docu-

men-

- menta ad probandam translatio-  
nem, standum est in observan-  
tia.
- 12 In conventionibus illud presumitur fui-  
se statutum, quod observatum vi-  
dimus.
- 13 Cathedralitatis constitutivum est,  
quod Episcopus jure dispensationis  
sedeat in aliqua Ecclesia, & ex ea  
superioritatem exerceat super alias  
Ecclesias, & ibi fixam habeat Ca-  
thedram, &c n. 14.
- 16 Cathedra, seu Sedes Episcopi amovi-  
bilis, non est signum Cathedrali-  
tatis.
- 17 Episcopus tanquam caput, & Cano-  
ni ci tanquam membra Cathedra-  
lem constituent.
- 18 Canonicorum pars major constituit Ca-  
pitulum.
- 19 Pronomen del tutto in translatione de-  
qua agitur, indicat omnimodam,  
& perpetuam privationem antique  
Cathedralis.
- 20 Unum corpus duo capita habere mon-  
strorum est.
- 21 Con cathedralitatis natura est, Cano-  
nicos utriusque Ecclesia unum corpus  
constituere.
- 22 In Ecclesia Cathedrali dimissa aliqua  
signa relinqua sunt in memoriam  
pristinae dignitatis.
- 23 Quando Cathedralis dicatur trans-  
lata.
- 24 Diversa ex Canonicorum denomina-  
tione, totalis arguitur inter illos  
separatio.
- 25 Denominatio Collegiate, excludit Ca-  
thedralitatem.
- 26 Episcopi possunt erigere Tribunal in  
quolibet sua Diocesis loco non ex-  
empto.
- 27 Testibus deponentibus de eorum credi-  
tate, & opinione de jure non de-  
fertur.
- 28 Quando Episcopus dicatur duarum Ec-  
clesiarum Episcopus.
- 29 Historicus dubitative varians ab ante-  
cedenter absolute relatis ab ipso non  
probatur.
- 30 Denominatio semper continua Ca-  
thedralis arguit Cathedralitatem,  
& denominatio Collegiate arguit
- amissionem Cathedralitatis, nu-  
mer. 31.
- 32 Prima Pulsatio Campane in die Sab-  
ati Sancti refertur inter signa Ca-  
thedralitatis.
- 33 Processiones omnes publicae, & univer-  
sales, que incipiunt in una Eccle-  
sia, & in eam terminantur cum ac-  
cessu Capituli Collegiate, Cathedra-  
litatem indicant.
- 34 Electio Vicarii Capitularis Sede va-  
cante ex gremio Capituli, est si-  
gnum Cathedralitatis, necnon Pra-  
bende Theologalis, n. 35.
- 36 Ordo in Processionibus, quando sci-  
licet unum Capitulum incedit ser-  
paratum ab altero, arguit di-  
stinctionem, & separationem, nu-  
mer. 38.
- 37 Scissura capitis à membris communi-  
ter est improbata.
- 39 Inter pares servanda est equalitas.
- 40 Translatio cumulativa dicitur fa-  
cta quando Ecclesia dimissa reti-  
net aliqua signa Cathedralitatis,  
dummodo signa sint univoca, non  
autem generalia, & equivoca,  
num. 41.
- 42 Festum dedicationis non est signum uni-  
vocum Cathedralitatis, dum etiam  
alia Ecclesia inferiores hujusmodi  
gaudent praeminentia.
- 43 Interventus Canonicorum unius Ec-  
clesia cum Canonicis alterius Ec-  
clesie in electione Episcopi, quan-  
do arguat Cathedralitatem, ostendit-  
tur.
- 44 Episcopi electio antiquitus ad Clericos  
spectabat.
- 45 Retentio antiquarum Imaginum, A-  
gni Paschalis, & Palatii Episcopa-  
lis uniti cum Ecclesia sunt signa e-  
quivoca non designantia Cathedra-  
litatem.
- 46 Enunciativa Cathedralitatis facta à  
Principibus exteris nullam fortasse  
translationis notitiam habentibus  
tamquam erronea non sunt atten-  
dende.

D E-

## DECISIO XI.

**P**ostquam Canonici Cathedralis Ecclesiae Sanctae Justinæ Civitatis Placentiae impetrarunt anno 1616. Indultum Apostolicum ferendi Cappam magnam cum pellicia, sive pellis Mustellæ Alpinæ vulgo *Armellino*, pro eadem gratia supplicatunt Canonici Ecclesiae Sancti Antonini Martyris ejusdem Civitatis sub obtentu, quod eorum Ecclesia frueretur prærogativa Concathedralitatis cum illa Sanctæ Justinæ, sed remissa per Summum Pontificem illius temporis supplicatione Sacr. Rituum Congregationi, constito eidem quod Ecclesia Sancti Antonini esset actualiter tantum Collegiata sequendo illius invenitatem proxim, ac stylum contradistinguendi etiam in ornamentis Cathedralem à Collegiata, edidit ann. 1623. rescriptum, concedendam esse præfatis supplicantibus tempore hiberno Cappam cum pellibus de Dossis coloris cinericei, & astivo Cotram cum Rocchetto.

Adversus hujusmodi Decretum, ne-  
dum Canonici Sancti Antonini statim non reclamarunt, sed silentio octua-  
ginta ferè annorum illud acceptarunt, annis verò lapsis, & circa finem Pon-  
tificatus sancti meni. Innocentii XII.  
eudem supplices adierunt iterum exo-  
rantes pro Indulso Cappæ magnæ ad  
instar Canonicorum Sanctæ Justinæ,  
precibus tamen juxta consuetum mo-  
rem remissis prædictæ Sacr. Rituum Congregationi, hæc post multas causæ propositiones stetit in decisio anni. 1623. Nec dum autem hisce decretis acquiescens Sancti Antonini Capitulum, recursum habuit ad Signaturam Gratiae, à qua reportavit rescriptum, ut dicta Sacra Congregatio alia vice illius Instantiam examinaret, exquisito bujus Sacri Tribunalis Voto super articulo Cathedralitatis tantum: Ad formam proinde hujus commissionis Dominis meis disceptandum exposui dubium:  
*An constet de Cathedralitate Ecclesia Sancti Antonini? & negativum habuit responsum?*

Quamvis enim priscis temporibus memorata Sancti Antonini Ecclesia gavisa fuerit honorifica Cathedralitatis prærogativa, suumque desumpserit pri- mordium usque de anno 322. nostræ Redemptionis, mediante fundatione, & consecratione facta à Sancto Victore primo Placentiae Episcopo, talemque dignitatem plurimum Sæculorum spatio retinuerit, sub hocque titulo plura Imperatorum, Regumque assequuta fuerit privilegia, de quibus omnibus certa perlubent Testimonia, Ughell. Ital. Sacr. tom. 2. de Eccles. Placen. fol. 245. & 246. & latè Petr. Maria Campus in Historia Placentia, parte prima, lib. 2. ad annum 324. pag. 53. junctis aliis documentis expotitis in Summario dictorum Canonicorum: At-  
tamen aucto Fidelium numero pro ma-  
jori Religionis Cultu, Civitatis Placen-  
tinæ honorificentia, & ampliori ipsius Cathedralis commodo, & decoro, Paulus illius temporis Antistes novam ma-  
gnificentiorem construi curavit Basili-  
cam, Sanctæque Justinæ dicavit, in  
quam de consensu sui Capituli anno 877.  
Episcopalem transtulit Cathedram una  
cum 30. Canonicis, & omnibus digni-  
tatis remanentibus in dimissa Sancti Antonini Ecclesia 15. tantum Canonici, ut præ cæteris testatur prædictatus Campus Fidelis Patriæ Historie Scrip-  
tor par. I. lib. 7. pag. 220. anno 877. his  
verbis: *In questo mentre essendo già la fabbrica del Vesc. Paolo nel nuovo Tempio Cathedrale pervenuta a buon segno, di modo che ormai si poteva de suoi convenevoli bisogni provvedere per habitare, & officiare in quel luogo, vennero il Vescovo, & i Canonici insieme di commun concordia a confermare di nuovo la già determinata divisione del Collegio, o vogliam dire del Capitolo, come poi anche col tempo si ripartirono i beni della detta Chiesa Cathedrale antica di S. Antonino; Una parte de' Canonici, che furono intorno a trenta con quelle dignità, che vi erano di Arciprete, d' Arcidiacono, di Prepo-  
sito, o Primicerio, che che si chiamasse all' ora, e di Vicedomino, se trasferirono del tutto nella nuova Basil. intitolata San-  
ta Giustina insieme con la Cathedra Epi-*  
sco-

scopale, & il restante di esse, che furono circa quattordici con uno che costituìo lor Capo nominato prima Vicedomino, e Custode, dipoi Arciprete, e Preposito, rimasero in San' Antonino con l'antico titolo della Chiesa, e col Sacro Corpo del Glorioso Martire, e Protettore della Città, &c.

In Jure autem receptum est, Episcopum cum consensu sui Capituli posse concurrente sola meliorationis causa Sedem, & Ecclesiam Cathedralem de uno loco Civitatis ad alterum transferre, Can. si quis vult 16. quæst.7. Gloss. in ean. tribus distinct. prima, verbo difficultas in fine de consecrat. & tradunt Mandos. de Signatura Gratia, sit. de translat. col. 2. & 3. vers. Translatio Ecclesia, Rebnff. in praxi sit. de translat. Episcop. num.7. Lotter. de re benef. lib.1. quæst.12. num. 6. cum sequen. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.7. num.27. & 28. & 41. 42. cum seq. & respondit Rota decis. 705. num. 12. par.4. recent. tom. 3. Quemadmodum explorati juris est, ut factis ejusmodi transmigrationibus, & translationibus, totum Jus, ac qualitates omnes Cathedralitatis priùs existentes in ipsa Ecclesia Cathedrali, à qua sit translatio, transeant in illam, in quam ordinata, & exequuta est transmigration, Gloss. in cap. Privilegium, vers. Quod dic verum, de regul. Jur. in sexto, Innocent. in cap. 2. num. 2. ibique Fagnan. num. 10. & seq. de nov. oper. nunciat. & idem Innocent. in cap. primo in princ. vers. Si vero de uno ne Sed. vacant. Grat. discept. 291. num. 1. & seq. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 7. num. 59. & seq. Rota coram Seraph. decis. 1149. num. 16. coram Pæn. decis. 117. num. 6. & decis. 163. num. 3. coram Iudovis. & decis. 665. num. 7. coram Bich. & decis. 995. num. 15. coram Dunoz. Jun. & decis. 196. num. 16. par. 19. Recent.

Nec visum fuit Dominis rectè opponi à Capitulo Sancti Antonini invaliditatem dictæ translationis ex defectu Beneplaciti Apostolici, quia cùm illius Canonici prætendant solummodo Con-cathedralitatem, per necessariam consequentiam supponunt translationem sequutam esse, servatis omnibus de Jure Monacelli, Formul. Suppl.

servandis, alias instituerent declarari Cathedralitatem competere tantum eorum Ecclesiarum Sancti Antonini exclusivè ad Ecclesiam Sanctarum Justinae, ut appositè in terminis ponderat Card. de Luca de praem. disc. 4. num. 13. §. Verum istud; Cæterum neque in abstracto objectum ullum promeruit animadversio-nem, non solùm, quia ubi, prout in casu agitur de translatione Cathedræ ab una Ecclesia materiali ad aliam intra eamdem Civitatem, tunc non re-quiritur Apostolicum Indultum, sed sufficit consensus Episcopi, & suorum Fratrum, ad discrimen translationum de una Civitate ad alteram, ut distinguendo tenet, & explicat Francesc. de Eccles. Cathedral. dicto cap. 7. num. 70. cum seqq. & signanter num. 75. & ad-mittit Rota decis. 196. num. 17. par. 19. Recent. Sed etiam quia dictum Beneplacitum ex lapsu tot Sæculorum cum ob-servantia præsumitur intervenisse, ut in specie prosequitur Rota dicta decis. 196. num. 17. par. 19. Recent. Quod mi-rificè confirmatur ex eo, quod licet ip-sæ Cathedralium fundationes fieri ne-queant sine Sedis Apostolicæ assensu, ut adductis concordantibus plenè pro-bat Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 30. num. 1. cum seqq. & dixit Rota decis. 353. num. 34. par. 5. cum aliis in Terra-cinen. Cathedralit. 23. Junii 1702. §. 3. coram Me, concurrentibus tamen requi-sitis, univocis signis Cathedralitatis in aliqua Ecclesia, opus non est exhibere expressum Beneplacitum Apostolicum, sed sufficit allegare præsumptum, ut subdil Rota dicta decis. 353. num. 72. & 81. p. 5. Recent. cum aliis plena manu al-legatis in dicta Terracinen. Cathedrali-tatis, coram Me, §. 4.

Neque magis refert, quod dicta trans-latio non fuerit extinctiva antiquæ Ca-thedralitatis Ecclesiarum Sancti Antonini, sed cumulativa, quod nullam admittit implicantium, cùm novum non sit in Orbe Catholicæ, ut una Cathedralis formaliter sit, & consistat in duabus materialibus Ecclesiis, prout dixit Rota in celebri Casaraugustana Concathedral. decis. 665. coram Coccino, & latè Lezan. de Cathedr. S. Maria de Pilar. c. 3. num. 10

194. & coram Bich. decis. 604. num. 14. Card. de Luc. de Praben. discept. 4. num. 10. ubi concordantes, & in dicta Terracinen. coram Me, §. 29. ubi referuntur plura exempla Ecclesiarum Cathedralium cumulative unitatum.

Quoniam cum presenti nullum superlit publicum translationis documentum, ex quo originaliter perspici valeat illius natura, recurrendum est ad monumenta historica superextantia, ac magis tute ad observantiam, & juxta illam statuere modum, & rationem, quibus dicta translatio re vera sequuta fuerit, fida enim, & raro fallax est interpretatione, qua deducitur ex observantia, cum in omnibus legibus, & conventionibus illud, ut plurimum statutum, & pactum suisse jura presumant, quod in sequelam executum, gestum, & observatum vidimus, l. de interpretat. ff. de legib. Soccin. conf. 6. num. 6. lib. 1. Rot.

21 22 coram Seraph. decis. 1410. num. 7. coram Buratt. decis. 647. num. 10. & decis. 396. nu. 26. coram Bichio, & in terminis praecisis Cathedralitatis in decis. 997. num. 14. coram Dunoz. & in dicta Terracinen. Cathedralitatis coram Me, §. 28.

Historia autem Campii unicum scripture lumen superextans circa controversam translationem, quod ab utraque adhibetur parte pro sui juris dilucidatione, benè per Dominos expensa in verbis superioris transcriptis evincere visa fuit universum ius Cathedraticum translatum suisse in Ecclesiam Sanctæ Justinæ extinctivè quoad Ecclesiam Sancti Antonini, & non cumulative, refert namque dictus Historicus Cathedram Episcopalem suisse penitus amorem ab Ecclesia Sancti Antonini, & transportatam ad illam Sanctæ Justinæ. Cum autem ratio constitutiva Ecclesiae Cathedralis consistat in eo, quod Episcopus iure desponsationis, quam cum illa contrahit, sedeat in eadem Ecclesia, & ex ea superioritatem in alias inferiores Diœceses Ecclesias exerceat, ut

13 ex Text. in Can. sicut 7. quest. 1. & cap. Inter corporalia, de translat. Episcopi explicant Fusc. de visit. lib. 1. cap. 15. num. 4. Valenz. conf. 122. num. 26. tom. 2. Barbos. de Canon. & Dignit. quest. 2. num.

4. benè Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 2. num. 139. Qua de causa Episcopi in Ecclesia Cathedrali tenent in choro Sedem, & Cathedram fixam à Doctoribus, & Canonistis communiter recentitam inter præcipua Cathedralitatis signa, ut præ ceteris tradunt Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 13. num. 37. Frances. dict. tract. cap. 5. num. 191. ubi alii concordantes, & pluries respondit, Rota, & in specie in decis. 142. num. 3. coram Coccin. & decis. 865. num. 1. coram Manzaned. & decis. 46. num. 25. & decis. 196. num. 24. & decis. 404. num. 42. & decis. 407. num. 24. par. 19. Recent.

Inde sequitur, quod cum Paulus Episcopus Placentinus transtulerit in Ecclesiam S. Justinæ Sedem Episcopalem, in qua tamquam sponsus sedebat, & ex qua superioritatem in alias Ecclesiæ inferiores exercebat, prout de facto successive in illa consedit, ibique continuato, & numquam interrupto plurimum sæculorum spatio præminentias Capitis, & Pastoris ab aliis inferioribus Ecclesiæ recepit, argumentum sat efficax consurgit, ejus voluntatem exitisse auferendi Ecclesiæ Sancti Antonini antiquam Cathedralitatis prærogativam, eamque transferendi in novam Sanctæ Justinæ Basilicam, alias quatenus voluisse, ut utraque materialis Ecclesia gauderet ejusmodi qualitate, fixam Cathedram non amovisset, sed novam in recenti Ecclesia extrui curasset; hoc enim est alterum ex præciuis signis unius Cathedralis existentis in duabus materialibus Ecclesiæ, quod fixa in utriusque Cathedra Episcopalis assurgat: Parum urget, quod in Ecclesia S. Antonini adsit Sedes linea, qua utitur Episcopus quoties ad eamdem Ecclesiam, & signanter in die Festo S. Antonini, una cum capitulo accedere solet, quoniam hujusmodi Sedes lignea amovibilis, non est illa Cathedra Episcopalis conjugii, & in qua consider in figura sponsi ipsius Ecclesiæ, cum hæc ex relatis per Campium traducta fuerit ad Ecclesiam S. Justinæ, sed est quædam distincta sedes omni symbolo destituta, & de illis, quas Episcopus in omnibus suis

finis Ecclesiae inferioribus retinere potest, ut distinguendo, inter utramque Cathedram, & sedendi formam notavit apposita Frances. de Eccles. Cathedrali, d. c. 2. num. 139. & in genere, quod non omnes sedes sint signa Cathedralitatis, dixit pluribus citatis, Rot. in d. Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1704. num. 34. in fine -

Ultra remotionem Cathedrae Episcopalis ab antiqua Ecclesia, ejusque translationem ad novam, narrat dictus Historicus ex 45. Canonicis, 30. una cum omnibus Dignitatibus tunc existentibus se translatisse ad eamdem novam Basilicam, certum autem est in jure Ecclesiam Cathedralem componi ex Episcopo, utrī capite, & ex Canonici tamquam membris, unum cum illo constitutis corpus c. novit, de his, quae sunt à Prelat. cum aliis ad rem collectis, in decis. 251. num. 1. & in Hispan. Visitacionis 30. Aprilis 1700. §. Si coram me, sicut, admodum tritum est majorem partem Canonorum constituere Capitulum, cap. 1. & toto tit. de his, quae sunt à majori parte Capituli, Butr. in cap. 3. num. 11. de jure patron. centralis in decis. 20. num. 9. cum seqq. p. 6. recent. si ergo caput, & membra Ecclesiae Cathedralis transitum fecerunt ad novam Basilicam, fatendum est antiquam amississe ejus prærogativam Cathedralitatis, quae non potest consistere sine sposo, ejusque fratribus Canonici, ex quibus constitutur ex congregatis in dicta Terracinen. Cathedralitatis coram me, §. 15. Reflectendo desuper, quod iste transitus fuit totalis ibi: del tutto, quod pronomen indicat perpetuam, & omnimodam privationem Ecclesiae dimissæ de suis Canonici, ac per consequens antiquæ qualitatis Cathedralice, Rimitald. jun. conf. 595. num. 19. vol. 5. Grat. discept. 274. num. 1. Barbos. dict. 407. num. 1. Rot. decis. 16. num. 23. & 24. p. 18. recent.

Nil officiente, quod in Ecclesia dimissa remanserint 15. Canonici, quoniam isti non potuerunt amplius ibidem continuare, tamquam Canonici Cathedralis, dum major Canonicotum pars constituens Capitulum ab illis se-

parata fuerat, e del tutto, translata in Ecclesiam S. Justinæ. Certius quia non manserunt dependentes à primo eorum capite, sed eis novum constitutum extitit caput, prius nuncupatum Vice dominus, & Custos, & deinde Archipresbyter, & Præpositus, ut subdit Campius; implicans autem, & monstruosum est, ut unum corpus duo retineat capita; Hostien. in cap. cum contingat, num. 1. de for. compet. & in cap. quanto, num. 13. de offic. ordin. Rot. decis. 325. num. 11. par. 1. recent. ac propterea excluditur Concathedralitas, de cuius natura est, ut Canonici utriusque Ecclesiae unum constituant corpus, Garz. de benefic. p. 2. cap. 1. num. 11. Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 8. num. 131. & concluditur dd. Canonicos non remansisse in Ecclesia S. Antonini in figura Canonorum Cathedralis, sed tamquam separatum, & novum constituentes Collegium, idque jure optimo factum est, quia translatio de qua est sermo, non processit per destructionem loci, & Ecclesie antiquæ, sed per illius dimissionem, quo casu semper in Ecclesia dimissa aliqua relinquenda sunt in memoriam pristinæ dignitatis, quem habuit, Lopus alleg. 68. num. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 12. num. 42. cum seqq. Frances. de Eccles. Cathedrali, d. cap. 7. num. 48.

Et quod revera post separationem dd. Canonici constituerint novum, & diversum Collegium inferioris qualitatis Capitulo Cathedralis S. Justinæ, colligitur manifestè ex dicto Historico Campio dicta par. 1. lib. 7. pag. 221. in fine, & 22. nam ibi loquendo de divisione bonorum facta inter Ecclesias novam, & antiquam, sic loquitur: E ritenutasi per il Vescovo quella quantità di Terreni, Decime, & altre ragioni, che si giudicò allo Stato, e dignità sua convenevole, &c. lasciarono al Capitolo, e Canonici di S. Antonino il rimanente, &c. & il residuo venne successivamente assegnato alli Canonici della Cathedrali di S. Giustina; Ex quibus clare deprehenditur Cathedralem, & Canonicos fuisse translatos in Ecclesiam S. Justinæ, & remanentes Canonicos in Ec-

P 2 cle-

23 clesia S. Antonini constituisse novum Capitulum, dum illi S. Antonini denominantur capitulo, & Canonici simpli- citer, alteri verò S. Justinæ describuntur cum titulo Canonicorum Cathedralis; Idemque eritur ex tom. I. lib. II. ejusdem Historia fol. 341. ibi: *Si ritrovano in detto luogo in quell' ora li Canonici della Cattedrale, e quivi essere più ricchi, e più nobili, & in maggior numero altresì de Canonici di Sant' Antonino, & in tomo I. fol. 222. Si ordinò poco appresso, che à differenza de Canonici di S. Antonino, ed altre Chiese Collegiate, quelli della nuova Cattedrale appellar si dovessero li Cardinali di S. Giustina, come i più degni Canonici di tutti gl'altri, sub quo titulo Cardinale vocantur, Canonici S. Justinæ in privilegio Caroli Grassi de anno 880. & in conventione inita anno 686. inter Paulum Episcopum Placentiæ, & eosdem Canonicos S. Justinæ, ex hac igitur diversa denominatione Canonicorum, ar- guitur totalis inter illos separatio, & quia titulus capituli Cathedralis ferè semper datus conspicitur Canonicis Sanctæ Ju- stinæ, & non illis Sancti Antonini, 24 dicendum est Cathedralitatem fuisse in illam omnimodè translatam; & ex re- latis per Frances. de Eccles. Cathedral. cap. 8. num. 176. Tantò magis quia Ecclesia S. Antonini recensetur per dictum His- toricum inter alias Collegiatas, prout semper imposterum, hac Collegiatæ nun- cupatione fuit denominata, quod exclu- dit Cathedralitatem, Rota coram Cerro, 25 decis. 587. num. 5. & decis. 56. num. 33. p. 19. recent. & infra.*

Absque eo, quod in contrarium ur- geant lata per d. Historicum, p. 1. lib. 8. pag. 234. ad annum 892. & pag. 238. ad annum 898. & pag. 253. ad annum 921. quod scilicet post controversam translationem, Episcopi, ac eorum Officiales exercuerint jurisdictionem contentiosam in quadam lodia majori Ecclesiæ Sancti Antonini, quodque Guido, & Boson Antistites Placentini retinuerint post eamdem translationem denominationem Episcoporum S. Antonini, & S. Justinæ, ac demum quod Canonici translati sedem retinuerint in

ambis Ecclesiis, & ad eorum libitum mo- dò in una, modò verò in altera Divina expleverint officia.

Nam respectu primæ partis objecti responsum fuit ab exercitio jurisdictionis contentiosæ in atrio Ecclesiæ non consurgere signum Cathedralitatis, cum Episcopi erigere possint Tribunal in quolibet loco suæ Diœcesis non exem- pro, & in illo jus dicere, cap. 7. de offic. Ord. cum aliis plenè in Hispaniæ Visitationis 30. Aprilis 1700. §. 13. coram me, & in specie pro exclusione Cathedralitatis respondit, in d. Terrac. Cathedralitatis §. 34. coram me. Quod verò attinet ad secundam, & tertiam oppositionis par- tem ponderatum fuit Historicum Cam- pium in locis præcitatibus non affirmare absolutè, & certitudinaliter, seu dubitativè, ac juxta ejus judicium, & opina- tionem, quod prænominati duo Anti- stites se se nuncupaverint Episcopos utriusque Ecclesiæ ibi: *E quindi parmi, che tenesse Guido il titolo Episcopale di amendue le Chiese, prout dubitativè as- ferit, Canonicos ad S. Justinam transla- tos retinuisse Sedem in Ecclesia S. Anto- nini ibi: E per avventura doveano egli- no tenere il loro Seggio nell'una, e nell' altra di quelle; Unde super dicta His- torica assertione dubitativè prolata, & jux- ta conjecturaciones, & sensum particu- larem Historici inhærendum non est, sicuti de jure non defertur Testibus de- ponentibus de eorum credulitate, & opinione, cum Homines proptium in- sequentes judicium persæpe errare sole- 27 ant, Jason. in rubr. de jur. jur. num. 2. Soc. Jun. conf. 86. num. 3. lib. 2. Rot. decis. 337. num. 14. p. 11. & decis. 304. num. 30. p. 22. & coram Dunozer. jun. decis. 372. num. 8. & 9.*

Potissimè advertendo, quod utraque notitia historica aliquam præfert inver- tisimilitudinem; nam prima continet incongruum, & ineptum loquendi mo- dum, dum Episcopus regulariter deno- minatur Episcopus Ecclesiæ, suæ Diœ- cesis in genere, & non Ecclesiæ Cathe- dralis in specie, & tunc denominari so- let Episcopus duarum Ecclesiarum, quan- do præfet binis distinctarum Urbium Ecclesiæ cumulative unitis, juxta plura exem-

exempla relata in dicta Terracina. Cathedralitatis coram me, §. 29. Majoremque continet inverisimilitudinem altera notitia, nam cum dictus Historicus in superiori parte suorum Annalium retulisset 30. Canonicos S. Antonini una cum omnibus dignitatibus fuisse omnimodè ibi: del tutto, translatos in Ecclesiam S. Justinæ, quomodo postea, vel dubitativè affirmare potuit, quod retinuerint Sedem in Ecclesia dimissa, non enim inter se compatiuntur totalis unius loci dimissio, & absoluta ipsius retentio; sive in illa parte, in qua Historicus dubitativè variare videtur ab antecedenter positivè, & absolutè relativis, nullam meretur considerationem, Rota coram Buratt. decis. 367. num. 8. & coram Emerix, Jun. decis. 107. num. 2. & decis. 132. num. 6.

Ex monumentis itaque Historicis exploratum redditur controversam translationem factam fuisse extinctivè, & non cumulativè, idemque patentius fit ex obseruantia, & primò quia post illius effectuationem Ecclesia Sanctæ Justinæ semper denominata fuit Cathedralis, & quidem in actibus gestis in eadem Civitate Placentiæ, quibus deferendum est, ut potè provenientibus à personis ejusdem translationis notitiam habentibus, ut ad propositum ponde-  
rat Rota coram Cerro, decis. 585. num. 7. & in recent. decis. 254. num. 8. par. 16. & decis. 56. num. 16. & decis. 159. num. 19. par. 16. recent. Viceversa Ecclesia Sancti Antonini assumpsit nomen Collegiatæ, & ita passim, & ferè semper fuit in Diœcesi denominata, quod arguit amissionem Cathedralitatis, ut apponderat *Cardinalis de Luca, de Praben.* disc. 2. num. 24. Rota dicta decis. 587. num. 5. & decis. 56. num. 33. part. 19. recent. imò frequenter ipsimet Canonici illam denominarunt Collegiatam, unde ore proprio fassi sunt eam amisisse Cathedralitatem, ut prosequitur Rota dicta decis. 385. num. 5. *Card. de Luc. de praben.* disc. 2. num. 24.

Secundò quia prima pulsatio Campanæ in die Sabbati majoris hebdomadæ sit in Ecclesia Sanctæ Justinæ, & illa Sancti Antonini ad instar aliarum infest Monacelli, *Formul. Suppl.*

riorum expectat sonitum Ecclesia majoris, quod inter signa Cathedralitatis communiter refertur per Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. num. 69. Rota coram Bich. decis. 665. num. 22. & decis. 56. num. 25. & seq. & decis. 196. num. 30. & 404. num. 42. par. 19.

Tertiò quia Processiones omnes publicæ, & Universales incipiunt ab Ecclesia Sanctæ Justinæ, in eaque terminantur, & Capitulum Sancti Antonini, ibique in hisce functionibus accedit sicut aliæ inferiores Collegiatæ, quæ præminentia Cathedralitatem evincit, *Pacius Jord. var. lucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 2. num. 69. Rota coram Emerix. decis. 372. num. 6. & dicta decis. 169. num. 23. par. 19.*

Quartò Vicarius Capitularis Sede vacante semper electus fuit ex gremio Capi-  
tuli Sanctæ Justinæ, numquam ex illo Sancti Antonini, quod est alterum ex potissimum signis Cathedralitatis, *Rota coram Manzan. decis. 865. num. 9. & coram Danoz. jun. decis. 995. num. 3. cum aliis in Terracinen. Cathedralitatis 20. Junii 1703. §. 36. coram me.*

Quinto in Ecclesia Sancti Antonini non adeat Præbenda Theologalis, sed existit in Ecclesia Sanctæ Justinæ. Unde hæc, & non illa est vera Cathedralis, *Azor. institution. moral. part. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 1. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 24. num. 1. 4. & 18. Adden. ad Gregor. decis. 412. num. 5.*

Sextò Canonici S. Justinæ emittunt in adipiscenda possessione suorum Canoniciatum, fidei professionem, quam non emittunt Canonici Sancti Antonini, qua stante distinctione, regulariter arguit qualitas Cathedralis, & Collegiatæ, *Fusc. de Visitation. lib. 1. cap. 10. numero 13. Barbos. in annot. ad Concil. sess. 24. capit. 12. de Reformat. num. 25. & 28. & de offic. & potest. Episcop. allegat. 61. num. 1. 5. & 15.*

Octavò consideratione maxima dignus est ordo, qui servatur in processionibus, in quibus Capitulum Sancti Antonini non incedit unitum cum Capitulo Sanctæ Justinæ, sed est ab illo

separatum se se interponentibus inter unum, & alterum Capitulum Beneficiati, & Alumnis Seminarii Sanctæ Justinæ, ex quo ordine manifestè dignoscitur Capitulum Cathedralis esse illud Sanctæ Justinæ, quod incedit unitum cum Episcopo suo capite, & non alterum Sancti Antonini, quod separatum ab illo præcedit, ne admittatur deformis scissura Capitis à membris communiter improbata, ut post *Felin.* in cap. *cum non liceat*, num. 2. de *rescript.* trahunt *Barbos.* de *Canon.* & *Dignit.* cap. 18. num. 4. & 5. *Card.* de *Luc.* de *præben.* disc. 11. num. 3. *Adden.* ad *Buratt.* decis. 203. num. 16. *Rot.* decis. 3. *cum seqq.* & decis. 111. num. 7. part. 5. re-

cent. Ac denium, aliis omissis; notabilis sima ad rem vita fuit altera facti circumstantia, quod Canonici S. Justinæ singulis annis in festo Sancti Antonini capitulariter accedunt ad illius Ecclesiam, ibique omnia celebrant solemnia, citra quod Canonici ejusdem Ecclesiae Sancti Antonini cum illis se immisceant, nec in celebratione Missæ solemnis, neque in Vesperarum Cantu, *Summario Sanctæ Justinæ* num. 6. Hinc propterè mirifice comprobatum remanet assumptum, quod Capitulum Cathedralis totaliter resideat in Ecclesia Sanctæ Justinæ, & quod Canonici Sancti Antonini efforment disiunctum Collegiale Capitulum, alias si unum, & idem constituerent Collegium unitim prædictas solemnites Ecclesiae functiones peragerent, quando insimul uniuntr. Parum officiente, quod Capitulum Sancti Antonini interveniens in illius Ecclesia occasione Processionum sedeat in Choro, & in æquali Stallo cum Canonici Sanctæ Justinæ, nam adhuc ex hujusmodi actis colligunt superioritas Canonicorum Sanctæ Justinæ; Quia isti sedent in Choro propriæ Ecclesiae in prioribus, ac nobilioribus Stalls cum usu Tappeti; illi verò in locis inferioribus absque Tappeto, quod indicat inferioritatem, & excludit Corporis unicitudinem, inter pares namque servanda sit æqualitas cum prædencia juxta singulorum antianitatem,

38 Sancti Antonini efforment disiunctum Collegiale Capitulum, alias si unum, & idem constituerent Collegium unitim prædictas solemnites Ecclesiae functiones peragerent, quando insimul uniuntr. Parum officiente, quod Capitulum Sancti Antonini interveniens in illius Ecclesia occasione Processionum sedeat in Choro, & in æquali Stallo cum Canonici Sanctæ Justinæ, nam adhuc ex hujusmodi actis colligunt superioritas Canonicorum Sanctæ Justinæ; Quia isti sedent in Choro propriæ Ecclesiae in prioribus, ac nobilioribus Stalls cum usu Tappeti; illi verò in locis inferioribus absque Tappeto, quod indicat inferioritatem, & excludit Corporis unicitudinem, inter pares namque servanda sit æqualitas cum prædencia juxta singulorum antianitatem,

39 cum usu Tappeti; illi verò in locis inferioribus absque Tappeto, quod indicat inferioritatem, & excludit Corporis unicitudinem, inter pares namque servanda sit æqualitas cum prædencia juxta singulorum antianitatem,

ut Juris est, ad *Text.* in *leg. 1.* *Cod.* de *consult.* lib. 12. leg. *honores*, ff. de *Decurion.* cum aliis ibi in specie collectis per *Fulvium Constantium* super dicta l. n. 12. *Verall.* decis. 356. num. 1. p. 1. & in *Melevitana Antianitatis* 9. Octobris 1702. §. Et Porro coram me.

Cum igitur omnia signa Cathedralitatis, & actus, qui in Ecclesiis Cathedralibus geri solent, omnia concurrent in Ecclesia Sanctæ Justinæ, & in eadem gesta conspiciantur; exinde arguere licet dictam Translationem factam fuisse extinctivè, & non cumulative, ut in terminis ponderat *Rota* decis. 995. num. 14. coram *Dunoz.* Jun. Non obstante quod ad effectum, ut translationes censeant facte cumulative, sufficiat, quod Ecclesia dimissa aliqua retineat signa Cathedralitatis, imò unicum signum per quod solum hujusmodi dignitas censetur præservata, ut firmavit *Lezan.* in *Turr.* *David.* cap. 5. num. 307. *Rota* in *Cesaraugustana Cathedralitatis*, decis. 1867. num. 57. coram *Coccino*, & decis. 353. num. 7. coram *Bich.* decis. 665. num. 23. & seqq. & decis. 611. num. 15. part. 19. Quoniam conclusio procedit concurrentibus signis individualibus, clatis, & univocis, secus verò generalibus, & æquivocis, quæque Ecclesiis sine prærogativa Cathedralitatis convenient, *Rota* dicta decis. 353. num. 72. par. 5. cum aliis in dicta *Terracinen.* *Cathedralitatis*, coram me, num. 4.

In præsenti autem nullum ex adductis signis superextantibus comperrum fuit univocum, nam illud, quod in Ecclesia Sancti Antonini celebretur festum dedicationis, est æquivocum, dum hujusmodi præminentia gaudent etiam alia Ecclesiæ inferiores ex allegatis in dicta *Terracinen.* coram me, §. 25. & antea dixerat, in decis. 393. coram *Ludovis.* per 10t. Prout nihil concludit alterum, quod Canonici Sancti Antonini una cum Capitulo Sanctæ Justinæ concurrent ad electionem Episcopi; Quoniam ex actibus deductis in *Summario Canonicorum Sancti Antonini*, non consistit illos intervenisse in dd. Electionibus cum qualitate Collegialitatis, sed potius accessisse tamquam simplices

<sup>44</sup> ees Clericos, ad quos universaliter spē-  
ctabat antiquis temporibus Episcopo-  
rum electio, ut generaliter tradunt Bur-  
satt. conf. 126. num. 17. Barbos. de offic. &  
potest. Episcopi, tit. I. cap. 3. num. 10. bon.  
mem. R. P. D. Paulicius in sua Jurispruden-  
tia Sacra lib. 2. tract. 2. cap. 6. num.  
7. Thomassin. de Benefic. p. 2. lib. 2. cap.  
3. 1. num. 7. & in specie Ecclesiae Placenti-  
nae tradit. Umbert. locat. in Histor. Placen-  
tie pag. 107.

Sicuti nihil urget retentio antiquarum Imaginum, Agni Paschalis, & Campanæ nuncupat. de Interdicto, & Palatii Episcopalis unitis cum Ecclesia, quia omnes ejusmodi circumstantiae sunt referibiles ad præservativas Juris ex statu antiquo, quo potest remanere etiam post translationem Cathedralitatis, Card. de Luca de præmin. decif. 5. num. 17. Et ceteroquin omnia si-  
<sup>45</sup> gna hujusmodi sunt æquivoca, prout si-  
gnanter est Palatum Episcopale, ut di-  
xit Rota citatis concordantibus in sape  
cittata Terracinen. Cathedralitatis, §. 34.  
coram me.

Postremò nec obſistere viſæ ſunt quam plurimæ enunciatiæ Cathedralitatis, quibus etiam post controversam translationem Ecclesiæ Sancti Antonini denominata fuit. Quoniam ferè omnes noscuntur factæ ab Imperatoribus, & Principibus exteris, qui fortasse nullam ejusdem translationis habebant notitiam; nil mirum propterea ſi illam antiquo Cathedralitatis titulo condecoraverint, ac propterea tamquam erro-  
neæ, nullum præbent obſtaculum, præſertim quia contingit hodiē disputari de enunciato per ea, quæ tradit Rota decif. 66. num. 2. p. 4. divers. & in recent. decif. 180. num. 3. p. 2. & decif. 203. num. 9. p. 3. & in specie in decif. 404. num. 59. par. 19. & in dicta Terracinen. Cathedra-  
<sup>46</sup> litatis num. 59. coram me.

Ex quibus omnibus itaque in unum collectis, & insimul consideratis, pro-  
ut ad effectum, de quo est sermo, facien-  
dum est, ex monito Rota in d. decif.  
353. num. 81. par. 5. recent. Domini cen-  
ſuerunt resultare Ecclesiam S. Antoni-  
m post dictam translationem amisisse

prorsus, & totaliter antiquam Cathe-  
dralitatis prærogativam; In quem ſen-  
ſum eo libentiis inclinatunt, quia plu-  
ties incidenter disputato hujusmodi at-  
ticulo in Sacr. Rit. Congregatione de  
annis 1607. 1623. 1627. 1636. 1660. &  
1682. ſemper ejusdem ſenſus fuerunt illi-  
lius Eminentissimi Patres, indulgendo  
Canonis S. Justinæ privatiæ ad illius  
S. Antonini prærogativas, ac præemi-  
nentias dari ſolitas aliis Capitulis Cathe-  
dralium, Summario Eccleſie Sancte Ju-  
ſtine à num. I. ad 7. Non relevante;  
quod præſens diſputatio fiat, non præ-  
ſuppoſitſis dd. Decretis, quia ſi de jure  
defertur doctrinæ alicujus insignis Docto-  
ris, Becc. conf. 88. num. fin. Surd. confil-  
313. num. 43. Quantò magis deferendum  
eft judicio, & doctrinæ tantorum Pa-  
trum in tot, tantisque cauſis inter ha-  
met Partes coram iplis agitatis & in ma-  
teria in qua ipli quotidiè verſantur, ut  
punctualiter dixit Rota in ſimili cauſe de  
Sac. Rit. Congreg. decif. 214. num. 6. cum  
ſeqq. par. 4. tom. 2. recent. Et latius in  
Melevitana Statuti 27. Aprilis 1689.  
§. Hæcque interpretatio, coram bon. mem.  
Emerix jun.

Et ita utraque Parte acerrimè Infor-  
mantem.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Comen. Cappellaniæ.

Luna 18. Aprilis 1701.

#### A R G U M E N T U M.

Præſentatus à dſcendentibus legitimis,  
& veris Patronis ſemper eſt præferendus;  
Veri Patroni dicuntur illi, qui  
aliás præſentarunt, ac ſunt in quaſi  
poſſeffione præſentandi.  
In Jure Patronatus herio non ſuccedunt  
illegitimi ad differentiam Juris Patro-

natus Gentilitii. Verum etiam ageretur de Jurepatronat. Gentilitio, quando tamen Testator usus fuit verbis civilibus, non succedunt illegitimi. Verbum familia, est verbum civile. In dubio Jus Patronatus censetur hæreditarium. Quinimò etiam à principio esset Gentilitium deficienibus masculis legitimis, fit hæreditarium.

## SUMMARIUM.

- 1 *Quasi possessionem præsentandi dicitur habero, qui alias præsentavit, quod sufficit pro obtainenda institutione.*
- 2 *Præfatio defuncti, quatenus continuatur in Hærede.*
- 3 *Descendentes ex Masculis illegitimis non admittuntur ad juspateronatus hæreditarium nisi probantes se esse hæredes Patronorum.*
- 4 *Filiū etiam illegitimi succedunt ad juspateronatus Gentilitium, intellige, ut n.6.*
- 5 *Juspateronatus in dubio semper censetur hæreditarium.*
- 6 *Filiū illegitimi tunc succedunt ad juspateronatus Gentilitium, quando Testator usus fuit verbis naturalibus, secus se usus fuit verbis Civilibus, & n.7. & 14.*
- 7 *Verbum familia, est verbum Civile.*
- 8 *Filiū illegitimi non dicuntur esse de familia.*
- 9 *Filiū naturales ex dispositione juris sunt capaces juspateronatus, ac succedunt saltem deficienibus legitimis, & n.11.*
- 10 *Filius legitimus natus ex illegitimis est idoneus ad quacumque beneficia intellige, ut n.17.*
- 11 *Filiū illegitimi tunc possunt esse capaces ad beneficia, quoties non reperiuntur exclusi à Testatore.*
- 12 *Filiū illegitimi, ubi leguntur exclusi, censendi sunt quoque exclusi.*

*si ex ipsis descendentes, quamvis ex legitimo matrimonio natī.*

16 *Juspateronatus Gentilitium deficienibus masculis legitimis, fit hæreditarium.*

17 *Status ultimus est attendendus.*

18 *Sententia, pendente appellatione, nullam habet efficaciam.*

## DECISIO XII.

Per obitum Joannis Baptiste Turriani vacavit anno 1699. Cappellania Sancti Stephani in Ecclesia Sancti Cosimi, & Damiani loci Mandrisii Comen. Dioecesis de Jurepatronatus Laicorum de Busionibus, cumque descendentes ex masculis ad illam præsentaverint Canonicum Carolum Antonium Busiam, descendentes vero ex feminis Alexandrum Visettum, orta fuit inter istos præsentatos controversia coram Ordinatio Comen. super consecutione Institutionis, qui protulit Sententiam ad favorem Caroli Antonii, sed ab hujusmodi Sententia provocans Alexander, Commissionem mihi directam impetravit, ad cuius normam proposito dubio: *An, & cuī esset danda institutio? Domini censuerunt esse dandam Alexander: Ipse enim se præsentatum docet à descendentiis legitimis ex veris, & indubitate Patronis, qui ultimo loco præsentarunt Taurianum, & sic reperiuntur in quasi possessione præsentandi, quod sufficit pro obtainenda Institutione, iuxta Text. in cap. querlam 23. de elect. cap. cum Ecclesia Sutrina, §. Nos igitur, de caus. possess. & propriet. & consil. de jurepatr. Rota coram Priolo, decisio 115. numero 18. & 19. decisio 82. numero secundo, parte 19. recent. & in Rossana Beneficii 20. Martii 1699. Quippe coram Reverendissimo Pat. Domino meo del Olmo, certum namque est, quod quasi possessio præsentandi, licet non translat de persona defuncti in illam hæ-*

hæredum quoad factum absque nova apprehensione, continuatur tamen in illis quoad effectum, ut præsentatus ab eisdem consequi possit Institutionem, Ciarlin. contr. forens. cap. 211. numer. 10. & seqq. lib. 2. Rota in recent. dec. 73. num. 38. part. 1. decis. 667. numer. 6. & 7. par. 18. in Isolana Beneficii à Me edita, §. Necessaria est contraria, confirmata pariter coram Me 18. Junii 1696, in Hyporegian. 27. Junii 1698. sub §. Nec obstat, coram R. P. D. meo Pio, & novissimè in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii currentis anni cor. R. P. D. meo Scotto.

At verò Carolus Antonius præsentatus reperitur à descendantibus ex masculis illegitimis, qui non admittuntur ad Juspatronatus hæreditarium, nisi insimul se se probent hæredes Patronorum, à quibus descendunt ad firmata per Lambertin. de jure patronatus, par. 2. lib. 1. quest. 9. art. 26. numer. 2. Vivian. eodem tractat. par. 1. lib. 4. cap. 2. numer. 68. & 71. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 11. nu. 137. & seq. Spad. conf. 24. num. 12. lib. 2. Noguerol. alleg. 28. nu. 59. Ciarlin. contr. forens. d. c. 212. nu. 30. & seqq. & numer. 42. lib. 2. Card. de Luca de jurepair. dict. 36. n. 7.

Frustraque objiciebatur hoc Juspatronatus esse familiare, & gentilitium, in quo succedunt etiam illegitimi, Rota in Regien. Jurispatronatus 18. Martii 1639. coram Panzirolo impress. apud Ciarlin. contr. forens. cap. 172. numer. 77. & in recent. decis. 262. numer. 6. & seqq. par. 8. & decis. 241. numer. 10. part. 16. & in Vicen. Beneficii 24. Novembri 1688. §. Non obstat, coram bon. mem. Emerix, quia cum non exhibeatur Instrumentum fundationis clare præferebant hujusmodi qualitatem gentilitiam potius adjudicandum est hæreditarium juxta regulam juris, de qua in Clement. plures de Jurepair. Vivian. eodem tract. lib. 4. cap. 2. numer. 4. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 11. numer. 20. latè Rota coram Merlino, decis. 768. nu. 7. & seqq. coram Priolo, dicta dec. 115. num. 20. coram Nivio, dec. 27. numer. 1. & in recent. dicta decis. 82. num. 4. part. 19. & nihilominus quatenus ageretur de Jurepatro-

natus gentilitio, adhuc in eo succedere nequirit illegitimi, quandoquidem in hac materia satis communis est distin-  
tio à Rota sèpiùs approbata, docens, quod si fundator Beneficii usus sit ver-  
bis merè naturalibus, tunc admittan-  
tur ad illud etiam illegitimi, in quibus  
terminis loquuntur Decisiones in ob-  
jecto allegatæ, ut patet ex earum lectu-  
ra, contra verò si ulus fuissest verbis ci-  
vilibus, ut pluribus adductis firmant 7  
Vivian. de Jurepatronatus, par. 1. lib. 4.  
cap. 2. numer. 65. & seqq. Lotter. de re  
benefic. lib. 2. quest. 11. numer. 139. cum  
seqq. Garz. de Benefic. par. 7. capit. 15. à  
num. 36. & seqq. Gratian. discept. forens.  
cap. 218. à nn. 11. & seqq. Adden. ad Gre-  
gor. decis. 433. num. 23. Rota coram Royas  
decis. 254. num. 8. Et quamquam in præ-  
senti non habeatur Instrumentum fun-  
dationis, verumtamen quia qualitas  
gentilitia defumi contenditur ex enun-  
ciativis, in quibus exprimitur Juspa-  
tronatus spectare ad familiam de Bu-  
sionibus, quod verbuna Familia, est ver-  
bum civile Lotter. de re benefic. d. qn. 11.  
num. 141. Garz. de Benefic. dicto cap. 15.  
num. 40. Adden. ad Pamphil. decis. 237.  
num. 11. Adden. ad Gregor. dicta dec. 433.  
numer. 23. certè sub eo non continentur  
illegitimi, qui non dicuntur de fami-  
lia, præter superiùs adductos tradunt 9  
Noguerol. alleg. 28. num. 60. & 68. Ciar-  
lin. contr. forens. lib. 2. cap. 172. numer. 20.  
& seqq. & num. 23. Spad. conf. 24. n. 5. lib.  
2. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. §. 3.  
num. 58.

Parumque urgere visa fuit replicatio, 10  
quod filii naturales ex dispositione ju-  
ris sint capaces Jurispatronatus, ut ex  
cap. pia mentis, & cap. Frigentius 16.  
quest. 7. & notant DD. congesti per  
Vivian. de Jurepair. lib. 2. c. 6. num. 28.  
Grat. discept. forens. cap. 218. numer. 1.  
Lagunez de fructibus, par. 1. capit. 31. §.  
2. numer. 29. Torr. de primog. Ital. par.  
1. cap. 28. numer. 83. Rota post Vivian. de  
jurepatr. decis. 45. num. 10. & seqq. decis.  
350. inter conf. Farinacc. & in recent.  
decis. 126. num. 1. part. 1. decis. 530. num.  
8. part. 3. & decis. 262. num. 10. part. 8.  
& in Navarien. jurispatronatus 15. De-  
cembris 1668. §. Nam posito, coram bon.

mem.

- mem. Bourlemon, &c in eo succedant descendentes ex feminis, quoniam defi-  
 11 saltibus deficientibus legitimis, Graian.  
 dicto cap. 218. num. 25. Rota decisi. 126. nu-  
 1. 5. & seqq. part. 1. recent. potiori ratio-  
 ne quando, prout in hypothesi, præ-  
 sentatio facta legitur non per ipsos met  
 naturales, sed per legitimos descen-  
 dentes ab eis, qui de jure sunt habiles,  
 & idonei ad quæcumque Beneficia, gloss.  
 in cap. quia Clerici in verb. filii, de Jure-  
 patron. Can. numquam 56. dist. Navar.  
 conf. 4. num. 1. de Jurepatr. Spad. conf. 35.  
 num. 1. & seqq. lib. 2. Rota in Tironen.  
 Eleemosynaria impress. post d. conf. Spad.  
 35. & post Vivian. de Jurepatr. dec. 45. n.  
 6. & 7. & in dicta Vicen. Beneficii 24.  
 Novembris 1688. §. Tertia denique, co-  
 nam bon. mem. Emerix, nam responde-  
 bat id procedere quidem posse quoties  
 illegitimi non reperirentur exclusi à  
 Fundatore, itaut remanerent sub dispo-  
 sitione Juris communis, juxta quam na-  
 turales sunt capaces Juspatronatus ex  
 12 juribus superius adductis, ut bene ex-  
 plicando docent Bellet. disquisit. Clerical.  
 part. 1. §. 3. n. 57. Sperell. decisi. 73. n. 14.  
 & consonat. Ciarlin. contr. forens. dicto  
 cap. 212. num. 39. lib. 2. & Rota dicta dec.  
 120. in princip. in contrarium allegata, p.  
 1. recent. sed cum ex predictis Juspatro-  
 natus, de quo agitur, reservatum vide-  
 tur ad favorem illorum de familia de  
 Busionibus, & sic per verba civilia, que-  
 13 madmodum censentur exclusi illegitimi  
 etiam deficientibus legitimis, Garz. de  
 Benefic. dicta par. 7. cap. 15. sub n. 46. Ciar-  
 lin. contr. forens. dicto c. 172. n. 43. & 44.  
 lib. 2. sic pariformiter exclusi censendi  
 sunt descendentes ab eis, quamvis legitime  
 nati, quia proveniunt à radice infe-  
 sta, & non considerata à Fundatore, alio-  
 quin melioris esse viderentur conditionis,  
 quam ipsorum Parentes contra regulam  
 Text. in l. si viva Matre, Cod. de bonis  
 Maternis, ut in specie post Roccum, &  
 Lambertin. in tract. de Jurepatr. animad-  
 vertunt Spad. dicto conf. 24. n. 12. & seq.  
 lib. 2. Garz. de Benefic. loco mox citato  
 Ciarlin. dicta contr. 172. lib. 2. n. 46. Rota  
 dec. 395. an. 3. usque in finem dec. 399. n. 6.  
 in fin. & dec. 542. n. 1. & 2. p. 1. rec.
- Quo circa non dubium, quin ad hu-  
 jusmodi Juspatronatus sint admittendi

Nec relevat filios naturales fuisse ad  
 præsentandum admissos in ultima vaca-  
 tione secuta per obitum Flaminii Busiae,  
 nam cum ab hujusmodi admissione fuerit  
 appellatum, causaque delata ad Rotam, in illius disputatione fuerit inter  
 Partes suppositum, & ultrò admissum  
 Juspatronatus hæreditarium, ut patet ex  
 decisione 798. Coram Dunoz. jun. in princ.  
 vers. quoniam, & clariss ex alia deci-  
 sione in Causa edita, coram Eodem in or-  
 dine la 820. pariter in princ. vers. quia  
 adhuc, sequitur quod, vel ultimus sta-  
 tus considerari debeat tamquam favora.  
 17 bilis Alexandro, dum Turrianus Insti-  
 tutionem reportavit, tamquam præsen-  
 tatus ab hæredibus, vel in omnem even-  
 tum neutri debeat suffragari, itaut Causa  
 decidenda veniat ad terminos Juris, se  
 18 cundum quod naturales, seu descendentes  
 ab eis non succedunt in Jurepa-  
 tronatus reservato pro illis de Domo,  
 & Familia ex superius adductis.

Et ita utraque Parte responsum fuit,  
 &c.

R. P. D.



R. P. D. SCOTTO.

Bovinen. Archidiaconatus.

Luna 27. Junii 1714.

## ARGUMENTUM.

Proviso de aliqua dignitate Curam Animarum non habente facta ad favorem alicujus, impetrari non valet à tertio prætextu contractæ Simonie, in Judicio tamen non constitæ, maxime post expeditionem dictæ gratiæ. Beneficii resignatio in manibus Papæ cumulativè exposcit Resignatarii idoneitatem, ac ut Resignans aliunde vivere possit.

Executio gratiæ Apostolicae retardari potest signanter in casum sententiae contra Provisum super aliquo criminis promulgatae, vel in alium casum probationis alterius generis, quæ sententia æquipollat. Absolutus de aliquo crimen ex hac tenus deductis remanet capax quovis Beneficio Curam tantum Animarum non habente.

## SUMMARIUM.

- 1 Cura Animarum exercitium fert secundum cuiuslibet dignitatis asequendam idoneitatem, & n. 2.
- 2 Posita litterarum Apostolicarum iustificatione, exequatio illarum retardari non valet.
- 3 Ad repellendum Gratia Expiscatorum Jūdæx rizidè procedere debet.
- 4 Legitimus contractor ille dicitur, qui probationibus univocis expressis in sua supplicatione concludit.
- 5 Jus quasitum per provisionem Apostolicam dicitur radicatum, & nequit facile à proviso evelli.
- 6 Diffamatio levis de simoniaca labe post gratia concessionem non valet retardare illius executionem, maxime in odium Expiscatorum, & n. 12.

- 8 Sententia absolutoria à summo reatu transiens in rem iudicatam eradicat omnem diffamacionis malam.
- 9 Fiscus dicitur delictorum sedulus inquisitor, & vindicta.
- 10 Ad exclusionem delitti favorabilior semper sumenda est interpretatio.
- 11 Impunitus de crimine, & postea absolvitus ex hac tenus deductis, in concursu ad Parochiale Beneficium non est preferendus aliis omnibus causa abversis.
- 12 Gratia expiscata corruit, corruente suo fundamento probationum delictum confoventum.
- 14 In odium Expiscatorum numquam, vel raro S. C. Rota solet aures prebere corum instantiae.

## DECISIO XIII.

**O**brentis per Dominicum Ravallesium litteris Apostolicis super provisione Archidiaconatus Cathedralis Ecclesiae Bovinen. vacantis per libram resignationem factam à Marco Antonio Lamberto in manibus Papæ, earumque executione denegata ab Ordinario sub prætextu Simoniæ pravitatis prefato Proviso impietæ, ac etiam per sententiam ab eodem declaratae: Cumque dominicus reclamasset ad A. C. in criminalibus fuerunt ab ipso circumscripta, tamquam nulla, & attentata omnia acta gesta coram Ordinario, ac insuper prævia constructione novi processus dictus dominicus à quacumque simoniæ labe per aliam sententiam absolutus remansit; Taliter autem expurgata sua provisione, coactus fuit iterum in Arenam descendere cum alio contradicte, nam imperato ab Antonio Alferio ex capite supradictæ simoniæ controverso Archidiaconatu, directaque Sac. Rotæ per Eminentissimum Prodatarium executione litterarum, disputari oportuit dubium à me in hodierna audientia propositum videlicet: An, & quæ litteræ Apostolicæ sint exequendas? cui DD. responderunt litteras Apostolicas Dominicæ esse exequendas.

Si-

Siquidem prædictæ litteræ apparuerunt satis, superque justificatæ, non tantum respectu idoneitatis Dominici resultantis ab exercitio Parochi, quod de tempore suæ provisionis laudabiliter gerebat, ut ex attestatione Eminentissimi Archiepiscopi Beneventani *Summar. numer. 3.* necnon à munere Confessarii, cui ad præsens in Urbe incumbit, quæ superabundare visa sunt, in <sup>1</sup> casu, in quo non agitur de Parochiali, sed de dignitate assequenda, nullatenus curam animarum secum ferente *ad tradita per Rot. dec. 182. n. 1. cor. Celso, & in Rossanen. Parochialis 2. Junii 1710. paragrapho 1. coram me;* verum etiam circa veritatem expressionis, quod nimurum Resgnans aliundè commodè vivere valeat, ritè ducta ex illius possessione plurium prædiorum, tum Urbanorum, tum Forensium, *Summar. num. 4.* ex quorum anno fructu ejus substentamento abundè provisum videbatur; qua posita litterarum exacta justificatione illarum executio certo certius venit decernenda *ad Text. in capitul. si capitulo, ubi Gloss. in verbo exequatur, de concession. præben. in 6. & in dicta Rossanen. Parochialis 2. Junii 1710. coram me, & 19. Januar. 1711. coram R. P. D. meo Crispo, utrobiisque in principio.*

<sup>2</sup> Nullum autem attulit obstaculum prætensem crimen Simonia, cui nitebatur Gratia ab Antonio expiscata; cum etenim agatur de exoso Expiscatore, ad quem repellendum rigida exigi solet Judicis censura, prout docet *Rot. in Cracovien. Canonicatus 13. Junii 1701. §. Prahabitis, coram R. P. D. meo Ansaldo,* ad effectum, ut dici possit legitimus contradictor, subire debet onus docendi per probationes univocas, acde necesse concludentes, de veritate expressorum in sua supplicatione juxta *Glos. in cap. insinuatim, de Simonia, Farinac. cons. 75. num. 34. Rot. dec. 207. num. 6. part. 17. recent. cum aliis in Pampilonen. Parochialis 6. Maii 1703. §. Caterum, cor. R. P. D. meo Ansaldo, quam sequitur dicta decisio Rossan. Parochialis, §. Vice autem versa, coram me.*

Præcipue vero in circumstantiis ca-

<sup>3</sup> sus nostri, nam cum Dominicus habeat Jus quæsumum super beneficio vi-  
gore provisionis Apostolicæ, & plenè doceat de sua idoneitate, hoc jus ita radicatum nequit ab ipso evelli, *adtra-  
dita per Lotter. de re benef. lib. 3. quæst.  
14. num. 51. & seqq. & num. 68. Car-  
din. de Luca de benef. disc. 36. numer.  
7. Rot. dec. 256. num. 3. & seqq. part.  
12. & dec. 176. num. 1. & seqq. part.  
17. recent.*

<sup>4</sup> Quo retento principio in hac matri objectiva strictissimè examinanda, quælibet diffamatio criminis Simonia exorta post concessionem gratiæ, haud potens est retardare illius executionem, ad quem effectum oporteret in medium asserre sententiam super delicto legitime promulgatam, sive probationem alterius generis, ita urgentem, ut Sententia æquipolleret, ne alias stet in arbitrio Expiscatorum calumniosis exceptionibus expoliandi Provisos Apostolicos, ut sapissimè firmavit *Rot. signanter in Pacen. Simonia, seu confidentia 18. Aprilis 1701. §. Pramissa, cor. Re-  
verendiss. Conchen. in Leodien. Canoni-  
catus 13. Januarii 1708. coram Reve-  
rendissimo Giennen. & in Asten. Priora-  
tus super institutione 7. Decemb. 1708.  
Quæ Simoniacæ, coram R. P. D. meo  
Ansaldo.*

<sup>5</sup> Talis autem probatio non solùm deficere visa fuit in præsenti hypothesi, sed immò pro�us contraria militabat, ex quo processus criminalis de partibus; In cuius vim uti Simoniacus damnatus fuit Dominicus, adè inordinatus ap-  
paruit, ut per appellationem delatus ad A. C. in criminalibus meruerit cir-  
cumscribi, & revocari pronunciata ulterius prævia constructione novi processus, citato ipso Alferio Impe-  
trante alia sententia absolvitoria à quo-  
cumque crimine Simonia, favore ejusdem Dominici, quæ cum transitum fe-  
cerit in rem judicatam, proculdubio sustulisse videtur omnem maculam dif-  
famationis, ut in punctione respondit Ro-  
ta in Tridentina Parochialis 11. Maii  
1711. §. fin. coram R. P. D. Ansaldo,  
& in Senogallien. Canonicatus de Luc-  
chis 13. Junii 1710. §. Et quidem, co-  
ram

ram R. P. D. Aldrovando, & in d. Ros-  
sanen. Parochialis 19. Januarii 1711.  
§. Ita etiam, & §. final. cor. R. P. D.  
Crispo.

Nullatenus suffragante objecto, quod  
prædicta Sententia emanavit ex hac-  
tenuis deductis, non aurem ex capite in-  
nocentiae: præmisso namque quod il-  
lum reatum, quem Fiscus delictorum  
sedulus Inquisitor, & Vindex nequa-  
quam capax fuit repetire, nescitur quo-  
modo adinveniri possit à Judice in civi-  
10 libus, per quem favorabilior semper su-  
mitur interpretatio ad exclusionem de-  
lictii, Rot. decis. 365. numer. 13. coram  
Celsi, & dec. 132. numer. 13. Emerix  
Jun. rursus occurrebat animadversio,  
quod in hypothesi non agitur de præla-  
tione in beneficio Parochiali, ad quod  
duo aspirent, alter omni proflus ma-  
11 cula abstersus, alter verò de crimen  
imputatus cum subsecuta absolutoria  
ex hac tenuis deductis, in quibus terminis  
dicta absolutoria fortassis insufficiens  
reputanda foret, sed controversia ver-  
satur inter Provisum Apostolicum de  
Beneficio nullam curam animatum ha-  
bente in concursu odiosi Piscatoris ex  
12 capite objectæ Simoniæ, quo casu si-  
cuti executio primæ Gratiae retardanda  
non esset ex motivo diffamationis, ut  
superius probatum fuit, §. Quo princi-  
pio, ita multo minus hoc operari po-  
test defectus sententiæ absolutoriae at-  
tributus, ex quo nempe emanaverit  
ex hac tenuis deductis, nam ex ista sen-  
tentia saltem eruitur non adfuisse pro-  
13 bationes delictum concludentes, ideo-  
que corruere fundamentum Gratiae  
postremè explicantæ, ad firmata per  
Rot. dec. 408. numer. 23. coram Bi-  
chie in Tridentina Parochialis 11. Maii  
1711. parag. fin. coram R. P. D. An-  
saldo in Asten. Prioratus super insti-  
tutione 7. Decembris 1708. parag. Res-  
pectu, & in pluribus allegata Rossanen.  
Parochialis, §. Hujus generis cum seqq.  
coram me, & §. Prater, & seqq. coram  
R. P. D. Crispo.

Et ita resolutum fuit, Dominico  
tantum informante; Antonio autem  
frustra dilationem petente, quam DD.  
placuit denegare, non solum quia fuit

legitimo tempore expectatus, sed etiam  
quia cum agatur de odioso Imperato-  
re; numquam, vel raro Sacra Rota so-  
let ei indulgere.

### E A D E M C O R A M E O D E M.

Veneris 2. Junii 1713.

### A R G U M E N T U M.

In hoc Sacrae Rotæ Voto per Eminen-  
tissimum Prodatarium experto præ-  
ter quam quod præterita confirmatur  
decisio sub die 27. Junii superioris  
anni emanata enucleatur sensus regu-  
lae 29. Cancell. de subrogan. Collitig.  
ubi quod ad succendendos litium an-  
fractus, & ne collitiganti novus de-  
tetur Adversarius semper superstes sub-  
rogatur in Juribus defuncti Colliti-  
gantis, maximè quando lis est super  
titulo Beneficii, & non agatur de ullo  
tertii præjudicio.

### S U M M A R I U M.

- 1 Subrogatio grata ex aquitativa  
Juri mente semper indulgetur  
superstiti Collitiganti, numer. 2.  
& 19.
- 3 Subrogatio grata in vim d. re-  
gul. 29. non importat novi ju-  
ris acquisitionem, sed remotio-  
nem novi obstaculi, & num. 4.  
& 6.
- 5 Diffamatio de Simoniæ criminis in  
concurso ad Parochiale, non  
est concedenda hujusmodi subroga-  
tio.
- 7 Ad inducendam Simoniæ dif-  
famationem non sufficit sola in-  
quisitio, sed requiritur senten-  
tia Judicis ritè lata, & nu-  
mer. 8.
- 9 Inquisitus de Simoniæ reatu, &  
absolutus per sententiam transa-  
ctam in rem judicatam remanet à  
quacumque diffamationis Macula  
abstensus.

10 Pro-

- 10 Probationes per contrarias probations, ac per sententiam absolutioriam conquisatae, non habentur in aliqua consideratione, & num.  
II.
- 12 Sententia absolutoria ex hac tenus deductis resistit absoluto in concursu ad Parochiale beneficium.
- 13 Jus quiescere, quod ex Gratia Apostolica Resignationis in Resignario resultat, ad effectum obtinendi subrogationem superabundat.
- 14 Absolutio ex hac tenus deductis per rem judicatam canonizata eliminat quamlibet criminis presumptiōnem.
- 15 Coram Judice Civili semper proceditur cum presumptione Juris criminis cuiuslibet exclusiva.
- 16 Ad obtinendam subrogationem exquiritur, ut lis sit super titulo Beneficii, n. 18, 19, & 20.
- 17 Secus esset si in causa ageretur de praējudicio tertii, scilicet Patroni presentantis, vel Ordinarii conferentis.
- 21 Gratia resignationis in forma dignum, & cum clausula dummodo Resignans, &c. Non est conditionalis, quoad substantiam, & se refert ad titulum beneficii, & n. 22.
- 23 Mandatum Rotale de providendo ad Beneficium incertum facit gratiam conditionalem, quoad substantiam.
- 24 Gratia in forma dignum non justificata, neque justificabilis, est conditionalis quoad substantiam.

## DECISIO XIV.

**E**xpeditus Dominicus Revallesius ab oppositione sibi facta per Antonium Alpherium super controverso Archidiaconatu, nendum ex favorabili decisione sub die 27. Junii superioris anni coram Me edita, verum etiam per mortem ejusdem Antonii interim fecutam, curavit, ut sibi magis consuleret porrigitere in Dataria suppli-

cationem pro consueta reportanda subrogatione gratioſa, attento obitu Collitigantis; sed novum inventit Oppositorum, videlicet Franciscum Alpherium Nepotem Antonii, qui prætentitionem excitavit obtinendi secundam gratiam pectoriam, olim à defuncto reportatam sub impacto crimine simoniae Dominici; Cumque Eminentiss. Prodatarius in hac nova quæſione opportunum crediderit Sac. Auditorii Votum exquirere, ego tamquam in locum Reverendiss. D. mei Decani sufficiens, consului DD. meos: An, & quæ supplicatio sit relaxanda, & responsum accepi, Supplicationem Dominici esse relaxandam.

Defuncto namque Antonio, cum quo Dominicus diuturnam litem super controverso Archidiaconatu sustinerat, DD. assistere visa fuit eidem Dominico superstite pro reportanda gratioſa subrogatione clara, aperta dispositio regul. 29. Cancell. de subrogand. Collitiganti qua cavetur, quod superstite Collitiganti indulgeri debeat gratioſa subrogatio ex gemina illa æquitativa ratione, ut scilicet litium anfractus, quantum fieri potest, succidantur, & ne Collitiganti novus detur Collitigans, Rot. dec. 1656. numer. 4. par. 19. & in Gerunden. Beneficii 12. Junii 1702. §. Proposito, coram Reverendissimo D. meo Decano, ex qua gemina ratione veritum esse cuiuslibet Tertio ad sensum ejusdem regulæ illas imprestationes interim obtinere in præjudicium superstitis, ne alias mens, & ratio Regulæ per indirectum destruantur, dixerunt Letter. de re benef. lib. 2. qu. 20. n. 56. Mandatos ad eandem Reg. qu. 2. n. 1. Ventrigli. in prax. par. 2. annor. 10. num. 34. Rot. dec. 607. num. 2. par. 5.

Neque obſtare viſum fuit repertita illa exceptio, quod defunctus cum haberet imprestationem innixam supposito criminis simoniae, incongruum videatur superstitem induere dicta jura simoniae per peritam subrogationem; Nam subrogatio gratioſa in viam d. regul. 29. non operatur, quod 3 superstites induere debeat jura defuncti, sed ad tollendam vexationem no-

vi Colligantibus præferrit dumtaxat remotionem obstaculi, ne quis tamen importat novi juris acquisitionem, Rota in Sovrana Jurispatronatus 22. Januarii 1712. §. Erelcit coram R. P. D. meo Falconerio, alias enim cum Colligantes soveant semper, & deducant jura inter se contraria, ferè nunquam daretur gloria subrogatio, si illam obtinens induere tenetur contraria, & opposita jura defuncti, & nihilominus videmus, quod passim conceditur etiam ubi est casus habentis jura contraria, puta inter Provisum tamquam de libero cum proviso in vim jurispatratus, signum evidens, quod subrogatus non dicitur vestire le Juribus contraria, sed dumtaxat obstaculum remove-

re ad impediendam litis continuacionem, ac novam vexationem *Mantie*. de tacit. lib. 3. tit. 12. n. 1. *Rosa de exēcut. lit. Apostol. p. I. c. 17. nu. 1. Rot. cor. Burat. dec. 927. n. 1.*

Minus oblitus, quod Dominico eadem subrogatio concedenda non esset, uti de supposito crimen simonia diffamato, ponderabant enim DD. quod res non erat omnino in fieri, vel in terminis duorum prælectorum in concursu ad Parochialem, sed cum Dominico, qui jam controversum Archidiaconatum obtinuerat vigore resignationis à S. Sede, & cui propterea tamquam in necessariam consequentiam primæ gratiæ, & litis desuper actæ cum Antonio primo imperatore debita erat subrogatio; Et cum novo imperatore, qui in figura resurgentis Colliganti instabat, novam gratiam ex integro sibi concedi, in quibus terminis ad inducendam diffamationem non sufficeret sola Inquisitio, vel Processus, sed requireretur sententia Judicis rite, & recte lata super prætenso delicto simonia, Rot. in Senogallien. *Canonici-*  
*tus de Luccis 23. Januar. 1710. §. Et*  
*quibus, coram R. P. D. meo Aldrovando.*

Sola namque inquisitio ad hunc odiosum effectum apta non est ad inducendam diffamationem, cum fieri potuerit per calumniam *l. at latas, §. Calumnia-*  
*tur, ff. de his, qui notantur infamia, &*  
*plenè dixit Rot. in Rossanen. Parochialis*

16. Januarii 1711. §. finali coram R. P. D. meo Crispo.

Tantum autem abest, quod Dominico opponi potuerit sententia judicis, quin prius non obstante fabricatione duplicitis Processus in Curia Episcopali Bovinen. & coram Eminentissimo Archiepiscopo Beneventano ab A. C. in Criminalibus subdelegato, fuerit contradicente Fisco, ac Antonio primo imperatore ab impacto criminis simoniae abolutus per sententiam, quæ cum transiit fecerit in autoritatem rei judicæ, quamcumque maculam diffamationis substulit, & abstulit, Rot. decis. 552. n. 25 par. 19. & in Tridentina Parochialis 11. Maii 1711. §. finali coram R. P. D. meo Ansaldo, & dictum fuit in prima decisione in hac causa edita sub die 27. Junii superioris anni §. Talis autem, coram Me.

Neque propterea DD. aures præbere voluerunt Testibus, ac probationibus in dictis Processibus Criminalibus cumulatis, & in præsenti repetitis, quæ objectabantur moribus Dominicis. Præter quam quod enim d. probations conquassantur, tum ex Cura Animarum in Civitate Bovinensi per Dominicum exercita, tum attestacione Ordinarii, ac Testimoniali Eminentiss. Archiepiscopi Beneventani, in qua illum vocat Scientia, ac morum honestate prædictum, tum ex approbatione Examinatorum Synodalium Urbis; Ulterius ponderabant DD. quod cum exdem probations fuerint per sententiam absolutioriam in autoritatem rei judicæ transactam rejectæ in judicio, non poterant in præsenti adduci, vel in aliqua consideratione haberri, Rot. decis. 416. n. 6. coram Priolo, decis. 370. num. 10. coram Bichio, & decis. 15. num. 7. cor. Buratt.

Ac propterea neque obstat, quod sententia absolutoria non prodierit ex capite innocentia, sed ex haec tenus ductis, quia quidquid esset, ubi ageretur inter duos præelectos in concursu ad Parochialem, cum in præsenti Dominicus habeat Jus questum ex præcedenti gratia Apostolica Resignationis ad effectum obtinendi subrogatio-

nem,

- nem, ne ipse inhabilitetur ad illam as-  
sequendam, & ad obtainendum Bene-  
ficium, sententia absolutoria ex hac-  
tenus deducetis superabundat, ut firma-  
vit Rot. in præcedenti decis. 27. Junii  
1712. §. Nullatenus, coram Me; Ab-  
solutio enim etiam ex hac tenus dedu-  
cetis per rem judicatam canonizata pro-  
cul arcet quamlibet criminis proba-  
tionem, vel præsumptionem, quam  
si in Dominico invenire non valuit.  
Fiscus criminum magis proprius Inve-  
stigator, & Vindex, eo minus alle-  
gabilis est coram Judge Civili, co-  
ram quo proceditur, cum præsum-  
ptione juris cuiuscumque criminis ex-  
clusiva, l. cum Pater, §. Rogo, ff. de le-  
gibus, Rot. dec. 32. num. 1. cor. Emer.  
jun.
- 16 Denique obesse non valuit subalter-  
na objectio super qua acrius insiste-  
tur, quod lis cum defuncto Impetra-  
tore non esset super titulo Beneficii,  
prout dicebatur requiri ad obtainendam  
subrogationem, procederet enim ob-  
jectum, quoties ageretur de præjudi-  
cio Terti, videlicet, vel Patroni ha-  
bentis jus præsentandi, vel Ordinarii  
habentis jus conferendi, vel alterius  
regressus ad beneficium, aut quid simile,  
secùs autem ubi in casu nostro  
non agitur de ullo præjudicio Terti,  
tunc enim concedenda est subrogatio  
etiam si lis non esset super titulo Be-  
neficii, tum quia nemini sit injuria  
Card. de Luc. de Benefic. disc. 52. num.  
16. & magistraliter Rot. dec. 18. num.  
7. & 8. coram R. P. D. meo Ansaldo, &  
decis. 217. numer. 6. part. 16. recentior.  
rum etiam, quia sive lis sit super ti-  
tulo, sive non, semper urget gemina  
ratio regula de subrogandis, ut scili-  
cer lites tollantur, & Collitiganti no-  
vus non detur Collitigans, Rebuff. in  
regul. de subrogando gloss. 1. Ventrigl. in  
prax. par. 2. annot. 10. num. 2. & 31. &  
Rot. d. decis. 18. num. 7. coram R. P. D.  
meo Ansaldo.
- Ponderantibus etiam aliquibus Do-  
ctor. quod quidquid esset ex parte im-  
petratoris, ex parte tamen Domini-  
ci lis dicenda esset super titulo, quod  
sufficit ad effectum subrogationis,
- Card. de Luca de Benef. disc. 10. numer.  
16. Rot. dec. 107. num. 4. cor. Celso, &  
dec. 187. num. 13. coram Bichio, quam-  
vis enim Dominicus haberet gratiam  
Resignationis in forma dignum, &  
cum clausula dummodò Resignans ha-  
beret unde vivere posset, tamen illam  
justificaverat, vel saltem justificabi-  
lem reddiderat ante obitum Antonii  
Collitigantis, ex probationibus rela-  
tis in decisione sub die 27. Junii superio-  
ris anni, coram Me, in omnibus de mo-  
re supponenda; In quibus terminis lis  
feriebat titulum, & jus Dominicus  
quaesitum, quia gratia non erat condi-  
tionalis, quoad substantiam, sed quo-  
ad executionem dumtaxat suspensam  
usque ad declarationem faciendam ab  
Executori, quæ suspensio non reddit  
gratiā conditionalē, nec impedit  
acquisitionem juris usque ab initio,  
Rot. de execut. liter. par. I. cap. 15. num.  
128. & plenè discussio articulo firmavit  
Rot. in Melevitana Beneficij 19. Janua-  
rii 1702. §. Caterum cum seqq. coram  
R. P. D. meo Ansaldo confirmata 18.  
Junii 1703. §. Nam huic. cor. Eminentiss.  
Priolo.
- Contrariis procedentibus, vel in 13  
mandatis de providendo ad Beneficium  
incertum, Rot. dec. 187. num. 20. cor.  
Bichio, vel de mandatis de providen-  
do in forma Juris, vel demum in casu  
quo litteræ etiam in forma dignum ne-  
que sunt justificare, vel justificabiles,  
ut erat casus decis. 1363. coram Emet-  
rix, ut ex decis. 1211. & 1363. num. 8.  
coram eodem, prout ita contrarias au-  
thoritates conciliat Rot. dec. 236. n. 3.  
part. 12. recent.
- Et ita utraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. MOLINES.

Callien. Castrorum.

Veneris 21. Junii 1701.

## ARGUMENTUM.

In emphyteusis renovatione expitatae per mortem filii, matrem praeserri debeare Parentibus, & Agnatis ejusdem, ac instantiam filio secundi thorii transmittere, semperque proximiorem ultimō investito considerandum esse, magistraliter deciditur.

## SUMMARIUM.

- 1 Quando in Emphyteusis renovatione non adest dominus directus, qui uni, vel alteri ex colligantibus ipsam concedat, proximior est considerandus, attenta etiam necessitate coactiva pramanante ex Bulla Urbani Octavi publicata pro incolis status Urbini, & quoties Ecclesia non vult, aut non potest pro se bona retinere, nu. 2. &c. 3.
- 4 Mater transmittit filio instantiam petendi renovationem Emphyteusis.
- 5 Mater; immo etiam frater uterius ultimi investiti in renovatione emphyteusis per mortem filii expirata, preferetur Agnatis, & Cognatis, &c n. 6.
- 7 Decisiones Rota Romanae habent vim legis.
- 8 Emphyteusis stipulata pro se, & filiis masculis, nulla facta mentione heredum, dicitur ex pacto, & providentia.
- 9 In emphyteusi de pacto, & providentia successio defertur jure sanguinis independenter a qualitate hereditaria.
- 10 Proximior ultimo defuncto investito preferendus est in renovatione emphyteusis ex pacto, & providentia.

'Monacelli, Formul. Suppl.

- 11 Emphyteusis renovatio non sit ex dispositione hominis, sed est introducta ex legis aequitate.
- 12 Proximior, sive Agnatus, sive Cognatus, sublata sexus differentia, succedit ultimo defuncto.
- 13 Cardinalis de Luca rationes refuruntur, & explicantur, &c n.
- 14.
- 15 Mater dici nequit persona prorsus extranea.
- 16 Qualitas hereditaria, cum sit quid hereditarium, per se sola tribuit jus petendi renovationem emphyteusis.
- 17 Proximitas suffragatur pro obtainenda renovatione ex pacto, & providentia.
- 18 Conclusio firmata per Rotam in dec. 74. part. 6. recent. in casu, de quo agitur, non involvit repugnantiam.
- 19 Facta ponenda in instrumento renovationis emphyteusis, debent esse conformia antiquis investituris.
- 20 Jus petendi renovationem debet omnino regulari, ex ea qualitate propter quam ultimus investitus succedit.
- 21 Proximitatis, & sanguinis qualitas in renovatione emphyteusis debet esse ex genere primi, & ultimi investiti, quamvis proximitas ultimi defuncti magis attendatur n. 22.
- 23 Facta translatione emphyteusis in alios, non amplius attenditur stipes primorum acquirentium, sed in casu renovationis debetur proximioribus ejus, in quem fuit facta translatio.
- 24 Facta mutatione generis Personarum in investitura per viam renovationis, renovatio noviter facienda, non potest recipere interpretationem ab antiquis investituris.

Q DE-

## DECISIO XV.

**R**enovationem Investituræ super controversia Calbris de directo dominio Capituli Cathedralis Ecclesie Gallien. quam Rota coram Me. sub die 5. Maii anni tracteriti censuit competere fratribus de Brancaleonibus tantum informantibus, & non sine aliqua dubitate, ut ex decisione desuper prodita: Hodie DD. in illius remissione cum legitimo Contradicto habita re melius, ac maturè denegandam esse authuram runt cum rescripto recedendum à decisio-

- 1 Cum enim in Causa non adsit Dominus directus, qui forrasse promptus est uni, vel alteri ex colligantibus renovationem concedere, attenta necessitate coactiva, promanante tam ex Bulla
- 2 Urbani VIII. publicata in hac materia pro Incolis Status Urbini in quo bona sita reperiuntur, ex firmatis in celebri Causa Nullius, seu Senogall. Emphyteusis 13. Martii 1697. §. 24. coram R. P. D. meo Muto, quam ex æquitate legis, quoties Ecclesia non vult, aut non potest pro se retinere, juxta originariam,
- 3 Bartholi theoricam de promprans ex l. 1. §. Permittitur vers. plana, ibique Glos. ff. de aqu. quot. & astiv. communiter receptam, ut in hac eadem Causa firmavit Rot. decis. 46. n. 10. & 143. n. 4 par. 10. recent.
- 4 Quatenus attinet ad rem nostram, est certum, quod comparente hodie adversus dd. fratres de Brancaleonibus Petro Oratio de Lutiis filio secundi Thorii quondam Silvia Matris Philomenæ ultimæ investituræ DD. non hæsitatur in eademi renovatione, ut supra per necesse facienda, debere præferti præsumum Petrum Oratum, exclusis Brancaleonibus prætensis Agnatis; nedum ex instantia sibi transmissa à Matre, cui
- 5 in concursu debetur talis renovatio, per ea, quæ in terminis terminantibus, & pluribus distinctis casibus con- fuluit Aldobrandin. cons. 21. numero 18. lib. 2. Roman. cons. 22. versus finem, & latè examinato articulo firmavit pluries Rot. decis. 250. à nu. 3. ad 8. & decil. 476. num. 4. par. 14. & dec. 66.

par. 15. & decis. 271. part. 18. recent. verum etiam ex propria persona, cunctis fratribus uterinus Philomenæ ultimæ investituræ ad tradita per Bero cons. 105. num. 5. lib. 1. relatum ad Urceol. cons. forens. cap. 62. num. 22, que sane doctrinæ, & præsertim illæ nostri Tribunalis, veluti examinantes formiter hunc præcium articulum favore Matris, sunt procul. omni dubio attendendæ, cum præfererunt rerum judicatarum autoritatem, & dicantur vim legis obtainere, l. si de interpretatione, & l. seqq. ff. de leg. Aldobrandin. dict. cons. 21. numer. 33. lib. 2. & in Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Neutrura coram Me.

Verum quia ad evitandum illarum robur scribentes pro Brancaleonibus prætendebant loqui in diversis terminis, nec posse applicari nostræ hypothesi, & ulterius Card. de Luc. & Episcopus Rocca adhuc contra præfatas doctrinas mussitant in eorum voluminibus typis mandatis, prius in tract. de Emphyteus. discept. 3. & secundus in select. disp. c. 63.

Hinc DD. ne viderentur cum solis authoritatibus procedere, reassumpserunt in quantum subjecta materia patitur Juris theoricas, ex quarum applicatione clarior visa est prælatio concessa dicto Petro Oratio pro obtainenda renovatione investituræ de qua agitur. Siquidem licet non possit negari, quin juxta legem antiquarum concessionum versemur in Emphyteusi ex pacto, & providentia, utpote stipulata pro se, & filiis masculis nulla facta mentione hæredum, ut docent Bartol. in l. ut jurisjurandi, §. Si liberiff. de oper. liber. Socin. Jun. cons. 42. numer. 3. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 42. numer. 11. Clar. §. Emphyteus. qu. 16. Giurb. de success. feud. pralud. 4. num. 12. Rot. cor. Cocc. dec. 32. n. 11. cōr. Mer. dec. 532. n. 1. & dec. 74. n. 1. par. 6. rec. in qua successio defertur Jure sanguinis, & independenter ab omni qualitate hæreditaria, Ripa in l. 1. n. 8. vers. tu tempora. ff. de privil. cred. Dec. cons. 87. n. 4. Alex. cons. 8. n. 1. lib. 1. Vel. disserr. 16. n. 9. & 10. Rot. dec. 704. n. 4. p. 4. tom. 3. rec.

Acta-

Attamen ex communiori DD. opinione explorati Jutis est, quod ob obtinendam renovationem etiam in Emphyteusi ex pacto, & providentia est referendus proximior ultimo defuncto in quo Emphyteusis terminata reperiatur; ut sequendo doctrinam Bartol. in d.l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quotid. & astiv. notant. Abb. in cap. Bona il 2. num. 28. de postulat. pratar. Roland. conf. 103. num. 20. lib. 1. Ruin. consil. 47. numer. 6. lib. 3. Cephal. conf. 313. num. 25. libr. 3. Gratian. discept. forens. cap. 477. numer. 17. & cap. 813. num. 35. Ciroch. discept. 58. n. 2. & 5. Urceol. consultat. forens. cap. 98. num. 18. Marescot. var. resolut. cap. 3. lib. 1. Gabr. de jur. Emphyt. conclus. I. numer. 27. Cald. de renovat. Emphyt. lib. 1. qu. 9. num. 19. Fulgin. eod. tract. tit. de renovat. qu. 1. sub num. 5. Gamma dec. Lusitan. 7. num. 1. & 2. Posth. dec. 63. numer. 18. late Censal. dec. Lucens. 90. num. 4. quam opinionem utri veram pluries amplexa est Rot. in dec. 10. coram Mantic. & dec. 8. numer. 1. part. 2. divers. cum aliis allegatis in decis. 66. numer. 1. part. 15. recent.

Unde cum qualitas proximitatis ad hunc effectum requisita verificetur in dicto Petro Oratio: Recte eidem decreta est hodie prælatio pro obtinenda dicta renovatione emphyteusis super controversia Castris, signanter quia præfata Doctorum communis sententia hac solida corroboratur ratione: videlicet quod cum talis renovatio non soleat fieri ex dispositione Hominis, sed introducta fuit ex dicta æquitate legis; utique Judex se conformare debet cum regulis Juris communis, & juxta naturam successionis ab intestato, ad quam sublata sexus differentia vocantur tam Agnati, quam Cognati, sive sint Ascendentes, & Descendentes, sive Collaterales dummodo sint magis propinquai ultimo decedenti, per ea, quæ in hac materia reassumit Bartol. in l. prima in principio ff. de privil. Credit. Ruin. conf. 12. num. 20. & conf. 151. numer. 18. lib. 1. Doc. conf. 131. num. 3. Paris. conf. 101. lib. 1. Urceol. consult. forens. d. cap. 94. num. 23. Cald. de renovat. emphyteus.

d. qu. 9. numer. 24. lib. 2. Fulgin. eodem tract. quest. 1. num. 5. & 6. ubi probat contrarios, & huic rationi adhæsit etiam Rota respondens favore Matri ut proximioris in decisionibus supra in punto allegatis, & præcipue aliis congregatis in decis. 66. a. num. 5. ad 8. part. 15. rec.

Quinimò hac ipsa retentia ratione evitatur, seu conciliatur illa antynomia, quam Card. de Luc. in d. disc. 3. de emphyt. exaggerat adesse inter plures Conclusiones, quæ sparsim reperiuntur firmatae in nostris voluminibus Decisionum Recentiorum, secundum præcipias singulorum casuum circumstan-  
tias; scilicet, quod in Emphyteusi ex pacto, & providentia totum faciat Jus sanguinis, & in illa hæreditaria nemo possit petere renovationem, nisi habeat qualitatem hæritarianam Defuncti, ea sub ratione comprehendente utramque Emphyteusim, quod jus petendi renovationem regulatur ab ea qualitate, quæ præstare valeat succedendi potestatem, per quam Defunctus successit, & illam fuit consequitus, ut videre est in dec. 704. a. num. 3. par. 4. tom. 3. recent. Vel quod renovatio dicatur prorogatio, quæ regulari debet ad normam, & exemplum prime Investiture, quæ si admittit solum Agnatos, hæc secunda ab eis quoque sit inchoanda, ut in decis. 74. a. n. 2. ad 5. p. 16. rec.

Siquidem cum Mater nequasat dici persona prorsus extranea ad Text. in l. si parenibus, ff. de inofficiis. Testamen. Aldobrandin. d. conf. 21. num. 20. lib. 2. consequens fit, quod vel ipsa relicta fuit hæres, & tunc potitur qualitate hæritaria, quæ de per se sola juxta aliquorum sententiam tribuit Jus petendi renovationem, cum sic quid hæritarium ex firmatis per Rot. coram Cels. decis. 192. num. 7. vel non est hæres, & tamquam proximior habet jure sanguinis potentiam succedendi ab intestato, quæ illi suffragatur pro obtinenda renovatione in emphyteusi ex pacto, & providentia, ut optimè distinguendo obseruat Urceol. d. cap. 94. sub num. 33. in fine, & firmat Rot. dec. 66. n. 13. p. 15. rec.

Q. 2 Rux-

- Rursus nullam in proposito involvit ximitatis defuncti; Ita etiam ex eadem  
repugnantiam altera conclusio pariter proximitate, quia illi conjunctus est  
firmata in nostro Tribunali, quod re- Petrus Oratius de Lutiis, eisdem, &  
novatio veluti quædam prorogatio re- non Brancaleonibus tali vinculo omni-  
gulanda sit ad exemplum primæ Inve- nō parentibus debetur hodie consimilis  
tituræ ex dicta decis. 74. part. 6. recent. renovatio, ad tradita per Aldobrand.  
Nam cùm inibi ageretur de emphyteusi d. conf. 21. n. 23. lib. 2.  
ex pacto, & providentia, in qua con- Absque eo, quod in casu nostro ali-  
currebant Proxiiores Agnati cum quam faciat difficultatem id, quod tra-  
Extraneo allegante solam qualitatem dit Card. de Luc. de Emphyt. dict. disc.  
hæreditariam, mirum non est, quod 3. quod qualitas proximitatis, & fan- 21  
jura Agnatis suffragantia corroboran- guinis debeat esse de genere, & proge-  
rentur absque ulteriori inspectione super nimirum primi  
prærogativa Cognatorum proximi- Acquirentis, & ultimi Investiti. Quan-  
orum, qui concentrunt in nostra doquidem ultra, quod semper Rota am-  
thesi, per ea, quæ ad rem ponderavit plexa est uti veriorem illam sententiam,  
Rot. dict. decis. 66. numer. 25. part. 15. quæ indistinctè favet proximioribus ul-  
recent. 22  
Cum de cætero talis conclusio proce- timi defuncti, ut relata utraque opinio-  
dat, quoad pæcta ponenda in Investi- ne in decis. 135. numero 22. part. 12.  
tura renovanda, quæ debent esse con- recent. ubi optimam reddit rationem.  
formia antiquis Investituris; secus autem Est certum, quod cum controveria Ca-  
est quoad personas, quibus fieri debet stra semper fuerint in linea Bellabran-  
renovatio juxta proximitatem: His enim chæ, à qua fratres de Brancaleonibus  
competit renovatio, licet ex propria confessione non discedunt.  
non sint ejusdem qualitatis, cuius erant Utique ex hujusmodi continuata per-  
comprehensi in priori Investitura, ut manentia duo elicuntur; Unum quod  
relatis concordantibus explicat Mares- valde verisimile est intercessisse usque  
cott. var. resol. cap. 3. num. 6. libr. 1. ab initio inter primos acquirentes aliquam divisionem, qua stante quidquid  
Gratian. conf. 30. num. 4. Et in hoc sensu sit, an verè d. fratres de Brancaleonibus  
dicendum est, Rotam aliâs concessisse moderni Actores probent per gra-  
Philomenæ ultimæ defunctæ prælatio- dus distinctos descendantiam ab altera  
nem renovationis in lite agitata super linea Montis Feltrani, semper in con-  
controversis Castris adversus Marti- creto casus nostri censentur destituti-  
nottios, dum in ea non consideravit, quæilitate proximitatis, etiam habito re-  
nisi qualitatem proximitatis ultimi defuncti, quantumvis esset fœmina, ei- spectu ad primos acquirentes, quia se-  
demque adversaretur lex primæ Investitura conceptæ pro solis filiis, & ne mel facta omnimoda translatione En-  
potib[us] masculis, ut videre est decis. phyteusis in alios, non attenditur ani-  
46. & decis. 143. per totas, part. 10. re- plius sipes primorum Acquirentium:  
cent. sed eveniente casu renovationis, illa debetur Proxiioribus ejus, in qua  
facta fuit translatio, ut in puncto pon- 23  
derat Pacion. de locat. cap. 62. num. 76.  
Rota decis. 230. à num. 13. par. 11. & me-  
lius decis. 145. à num. 36. p. 12. recent. ubi  
concordantes.  
Certius quia cum in investitura per  
viam renovationis facta favore dictæ Philomenæ ultimo loco defunctæ, &  
descendentis ex dicta linea Bellabran-  
chæ, mutatum fuerit genus personarum  
de masculino in fœmininum; utique re-  
novatio noviter facienda nullam potest  
reci-

recipere interpretationem ab antiquis investituris de anno 1237. & 1263. stipulatis pro filiis, & nepotibus masculis, sed ut perperam prætendunt Brancaloni pro solis agnatis, ad notata per Bero, conf. 71. num. 44. lib. 1. Rodulphus allegat. Jur. 117. sub num. 20. Rot. cor. Dunozett. jun. dec. 125. n. 5. & disc. 121. n. 11. par. 7. recen.

Et ita utraque, &c.

### R.P.D. ALDROVANDO.

Trojana Delationis Crucis super bono Jure.

Luna 10. Decembris 1708.

### ARGUMENTUM.

Præsens Decisio, quæ aliarum duarum coram R. P. D. Lancetta editarum est confirmatoria, primitus egregie firmat posse Regulares in vim immemorabilis consuetudinis elevare, ac deferre propriam Crucem in funeribus, quæ in eorum, vel exteris Ecclesiis celebrantur, non obstante quod in Cadaveris Associatione Crux Capituli Cathedralis, vel Collegiatæ interveniat; ubi de germano sensu nonnullorum decretorum Sacra Congregatio Rituum in hujusmodi causa recensorum, & secundò ab alto expendit intelligentiam celebris Gloss. in cap. 1. verb. memoria, de præscript. in 6. ubi de primi, & secundi auditus probatione ad immemorabilem dilucide firmandam requisita.

### S U M M A R I U M.

- 1 Regulares ex vi immemorabilis in Processionibus propriam erigere possunt Crucem, etiam si interveniat illa Parochi, vel Capituli.
- 2 Referuntur plura decreta Sac. Congreg. Rituum prohibentia delationem Crucis, quando Cadaver defertur ad aliam Ecclesiam, vel Monacelli, Formul. Suppl.

- intervenit Capitulum Cathedralis, vel Collegiate.
- 3 Intellectus scriptorum decretorum.
  - 4 Verbum prædicta, importat relationem ad superiorius recensita.
  - 5 Relatio est facienda ad magis proxima.
  - 6 Verbum prædicta, non importat relationem ad omnia superiorius recensita, quando inter illa diversa inest ratio, &c. n. 5.
  - 7 Derogatio unius non importat derogationem alterius, quando illa sunt inter se diversa.
  - 8 Delatio Crucis est signum Jurisdictionis.
  - 9 Jurisdictionis à Regularibus exerceri non potest extra ambitum propriæ Ecclesiae in aliena Parochia.
  - 10 Et talis delatio Crucis redolat abusum, & avaritiam Regularium, exigentium quinque carolenos prodidio, intellige tamen, ut n. 14.
  - 11 Delatio Crucis non est signum Jurisdictionis, sed devotionis, sub quo defunctus vivens militavit.
  - 12 Referuntur diversa privilegia, ac Bullæ Apostolica circa hujusmodi Crucis delationem.
  - 13 Summi Pontifices non permittunt abusus.
  - 14 Exactio pecunia non sapit avaritiam, cum non fiat ratione materialis delationis Crucis, sed compensandi gratia incommodum, maxime cum illud emolumendum debeat sive Crux deferatur, sive non, &c. n. 15.
  - 16 Actus, qui dupliciter intelligi potest, potius modo licito, quam illicito gestus, intelligendus est.
  - 17 Intellectus resolutionis Sac. Congregationis Concilii editæ de anno 1628.
  - 18 Extensio non potest fieri à casu ad casum, quando isti sunt diversi.
  - 19 Referuntur plura requisita ad constitutandam probationem immemorabilem juxta celebrem Gloss. in cap. 1. verb. mem. de præscript. in 6.

Q 3 in 6.

- in 6. quæ tamquam lex est amplectenda, ut n. 20.
- 21 Referuntur DD. tenentes, non esse necessarium in hac materia, quod testes deponant de secundo auditu, & n. 22.
- 23 Doctor intelligendus est juxta sensum Doctoris per eum allegati, maxime quando sequeretur aliquid absurdum, & n. 24.
- 25 Immemorabilis supponit tempus longissimum, ac saltet 100. annorum, & n. 26.
- 27 Referuntur impossibilitas probationis immemorabilis, si admitteretur non requiri testes deponentes de secundo auditu.
- 28 Referuntur DD. tenentes ad probandam immemorabilem requiri Testes deponentes de secundo auditu.
- 29 Dictum Testium regulatur à ratione, quam reddunt.
- 30 Dictum Testis est attendendum, quoties iste aliquam utilitatem non sperat.
- 31 Testis debet deponere per integrum tempus quadragenariae.
- 32 Defectus unius anni non est attendendus, quoties absentia potuit esse interpolata.
- 33 Extremis positis, media presumuntur uniformia.
- 34 Singuli Testes de supradictis requisitis deponere debent, neque conjunguntur, si alter de uno, alter de alio deponat, intellige, ut n. 35.
- 35 Unicus actus in contrarium, seu quilibet rumor sufficit ad interrumptam immemorabilem. Intellige tamen quod si rumeres non sufficiant, quibz nullum habuerint effectum, illisque non obstantibus possessio semper conservata extitit, n. 37. & 38.
- 39 Verba consequentia ad quod tempus debeant relationem importare.
- 40 Correctio instantanea non presumitur, sed omni possibili interpretatione venit evitanda, & numer. 41.
- 42 Cessante altero ex correspondivis, aliud quoque cessare debet.
- 43 Maximum argumentum est, quod duo non sint correspondiva, quando uno sublato, aliud fuit permisum.

## DECISIO XVI.

**N**on acquiescens Capitulum Collegiatæ S. Mariæ Civitatis Foggia Sententiaz Rotali, duabus præviis Decisionibus 21. Martii, & 25. Junii labentis anni prolatæ à R. P. D. meo Lancterra, qua in confirmationem alterius A. C. Cerri pronunciatum fuit vigore immemorabilis consuetudinis constare de bono iure PP. Sancti Augustini, aliorumque Regularium ejusdem Civitatis deferendi, & elevandi propriam Crucem funeribus, etiamsi in associatione Cadaveris interveniat Crux ipsius Capituli; idcirco in hac tertia Instantia commissa mihi appellationis causa, ejus defensionem majori præassumpit conatu, qui tamen cum prævalere non posset solidioribus fundamentis dictarum resolutionum, viribus decidit, respondentibus hodie Dominis consueto Dubio: Sententiam Rotalem esse confirmam.

Bonum namque jus Regularium, & consequitiva iustitia judicati Rotalis resultat ex consuetudine immemorabili, quæ eisdem, ut infra, assistit, quæstante, receptum est, posse Regulares erigere in Processionibus propriam Crucem, tametsi interveniat illa Parochorum, vel Capituli, ut probant Lavor. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. sub numer. 67. Donat. rerum Regular. tom. 4. tract. 10. quæst. 14. numer. 2. & tract. 13. quæst. 81. num. 6. Lezan. in Summ. verb. Sepultura, sub num. 18. & in Mari Magno Prædicatorum, tom. 3. sub num. 74. versic. Quia tamen, & in Oveten. Funeralium 7. April. 1704. §. Ita è contra, coram Reverendissimo P. D. Molines Decano, confirmata die 16. Januarii 1705. coram Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen. cum aliis in prima decisione R. P. D. Lancterra, §. Quamvis.

Neque bonum jus deturbari posse vi- sum fuit ex nonnullis Decretis Sacrae Congregation. Rituum editis in Fossan.

21. Julii 1645. in Aretina anno 1664. de quibus Monacell. in Formular. for. Eccles. tom. I. tit. 5. form. 7. in adnotat. num. 28. & 39. Pignatell. consult. 73. num. 87. tom. 8. & in Aesina 31. Julii 1665. ac demum in Sulmonen. 21. Novembris 1687. in quibus decernitur in associandis Cadaveribus omnes sub unica Cruce incedere debere, itaut Regulares non possint propriam Crucem deferre, quando Cadaver desertur ad aliam Ecclesiam, aut intervenit Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ: Cum enim recensita Decreta irritent tantummodo simplicem consuetudinem contraria, nulla habita expressa mentione de immemorabili, ista proinde censemur præservata, dum numquam præsumi potest illi derogatum, nisi derogatio sit specialissima, & individualis, ut præter adductos in dicta prima Decisione Causæ, §. Quibus bene firmatur, coram Coccino, decis. 864. numer. 4. & 5. Emerix Junior, decis. 498. num. 4. & in Mantuana bonorum 7. Maii proxime grateriti, §. 18. ubi Concordia. coram Me.

Quæ specialis derogatio resultare nequit, ex quo signanter in dicta Fossan. dictum fuerit: *prædicta consuetudine non obstante: & in altera Sulmon. Consuetudine pariter contraria non obstante*, quasi quod verbunt: *prædicta appositum in Fossan. importet relationem ad consuetudinem immemorabilera*, de qua superius facta fuerat specialis mentione: Quia duo erant dubia insimul proposita, & per Sac. Congregationem resoluta in quorum primo quererebatur, *An liceret Regularibus expectare defunctum per vias, vel adire ejus domum?* & quia consuetudo in hoc redolebat abusum, corruptelam, & indecentiam, Sacra Congregatio respondit *Negative*, irritavitque etiam consuetudinem immemorabilem, quo verò ad secundum Dubium ubi agebatur de solito deferendi Cruces per Regulares, quia talis delatio aliquem non sapit abusum, sive corruptelam, eadem Sacra Congregatio decrevit quidem, ut omnes sub unica Cruce incedere debeant, in clausula tamen derogatoria soliti, seu consuetudi-

nis, nulla habita mentione immemorabilis, simpliciter loquuta est per verba mox recensita, unde fit patens, quod illa dictio: *prædicta*, referenda est ad simplicem consuetudinem, seu solitum expositum in hac secunda petitione, non autem ad immemorabilem antecedenter sublatam in ordine ad primum quæsitum, nendum ex regula, quod relatio non est facienda ad magis remota, sed ad proxima, de qua Rota decis. 535. numer. 10. & decis. 1051. numer. 7. coram Emerix Jun. & decis. 637. num. 8. & decis. 643. num. 6. part. 19. tom. 2. & cœbrius in aliis, verum etiam id suadente diversitate, ac disparitate rationis, ut supra intercedente inter utrumque Decretum, quæ operatur, ut relatio fieri non debeat ad omnia etiam remotiora superius expressa, ut per Textum in leg. Si idem, §. final. ff. de Jurisd. omn. Judic. tradunt Mantic. de Conjectur. libr. 10. tit. 6. numer. 21. versic. Et multo minus, & numer. 35. Peregrin. de Fideicomm. artic. 16. num. 107. Lel. Altegrad. lib. primo consult. 54. numer. 42. & 43. Seraphin. decis. 460. num. 4. & coram Buratto, decis. 21. num. 1.

Hujusmodique rationis disparitas, mirificè quoque consert ad ostendendum, quid adverbium, pariter, in d. Causa Sulmonen. adiectum fuerit ad effectum submovendi obstaculum simplicis dunitaxat consuetudinis, pariter aderat in contrarium, non verò ad effectum derogandi obstaculum immemorabilem, quod fuit expresse sublatum in antecedenti parte Decreti tantum quoad similem abusum expectandi turmatim per vias, & plateas, ut recte adverbit prima decisio R. P. D. mei Lancettæ, §. Decretum.

Minime obstante, quod delatio Crucis sit signum Jurisdictionis, & Præminentiae haud exercendæ à Regularibus extrà ambitum propriæ Ecclesiæ in aliena Parochia, ut tradit Abb. in cap. primo, sub nam. 7. ibique Butr. n. 6. ut litt. penden. Pignatell. consult. 73. n. 116. r. 6. Ventril. de Jurisdict. Archiepiscop. cap. 17. n. 8. & cap. 16. n. 6. Donat. in Praxi Regular. t. 1. tract. 13. quæst. 81. n. 3. quodque propterea talis delatio redoleat abusum,

Q. 4 sum,

sum, & avaritiam eorumdem Regulam, qui pro unaquaque Cruce exigunt quinque carolenos cum dimidio, ut constat ex depositione Testium.

Quidquid enim sit, an erectio Crucis sit verè signum Praeminentiæ, quod hinc præter necessitatem discutiendum, vel firmandum non est, & contrarium teneant, quod scilicet sit devotionis signum, sub quo defunctus vivens militavit, *Vitalin. in clementin. Archiepiscopum. 5. de Privileg. Passerin. de stat. homin. qu. 187. art. 4. sub num. 186. tom. 2. Pax. Jordan. variar. lucubrat. lib. 11. tit. 2. qu. 91. tom. 2. hoc unum est certum*, quod hujusmodi delatio dici non valeat abusus, vel consuetudo illicita, quod praeter ceteris una pro cunctis ratio convincit; Cum enim ius deferendī Cruces in Funeribus permisum repe-

riatur Regularibus etiam ex particula-ribus Privilegiis, & Bullis Apostolicis, ut Benedicti XI. *in extravag. inter cun-elas, §. Porro, de Privileg. Sixti IV. Leonis X. Pii V. Gregorii XIII. & aliorum Summorum Pontificum*, ut refert *Pignatell. tom. 8. dicta consult. 73. num. 35. & seqq. num. 77. & 97. Roderic. compend. qu. Regular. resol. 109. num. 7.* utique nefas est cogitare, quod tot Summi Pontifices permettere voluerint abusus, & id, quod esset illicitum, ac minus honestum, ut in puncto observat *Rota in Legionen. Parochialis 11. Januarii, §. Multoque minus, & 2. Julii 1706. §. Prout malè, cor. R. P. D. meo Kaunitz.* quam sequuta est *Rota in eisdem termi-nis in Mantuana bonorum 7. Maii proxime præteriti, §. vers. Cumque videamus, coram me.*

Præfata autem modica pecuniæ exactio referri non debet ad detestabilem titulum avaritiae, quia in substantia non sit ratione materialis delationis Crucis, sed compensandi gratia incommodum interventus eorumdem Regularium, ut respondit secunda decisio cause, §. Nec ad declinandum, & dicta Testium affirmantium: *Alli Regolari si dava per ciascuna Croce carlini cinque, e mezzo, & similia intelligenda non sunt relativè ad ipsam materialem delationem, quia sive Crux deferatur, sive non, dictum*

emolumentum in præmium laboris semper est persolvendum, sed relativè, ac demonstrativè ad corpus formale cuiusvis Religionis per Testes explicatum, & distinctum sub nomine Crucis, in quem sensu quatenus aliqua dubietas emerget, inclinandum venit, quia actus, qui dupliciter intelligi potest, potius modo licito, & permesso, quam illico gestus censetur, ut per *Text. in l. Quoties, ff. de rebus dubiis, dixit Rota in Romana Jurispatronatus 1. Julii proxime præteriti, §. Nec restrictionem, & in Aſten. prioratus super institutione 7. cur-rentis, §. fin. coram me.*

Resolutio verò Sac. Congregationis Concilii edita 1628. & confirmata à san. mem. Urbano VIII. de qua *Pignatell. tom. 8. consult. 73. num. 97. ubi expres-sè derogatur consuetudini immemora-bili, obstat posset Regularibus, qua-tenus isti Processionem peragere præ-sumerent extra eorum Ecclesiam sine Cruce, seu interventu Parochi, quod ipsi nullatenus prætendent, secùs au-tem quando, ut hinc agitur, de inter-veniendo funeribus cum eorum Cruce una insimul cum illa Parochi, vel Ca-pituli, de quo casu, ut potè diverso idem decretum non loquitur, unde ad eum fieri nequit extensio vulgata leg. 18 *Papinianus, ff. de minor. Rota decisi. 327. numer. 17. part. 19. & optimè de-clarat dicta secunda decisio R. P. D. Lan-cetta, §. finali.**

Sublato ex his obstatculo Decretorum Sacratum Congregationum, quæ no-strum Tribunal venerati solet, ut refert *Rodulphin. in praxi, par. I. cap. 7. num. 83. & Rota in Fanen. prætensa Asso-ciationis 17. Junii 1707. parag. Neque obstat, coram R. P. D. meo Scotto, & in Bononiensi Exemptionis 6. Junii proxime præteriti, parag. His tali, coram R. P. D. meo Falconero: Devenientibus Domini-nis ad examen immemorabilis, in qua stat totum cause momentum, & quam non esse probatam acerrimè substinebat Capitulum, non modica fuit inter eos concertatio, utrum in puncto Juris inter cætera requisita, quæ sunt indis-pensabiliter necessaria ad constitu-en-dani probationem immemorabilis juxta ce-*

celebrem *Gloss.* in cap. primo verbo memoria, de prescript. in 6. necesse quoque sit, quod Testes cæteroquin habentes legitimam ætatem 54. annorum, & deponentes de visu, & auditu proprio à coœvis per 40. annos, necnon de primo auditu à suis majoribus, seu senioribus, deponere ulterius debeant etiam de secundo auditu, hoc est, quod iudicem maiores ita observatum fuisse audierint à majoribus suis: & quamvis Sapientissimi Patres in eorum dissertis suffragiis materiam funditus examinaverint, in determinatione tamen questionis convenire non valuerunt.

Verum, quia materia est in foto quotidiana, & questione ardua, & non minus difficilis propter rationes, & autoritates, quæ utrumque assistunt, abs re non erit utriusque opinionis pandere fundamentum, prout erat etiam sensus unius ex Dominis, insinuante quoque altero, questionem hujusmodi videntibus omnibus dirimendam fore ad effectum, ut veteriori constabilitate sententia conciliata quoque, ac sublata remaneat anatomia, quæ in decisionibus Tribunalis adesse proponebatur.

Eorum igitur fundamentum, qui authumabant minimè necessarium esse, ut Testes deponant de secundo auditu, desumebatur, ex quo in hac materia, neque in corpore Juris Civilis, neque Canonici Legem aliquam particularem scriptam habemus, sed originaria traditio circa ea, quæ requiruntur in probatione immemorabilis facienda per Testes habetur à dicta *Glossa magna* in verbo memoria, quæ tamquam Lex à Doctoribus, & in Tribunalibus fuit communiter amplexa, & usu recepta; quamobrem cum in ea nulla fiat mentione de tali requisito secundi auditus, jure merito curandum non esse, si Testes de illo ab ipsa Lege non prescripto non deponant; hujusmodique rationi innixi hanc primam opinionem sequuti sunt gravissimi Authores, ut Covarruvias ad cap. possessio de regul. jur. in 6. par. 2. §. 3. num. 7. & 8. vers. In praxi tamen, tom. I. Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 100. num. 10. Card. de Luca de Benefic. dis. 32. num. 6. §. Licet, ubi quod ali-

quando ad superabundantiam, non autem ad necessitatem secundus iste auditus probetur, *Panimol. decis.* 10. anno-tat. 5. num. 23. Adden. ad *Ludovisi. decis.* 196. litt. A. adden. ad *Burat. decis.* 673. num. 9. & sèpiùs etiam nostrum Tribunal admissis probationem immemorabilis perfectè resultare ex Testibus sine hoc requisito deponentibus, ut in recent. *decis.* 502. num. 4. par. 4. *tomo primo decis.* 512. num. 14. par. 5. *decis.* 56. num. 8. & 10. par. 7. repetita coram *Coccino decis.* 2139. à num. 2. ad 11. *Royas decis.* 150. num. 11. & ad istas remissive motivatum fuit in *Nullius*, seu *Urgellen. Primitiarum 27. Aprilis proxime prateriti*, §. Maxime, coram me, cum aliis quos allegant dictae autoritates.

Et hæc opinio adeò vera visa est uni ex Dominis, ut imò si Testes in subiecta materia, quæ non est tanti ponderis, nec admodum in Urbe controversa, deponerent etiam de isto secundo auditu, potius dicendi essent suspecti, & affectatè deponere, cum de rebus modici Regni non ita facile credendum sit, quod Seniores sèpè sèpiùs sermonem promoverint, ac in iis juniores erudire curaverint, recensentes auditum etiam ab aliis suis majoribus, hoc enim fortasse contingere potest in rebus gravioribus, quæ posteritas à traditione majorum sèdulò expectat, & ediscere satagit.

Fundamentum verò aliorum, qui oppositum sentiebant, statim in eo, quod licet *Gloss.* in dicto verbo *Memoriā* non exprimat in littera requisitum secundi auditus, nihilominus illud exigat in ratione, & spiritu, quia eadem *Glossa* loquitur relativè ad Doctrinam *Cardinalis Hostiensis*, ibi: Sed quomodo probabitur tanti temporis prescriptio? dico secundum *Hostensem*, qui hoc notat de verb. significat. quid per novale quod &c. Iste autem præclarus Author indicatus per *Gloss.* in cap. Quid per novale de verbis. signific. expreßè profitetur necessarium esse nedum primum, verum etiam secundum auditum, ibi: Et audierunt à parentibus suis, sive majoribus, qui, & hoc à suis, & illi illud idem à suis audierant, proindeque requisitum hujusmodi probandum

dum venit etiam ex mente ipsius glossæ, quæ intelligenda est juxta sensum, & auctoritatem Doctoris per eam allegati, ad quem se remittit Rota coram Bichio dec. 49. num. 14.

Præcipue quia si Glossa deberet intelligi ad litteram, videretur nimis imperfecta, quia in sensu litterali, nec etiam requiri dicendum foret primum auditum, cuius non meminit, sed satis esset simplex auditus à coœvis, quod est falsum etiam in sensu Fautorum contrariae opinionis, ut probat Rota, decis. 116. num. 4. part. 19. & insuper eadem Glossa non prescribit in Testibus aetatem 54. annorum, minusque assignat tempus quadragenariae, per quam Testes deponere debent de proprio visu, & auditu, nec quidquam aliud ex requisitis, quæ ex auctoritate Doctorum, & Tribunalium communiter receptum est ad probationem immemorabilis esse necessaria; absolute enim determinat ibi: dicent Testes, quod viderunt, & audiverunt ita esse, nec unquam viderunt, vel audiverunt contrarium, & quod communis est, & fuit semper opinio, quod sic fuerit, & quod non extet sontrarii, vel initii memoria.

Propterea ad rectam illius intelligentiam eo magis urgen necessitas recurrendi ad Hostiensem, & ad aliam magis explicitam Glossam marginalem in eodem cap. primo de prescript. in 6. quæ sub num. 3. sic ait. Dic, quod Testes debent esse aetatis 54. annorum ad minus, ut possint primo deponere de proprio visu, & auditu 40. novissimorum annorum, deinde de auditu talium, & talium antiquorum, qui obseruent ante 30. 40. vel 50. annos in aetate 50. 60. vel 80. annorum, qui dicebant ita se vidisse, & audivisse tempore suo. Et adhuc a majoribus suis audivisse, nec contrarium vidisse, aut audivisse, & ita recte practicatur in utroque foro, ubi sapè à 25. annis, causis tam Secularibus, quam Ecclesiasticis judicantibus interfuit, quæ marginalis Glossa licet omissa sit in recentioribus Codicibus sexti Decretalis, reperiatur tamen in antiquioribus juxta Venetam Impressionem anni 1567. & triuitur Francisco Balbo insigni Juris-

consulto, utpote defumpta ex ejus Tractatu de prescript. 2. par. 3. part. princ. quast. 6. num. 24.

Eoque potissimum reflectendo, quod immemorabilis supponit tempus longissimum, de quo nulla penitus memoria existere possit, & tempus infinitum dicitur in se continere, Cels. decis. 110. num. 9. decis. 136. num. 33. part. 19. in dicta Nullius, seu Urgellen. Primitiarum 27. Aprilis proxime præteriti, §. Constat autem, coram me, mirabileisque producit effectus, ac majores, quam centenaria in immemorabili comprehensa, de Luca de Judic. disc. 21. num. 48. & de alienat. disc. 3. num. 12. & 16. Rota, & decis. 291. à num. 14. par. 16. & in Romana Augmenti dotis, & legatorum 4. Martii 1695. §. Neque obstat, coram R. P. D. meo Priolo, ut propterea dicta Testium spatium saltem 100. annorum complectere debere dixerit Covarravias in cap. possessor de regul. jur. in 6. part. 2. §. 3. num. 8. versic. Etenim tom. primo, & Rota coram Puteo, decis. 212. num. 4. & 5. lib. primo, & coram Peuting. decis. 103. num. 26. & in recent. dicta decis. 136. num. 5. part. 19. Si autem admitteretur, quod sufficere posset primus auditus dumtaxat, de facili sequi posset, ut immemorabilis longè minori intervallo 100. annorum completeretur: Figurata enim hypothesi, quod Testis natus sit à Patre constituto in aetate annorum 30. per quod temporis spatium, & non prius observata fuerit aliqua consuetudo, utique iste Testis cum excederit aetatem legitimam, & agens annos 55. recte deponere poterit de primo auditu, circa istam Consuetudinem à suo Patente, & tamen ista Consuetudo non excedet maxima 85. annorum, ut patet consideranti. Itaque Testis concluderet immemorabilem, quando si fuisset interrogatus de secundo auditu, vel de illo deponere non posset, vel in propatulo jam esset contrarii, vel initii memoria, cuius conscientiam d. ejus Pater de auditu à suis majoribus poterat habere, quod aduersatur menti ipsius Glossæ.

Atque in hanc secundam sententiam circa necessariam probationem etiam se.

28 secundi auditus descendunt alii celebres Jurisconsulti , prout Speculator. tit. de prob. §.1. versic. ultimo queritur , & vers. Valet etiam , Aym. tract. de antiqu. temp. 4.p.num.283. Gabriel. de prescr. lib.5. conclus.1. num. 26. Rocca , disput. jur. cap. 167. num. 21. & 24. Panimoll. decis. 25. num. 11. quam sententiam , tamquam derivantem à mente ejusdem glossæ non raro amplexa est Rota nostra , ut coram Verall. decis. 71. p.2. Pœnia decis. 641. nu. 3. Coccin. decis. 1302. nu. 1. & decis. 2081. num. 7. Merlin. decis. 109. num. 4. & decis. 521. num. 20. Pamphyl. decis. 458. num. 2. Zarat. decis. 10. num. 11. Cerr. decis. 690. num. 1. & 2. post Vivian. de Jurepatron. decis. 11. num. 3. repetita in recent. decis. 405. p.4. tom. I. in Colonien. Præcedentia 1695. post Antonell. de Oner. Clericor. decis. 18. num. 12. & præsuppositivè Ludovisi. decis. 196. num. 2. & in Ovet. Funeralium 7. Apr. 1704. §. In hanc autem , coram Rev. Molines Decano .

Licet autem ex his Domini mei discordes fuerint in determinatione articuli juris ; cuius decisionem maturiori examini oportuit reservare , convernerunt tamen in facto , quod quatenus etiam ista secunda opinio prior dicenda foret in casu , de quo agitur , Testes pro parte Regularium formiter examinati de eodem secundo auditu optimè depontant , itaut nihil desiderari possit ad constituant plenam hujusmodi immemorabilis probationem . Duo namque ex 14. Testibus , septimus nempè , & octavus requisiti super veritate tertii Articuli , in quo nedum primus , sed etiam secundus auditus fuerat articulatus , responderunt omnia in eodem Articulo contenta esse verissima , nec adesse memoriam in contrarium , & quamvis in probatione immemorabilis ad differentiam simplicis consuetudinis non sufficiat , quod Testes dicant in genere materiam articulatam esse veram , hoc tamen non procedere Domini unanimes censuerunt , quando Testes , ut hic , ulterius progrederiuntur , explicitè redendo causam scientiæ , & rationem sufficientem sui dicti quemadmodum distinguendo docuerunt Farinac. de test. 29 quæst. 80. num. 102. Marescot. variar. lib.

2. cap. 100. num. 11. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 38. num. 47. Sperell. decis. 69. num. 43. Panimoll. decis. 10. annot. 3. num. 26. Rota decis. 71. num. 3. p.2. & decis. 291. per tot. par. 3. coram Verall. & Jacen. Parochialis apud Marches. de comm. & exequ. Brev. fol. mihi 462. num. 1. tom. 1. Add. ad Ludovisi. 578. sub num. 13. in fine .

Septimus enim Testis æratem legitimam excedens , ut potè agens anno 63. sufficientem allegat rationem , & utrumque auditum concludit , ibi : Quanto si contine in detto Articolo è verissimo per haverlo praticato , e così ancora l'ho inteso dire da altre Personæ vecchie , & ecce primus auditus : E che si riferivano da altre persone vecchie , & ecce secundus auditus ; E che non è memoria in contrario .

Non relevantibus exceptionibus contra personam , & dictum hujus Testis , quo enim ad personam parum refert , quod ipse olim degerit inter Religiosos S. Augustini , quia cum ex hac depositione illi nulla utilitas in particulari resultare possit , dum interesse spectat ad Religionem in universalis , id est à testificando non repellitur , Corn. cons. 47. num. 7. 1.3. Farinac. de test. quæst. 60. num. 494. & seqq. & in Gerund. Admissionis ad distributiones 18. Febr. 1707. §. Nbn attentis , coram me .

Prout non subsistit , quod iste Testis non possit deponere de visu per integrum tempus quadragenariae , sicut requiritur , de Luc. de Paroch. disc. 27. num. 5. Emerix jun. decis. 33. num. 6. & decis. 1279. num. 15. ex quo licet Testis de tempore examinis mense Martii 1707. esset æratis annorum 63. ab his tamen subducto tempore absentiae ejusdem Testis per octennium à Civitate Foggit , nec non etiam alis duobus annis ratione hujus litis per capitulum motæ vigore Monitorii 3. Januarii 1705. post cuius præsentationem Regulares cessarunt in delatione Crucis , idem Testis deponere nequeat , nisi de annis 39. dempto quoque tempore pupillaris æratis , quæ tempora subducenda esse non dubitatur , ut absentia , Merlin. decis. 539. num. 19. decis. 139. num. 6. §. Quintus par.

par. 18. de tempore litis, *Panimoll.* decis. 10. annot. 5. num. 18. *Pania*, decis. 641. num. 5. *Emerix*, decis. 1279. num. 14. & decis. 1290. num. 2. & de pupillari ætate, *Rota*, disput. jur. cap. 167. num. 26. & 29. *Coccin.* decis. 1587. num. 47. in recent. dec. 346. num. 8. par. 9.

Minimus enim iste defectus unius anni attendendus visus non est, quia absentia potuit esse, vel interpolata, vel in medio ipsius quadragesimæ, unde eo ipso quod Testis deponit; nec ante, nec post vidisse, aut audivisse quidquam gestum in contrarium, præsumptio est quod ita etiam practicatum fuerit tempore absentiae; positis namque extremis, media præsumuntur uniformia, ut in specie *Rota* decis. 333. num. 3. & 4. par. 17. præsertim quia nulla, vel minima cadere potest hæsitatio, quo minus Regulares per annos 40. ante motam item in funeribus eorum Crucem jugiter detulerint, dum hujusmodi factum comprobatum remanet ab aliis Testibus, signanter à primo ætatis annorum 66. à quinto annorum 70. à decimo annorum 73. à decimo tertio annorum 70. qui ab usu rationis viderunt, & audiverunt continuo ita servari.

Absque eo, quod in subjecta materia probationis immemorabilis quilibet Testis deponere debeat de omnibus requisitis, in modum, ut si aliquis deponat de uno, alter vero de alio requisito fieri nequeat conjunctio ad supendum dictum, & defectum alterius, ad tradita per *Marescot.* variar. lib. 2. cap. 10. num. 10. *Panimoll.* decis. 10. annot. 5. num. 25. *Rocca d.* cap. 166. num. 25. *Sperrell.* decis. 69. num. 27. adden. ad *Ludovis* decis. 252. num. 15. post *Vivian.* de jure patron. decis. 11. num. 5. & 6. *Emerix*, decis. 201. num. 15. par. 13. & decis. 139. num. 4. par. 18. satisque sit, ut unus ex requisitis deficiat, ut tota probatio collabescat, *Panimol. d.* decis. 10. annot. 5. num. 21. *Rot.* decis. 153. num. 15. par. 11. Etenim in praesenti depositio præfatorum quatuor Testium non deducitur ad supendum aliquem defectum dicti septimi Testis, dum iste per se solus de omnibus requisitis perfectè deponit, sed adducitur ad effectum dumtaxat excludendi objec-

Etiam illam possibilitatem quod scilicet de tempore illius absentiae casus dari potuerit Regulares se abstинuisse à defenda eorum Cruce, quem casum Testis absens non viderit, quæ possiblitas recte submota remanet, dum pro certo probatum habemus in facto, quod prætensus possibilis casus de eo tempore minime accidit.

Quo vero ad dictum ejusdem Testis frustra prætenditur, quod ex illo potius destruta remaneat immemorabilis, eo quia deponat de rumore in contrarium, seu de contradictionibus factis à capitulo ibi: Benchè altre volte vi sia stato qualche contrasto tra il Capitolo, e li Religiosi: & si enim ad interrumpendam immemorabilem, sicuti obiectebatur, sufficiat nedum unicus actus, sed etiam quilibet rumor in contrarium, *Rota coram Ottob.* decis. 119. num. 6. *Emerix* jun. 158. num. 8. & decis. 1290. num. 14. attamen id non intelligitur de quolibetrumore simpliciter, sed de illo rumore, qui procedat ex actibus positivis, & cum effectu in contrarium gestis, secus autem de illis contradictionibus, & prætensionibus verbaliter promotis, quæ numquam fuerunt effectuæ, illisque non obstantibus, possessio semper conservata exitit, ut hic proponendum accidit, sicut subjungit idem Testis, ibi nulladimeno s'accordavano subito per stare in reciproca convenienza, & quod vere contradictiones fuerint merè verbales, momentaneæ, & ineffectuæ, clarissime emergit ex eo, quod iste Testis paulò ante dixerat ibi: è mai si è praticato diversamente, ne tampoco vi è fama, o rumore in contrario, quo casu immemorabilis non interrumpitur, stante continuatione possessionis, ut firmat *Rota*, decis. 730. num. 3. & 4. coram *Burat.* & in rec. decis. 168. num. 42. p. 10. & decis. 136. num. 17. par. 19. quinimò neque ipsa lis judicialiter promota satis est ad destruendam immemorabilem, vel centenariam, si prætendens interrumpere in causa succubuit, sed potius fortior exinde observantia evadit, de *Luca de Paroch.* disc. 27. num. 6. & decim. disc. 6. num. 23. *Rota*, decis. 328. num. 18. par. 17. cum *Concordan.* in *Cavalic.* *Bannalitatis Furn.*

Furn. super manutentione 26. Junii 1697. §. Nec talis, coram R.P. D. moe Priolo, & in Giennen. Juris mutandi super restitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Minime refragante, coram bon. mem. Muto.

Non minus clarè quoque deponit de primo, arque etiam *de secundo auditu* explicitè redditia ratione scientiæ Octauus Testis ætatis annorum 70. qui interrogatus super eodem tertio articulo, ita respondit: *E' verissimo quanto in detto articolo si contiene dal principio fino al fine, nè vi è memoria in contrario, e così si è praticato in tempo di esso Testimonio, & anticamente, come esso haveva inteso da molti vecchi prima di esso, e che dicevano, che così si era praticato per il passato.* Ista namque depositio tria continet, primum, quod ita fuerit observatum de tempore vita ipsius Testis, secundum quod ita quoque fuerit anteò observatum ex auditu à Senioribus: *come esso haveva inteso da molti vecchi prima di esso, & hic est primus auditus testium, quod isti Seniores referebant, ita etiam fuisse observatum de tempore eis antecedenti, e che dicevano, che così si era praticato per il passato, & iste est auditus secundus;* verba enim *per il passato*: quidquid in contrarium dicatur ex parte Capituli, intelligenda sunt de tempore præterito, quo ipsi Seniores non erant in humanis, non verò de eo tempore, quo ipsi vivebant, quia tempus istud consuetudinis observatae in vita eorumdem Seniorum refertur à Teste in antecedentibus verbis, ubi explicat primum auditum. Undè perneccesse verba subsequentia relata ad tempus præteritum, debent importare aliud tempus diversum à vita Seniorum, quale est illud, antequam ipsi nascerentur, quod ipsis non alias notum esse potuit, quam mediante auditu ab aliis Senioribus.

39

Evadit clarius hæc intelligentia ex animadversione, quod ipse Testis priùs in genere dixerat, verissimum esse de primo ad ultimum totum id, quod continebatur eodem tercio articulo, quo circum in hoc generali responso implicitè procul dubio contineretur *secundus auditus*, ut potè apertis verbis articulatus, indè

sequitur, ut in subsequenti magis speciali expositione, & declarazione dicti responsi dicendum sit, quod testis explicitè deponere intellexerit *de secundo auditu*, quia alias isthac specialis responsio præferret instantaneam correctionem ab eo, quod immediate anteò dixerat: è verissimo, quanto in detto articolo si contiene dal principio sino alla fine: quæ correctio instantanea non presumitur, Rota decis. 572. num. 15. & decis. 513. num. 5. part. 19. tom. 2. sed omni possibili interpretatione venit semper evitanda, Rota decis. 492. num. 21. & 22. decis. 601. num. 8. & decis. 637. num. 18. par. 19. ubi quod potius dicendum sit verba fuisse omissa, & esse supplenda.

Denique minus subsistit, quod ista consuetudo introducta fuerit favore regularium correspективè ad permisum ingressum, & funus, sive exequias explendas à Capitulo super cadaveribus in eisdem Ecclesiis Regularium, cumque exequiarum persolutio fuerit Capitulo à Sacra Congreg. Concilii anno 1702. interdicta, cessare quoque debeat ipsa consuetudo circa delationem Crucis ex deductis per Ubag. decis. 97. num. 6. & coram Emerix decis. 683. num. 5. quandoquidem prætensa correspективitas nullo modo probatur, ad quem effectum debile est fundamen-  
tum, quod Capitulum constituit super præfatis Testibus à Regularibus examinatis, quia isti deponunt quidem de Exequiis, seu Officiaturis à Capitulo peractis in Ecclesiis Regularium, nequaquam tam concludunt, quod permisso Exequiarum fuerit correspективus ad permisam delationem Crucis, immò correspективitatem excludunt, eo ipso, quod deponunt consuetudinem quoad delationem Crucis fuisse ab immemorabili tempore introductam, de tali verò consuetudine justa persolvendi, verbum ullum minimè faciunt, & tamen ad hoc, ut utraque permisso dici posset correspективus, utraque etiam consuetudo coeva esse deberet. Subiövetque ulterius assertam correspективitatem factam ipsius Capituli, contra quod Regulares usque de anno 1650. coram A. C. expediverunt Monitorium, cuius vigore, et si Capitulum impeditum remanserit, seque abstinerit

43 nuerit à peragendis Exequiis , Regularibus tamen semper pacificè permisit continuationem in deferenda Cruce , quod utique per capitulum fuisset statim impeditum nec expectasset usque ad annum 1705. si novisset delationem Crucis esse correspondivam ad justa peragenda in Ecclesiis Regularium , ut de se liquet .

Reliquis super hujusmodi asserta corresponditatem optimè quoque satisfaciunt decisiones antecedentis instantiae , quorum fundamenta hodie Domini approbatunt , utraque Parte informante .

### E A D E M C O R A M E O D E M .

Trojana Delationis Crucis super manutentione .

Luna 10. Decembris 1708.

### A R G U M E N T U M .

Hæc decisio est confirmatoria alterius præcedentis , & non indiget argumento .

### S U M M A R I U M .

- 1 Possessione probata non denegatur manutentio .
- 2 Manutentio semper est concedenda , quando possessio est immemorabilis , nec ex adverso docetur de ejus perturbatione .

### D E C I S I O X V I I .

**A** Mandato de manutenendo in possessione deferendi , & elevandi Crucem in associatione Funerum , quando etiam interveniat illa capitulo collegiatæ

Foggia obtento à Regularibus dicti Locri priùs in Tribunali Aud. Cam. deinde que confirmato prævia cognitione boni juris coram Reverendissimo Patre Domino meo Lancetta , delegata mihi per Signaturam Justitie cognitione appellationis à Capitulo interpositæ cum clausula : Alteri , qui ad legitimam : proposui in hac Audientia , unâ cum negocio principali , dubium etiam ad tenorem istius Commissionis , at quemadmodum in illo canonizatum fuit bonum in eorumdem Regularium , ut in alia decisione contextualiter à me edita , ita in sequelam illius Domini dixerunt quoque : procedendum esse ad legitimam executionem .

Validitas enim mandati de manutendo non erat in controversia , justitia autem impugnari non poterat , constito namque de dicta possessione , & quidem immemorabili favore Regularium , ut latè ostensum fuit in præfata altera Decisione super bono jure per totam , in consequens descendit debitam illis esse manutentionem , ut in eadem possessione conserventur ad terminos vulgati , §. Retinenda institut. de interdictis , Rota coram Dunoz. Senior. decis. 18. numeratio , & in Nullius Provincia Hispaniæ deputandi , & amovendi Vicarium super manutentione 12. Decembris 1707. §. Rursus coram me , & frequentius in aliis .

Præsertim , quia ex parte capiruli nullus ; vel minimus actus in medium profertur , ex quo spacio tanti temporis talis possessio dici possit deturbata , ut inde facilis adeò pacifica , & incontroversa possessio veniat manutendenda , prout dixi , utraque Decisio R. P. D. mei Lancetta super hoc punto 21. Martii , & 25. Junii jam carentis anni , §. finali .

Et ita utraque , &c.

R. P. D.

R. P. D. PRI OLO.

Romana Juris Tumulandi.

Luna 20. Februarii 1702.

## ARGUMENTUM.

Cardinales descendentes absque electione particularis sepulturæ sunt sepe liendi in eorum Ecclesia Titulari, nec aliquid jus acquiritur Ecclesiæ Parochiali super illorum Cadaveribus; Cardinales habentes titulum comparantur Episcopis, Parochis, Canonicis, aliis Beneficiariis, qui ex speciali titulo dicuntur habere propriam Ecclesiam, in qua debent tumulari. Reservat Bulla Sixti V. la 55. que dat normam titulorum Cardinalium.

## SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Catholici regulariter sunt sepeliendi in Ecclesia intra cuius limites defecerunt.
- 3 Quarta Parochis deberatur in premium laboris.
- 4 Ecclesiæ propriam dicuntur habere Episcopi, Parochi, Canonici, aliquique Beneficiati ex speciali titulo.
- 5 Argumentum desumptum ab identitate, seu majoritate rationis dicitur fortissimum.
- Cardinales habentes titulum ex identitate, vel majoritate rationis, equiparantur Episcopis, & Canonicis, quoad sepulturam, ibid.
- Jus Ecclesiæ Titularis prævalit iuri Ecclesiæ Parochialis quoad Cadaver defuncti absque electione sepultare, ibid.

- 6 Collegium Apostolicum dicitur auctum ad numerum septuagenarium ad imitationem Discipulorum Christi.
- Juxta numerum septuagenarium Cardinalium totidem in Urbe Ecclesiæ fuerunt assignatae, ibid.
- 7 Finis talis assignationis ex quo resultet.
- 8 Ecclesia Titulares ab antiquo repabantur propria Diaœcesis.
- 9 Cardinales in suis Ecclesiis Titularibus habent jurisdictionem Episcopalem.
- 10 Cardinales in suis Ecclesiis Titularibus elevant Baldachinum, obedientiam exigunt, benedictionem dispensant, & beneficia conferunt.
- 11 Cardinales Titulares nomen sumunt à sua Ecclesia sicuti Mulier à suo Viro.
- 12 Cardinales in Urbe descendentes, nisi elegerint sepulturam, vel illam habeant suorum majorum, debent sepeliri in Ecclesia Lateranensi. Contrarium militat de consuetudine, ibid. &c n. 25.
- 13 Ecclesia Lateranensis est Cathedralis Urbis.
- 14 Summus Pontifex non electo sibi sepulcro hodie sepelitur in Basilica Principes Apostolorum.
- 15 Defunctus in Ecclesia est sepelendus in qua frequentius divina audivit, & Sacraenta suscepit; si plures concurrant Ecclesie.
- 16 Cardinalis si decedat priusquam ad Urbem perveniat, & titulum obtineat, tumulari debet in Ecclesia majori loci obitus.
- 17 Authores agentes de re ad ipsos spectante dicuntur in ea materia verissimi.
- 18 Magistris Ceremoniarum multum defertur in materia funerum.
- 19 Deservit obitus duorum Cardinalium in eorum Titulari Ecclesia sepulcrum.
- 20 Acquiescentia facit resultare non jus.
- 21 Dignitas Cardinalitia in Ecclesia Ti-

- Titulari nihil diminuitur, ex quo in pluribus non conveniat cum Episcopo.
- 22 Qualitas Sponsi ejusdem Ecclesie non consideratur in electione sepulturae.
- 23 Cardinalis licet non dicatur Sponsor sua Ecclesie Titularis, attamen non minus considerari debet, quam Episcopus in sua Cathedrali.
- Cardinales dicuntur membra universalis Ecclesia, ibid.
- 24 Ecclesia Titularis per obitum ejus Cardinalis vacare dicitur.
- 25 Cardinales ratione tituli, quo reperiuntur specialiter addicti, sunt in tituli Ecclesia sepelliendi.
- 26 Cardinales noluerunt abesse sine licentia Pontificis.
- 27 Cardinales, debent semper esse à secretis Summi Pontificis, interesse Congregationibus, Capellis, &c.
- 28 Cardinalis non requiritur habitatione in ejus Ecclesia Titulari, sed sufficit presumpta, & numer. 31.
- 29 Optiones ortum habuere sub Pontifice Alexand. V. Optiones fiunt in Consistorio, approbante Pontifice, ibid.
- 30 Ordo præcipue in Ecclesiasticis est servandus.
- Cardinalis Anastasius Presbyter S. Marcelli ob non residentiam fuit depositus, ibid.
- 31 Jus sepulturae, quod acquisivit Ecclesia Titularis, ob non residentiam non amittitur.
- 32 Cardinales in eorum Ecclesias Titularibus gaudent privilegiis, quibus Episcopi in eorum Cathedralibus.
- 33 Ex privilegiis concessis à Pontificibus, Regularibus Monasteriis dicitur diminuta jurisdictione Episcoporum.
- 34 Ecclesia Titularis habet jus potius altero Ecclesia Parochialis, licet eidem non solvatur Quarta, & non administret Sacramenta.

35 Argumentum desumptum ab administratione Sacramentorum, & Solutione Quarta ad arguendum jus sepulturae, nimis probat.

36 Statutum Cleri Romani capit. 4: respicit solum depositum Cadaverum, non autem eorum sepulturam.

### DECISIO XVIII.

A Sua Auximana Ecclesia, in qua Episcopali charactere insignitus magis etiam pietate, & virtute præfulgebat, pervenit ad Urbem clar. mem. Cardinalis Opitius Pallavicinus in anno saeculari, cui misericors Deus ubrem restitutionem reddidit; Nam eodem tempore quo S. Mater Ecclesia plenissimam nostrorum peccatorum remissionem indulget, ac omnes indulgentiarum Thesauros super Nos aperit, ac effundit, ad se illum evocavit. Cumque ab intestato obiisset absque electione, ac determinatione sepulturae, orta fuit quæstio inter Ecclesiam Parochialem S. Andreæ de Fractis, intra cuius limites morabatur, & Ecclesiam Titulari S. Martini ad Montes, in quam deponendum esset illius cadaver. Auxit dubitandi causam, quod eisdem diebus depositionis in Ecclesia S. Andreæ sub consueta, & iugi devotione vulgo quadraginta horarum Augustissimum Eucharistiae Sacramentum venerabatur, ex quo impeditæ remanebant ille solitæ funebres cœremoniæ pro Cardinalibus. Quapropter Eminentissimus Vicarius mandavit, quod funus extolleretur in Ecclesia Sancti Martini, corpusque similiter in eadem tumularetur, in forma tamen depositi, ac facta obligatione de illo restituendo. Et deinde assumta cognitione causa pronunciavit, ab Ecclesia Sancti Martini Ecclesia Parochiali faciendam esse cadaveris restitutionem, sed non acquiescente Titulari, Causaque ad nostrum Tribunal delata, mihiique commissa, dedi consuetum dubium: An mandatum Eminentiss. Vicarii esset exequendum,

dum ; & omnibus suffragantibus DD. quia materia erat exemplaris , & nova post tertiam Causæ propositionem , responsum fuit mandatum non esse exequendum .

Nonnulla per Monasterium S. Martini opponebantur contra validitatem mandati , & viam exequitativam ob illius causam competentem sed , quia negativum responsum emanavit , non est operæ pretium allegatas exceptions examinare ; Tota igitur quæstio reducitur ad injusitiam , quæ ex in fradicendis apparebit . Nam licet in controvertibili Ecclesiæ Parochiali assignet regula , quod omnes Christi fideles , qui intra illius fines decesserint , in eadem Ecclesiæ sint sepeliendi , cap. omnis de pœniten. & remission. Clem. dudum , §. Verum de Sepult. c. ex parte , & in cap. in nostra versic. talem , de Sepult. & in cap. qui eodem titulo , attamen ex iisdem juribus emanat æquè clara limitatio , quod is , qui habet Sepulchrum suorum majorum , vel sibi particulare elegit , aut ex aliquo speciali titulo deferendus est ad propriam Ecclesiæ eximitur à tali Parochiali lege , & in hoc conveniunt DD. omnes , ut videre est , in authoritatibus inferiùs allegandis .

Hinc sequitur quæm de facili cessat tali obligatio maximè quia non agitur de quarta , quæ in quocumque casu Parochiæ debetur cum ista sit in præmium laborum , & propter administrationem 3 Sacramentorum , ac contrahitur in ipso initio Nativitatis , nempè ex suscepione Baptismatis , sed de sola Sepultura .

Prædictæ duæ limitationes , vel habentium , vel eligentium Sepulturam , sunt extraneæ à casu nostro , & ideo juxta stylum illarum examen in præsenti omittitur . Remanet examinanda ter tia , nempè eorum , qui ex aliquo speciali titulo dicuntur habere propriam Ecclesiæ , ut de Episcopo , quamvis decedat extra suam Diœcesim , & sic de Parocho , de Canonicō , de Beneficiato , ac demum de vidua , ut in terminis Episcopi probant Petrus de Ubaldis , de Canon. Episcoporum , & Paroch. cap. 9. de Canon. paroch. num. 32. Marchett. de Monacelli , Formul. Suppl.

Vicario Capituli , tit. 38. de Sepult. §. Secundo , num. 69. Ventr. in prax. for. Eccl. annot. 52. §. unic. num. 24. vers. respondeo , & in terminis Parochi idem Petrus de Ubald. titul. de Canonic. Paroch. ditto cap. 9. num. 37. Antonell. de Regim. Eccl. lib. I. cap. 10. num. 31. & Marchett. dicto tit. 38. §. 2. num. 47. & in punct. viduæ sunt Text. in cap. Ebr. 13. quæst. 2. & cap. sequen. cum aliis relatis per Marchett. de Sepult. tit. 28. num. 9. num. 177. cum seqq. Barbos. de offic. Paroch. cap. 26. num. 28. ubi refert ita suisse decisum à Sacra Congregatione Rituum , quibus , vel à mai oritate rationis DD. dixerunt comparandum esse Cardinalem habentem titulum , cum in Cardinali Titulari omnia predictorum Jura eminenter contineantur , eo decedente absque electione particularis Sepulturæ in quo casu putatunt jus Ecclesiæ Titularis esse potius altero Parochialis pro habendo illius cadavere , & quamvis nullum habeamus summorum Pontificum responsum , vel aliorum Judicium , vel nostri Tribunalis , & quæstio sit omnino nova , attamen consideratis rationibus hinc inde per Scribentes deductis , ac authoritatibus , & exemplis allegatis , ea , quæ pro Ecclesiæ Titulari adducta fuere ; præ ponderare vila sunt .

Et nè alterius materiam exordiamur affectata potius ostentatione , quæ ad Causæ opportunitatem , ut ait *Cardinalis de Luca de jurisdictione* , disc. 35. num. 13. sufficit principium sumere à Bulla Sixti V. quæ est in ordine la 55. quia etiam nunc tituli Cardinalibus in eorum creatione ad tenorem dictæ Constitutionis conferuntur .

Iste enim Summus Pontifex postquam ad imitationem discipulorum Jesu Christi Apostolicum Collegium ad septuaginta Cardinalium numerum auxit , & immutabiliter firmavit , ut videre est ex altera sua Constitutione la 50. se quondo suorum Prædecessorum institutum , totidem pariter Ecclesiæ partim ex antiquis retinendo , partim de novo assumendo , itaut pro sex Episcopis , sex Urbis finitimæ Cathedræ , 14. Diaconiæ pro Diaconis , re-

R lique

liquæ vero in titulum Presbyterorum Cardinalium in posterum perpetuò el-sent, destinavit, ac expresse nominavit,

§. 2.

7 Finis autem talis assignationis resultat ex illis verbis; Quod quidem rationi consentaneum videretur, ut quemadmodum Summus Pontifex universali Ecclesiae præsens, & omnium totius Orbis Ecclesiæ sollicitudinem gerens, specialiter tamen Urbis Romæ Episcopus existit, & in ea divina dispositione Sacerdotalis potestatis cathedram tenet; pari quoque ratione Cardinalibus, quos uti speciales S. Romanae Ecclesie filios in Apostolici muneris functione, arque in universæ Republica Christiana administratione præcipuos, sibiique maximè conjunctos habet Consiliarios, & Cooperatores in eadem Urbe Romæ, &c. mansionem, & locum unicuique proprium assignet, cuius quidem loci concessione idem Cardinalis, & sui Officii admoneantur, & residentia quam assistendo ipse Romano Pontifici servare debent, & vel ex hoc magis tanquam in unum corpus compacta membra Sacro Capiti connexa esse, & ab illo dependere clarius dignoscantur, §. in fine.

8 Præmissa tali assignatione, & quia in principio, & progressu Bullæ Summus Pontifex dixit, quod ab antiquo hæ Ecclesiae Titulares velut quasi quedam cujusque propriæ Diœceses reputabantur, quodque cum suis Clero, & Populo, ac quasi Episcopali jurisdictione in spirituallibus, & temporalibus gerendæ, & administrandæ committantur ipsorum amplitudini, & dignitatí maximè congruentes; facultas in eisdem Ecclesiis per Cardinales exercenda correspondere quoque debeat personis, & Dignitatibus, & propterea in §. 12. ait: Sic igitur ipse Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiæ regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erant, eas in Spiritualibus & temporalibus sollicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem pie mem. Leonis X. Prædecessoris nostri in Concilio Late ranen. novissimè celebrato editam frequenter visitent, circa Cultum Divinum invigilent, mores, ac vitam Clerici, &

Populi eis subjecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum pa-terno moneant affectu, bonorum, ac tem-poralium redditum curam gerant, sic ad Dei gloriam, & fidelis populi adificatio-nem, &c.

Cujus tam antiquæ, quam novissimæ assignationis causa ex communis DD. sententia firmatum remansit, quod Cardinales in suis Ecclesiis titularibus ha-bent jurisdictionem Episcopalem, ut te-statur Felic. in cap. his, que de majorat. & obedient. in princip. ibique Abb. num. 1. Cassan. ad consuetud. Burgundie, tit. dos. just. rub. 1. §. 4 vers. item etiam, Lotter. de re benefic. lib. I. quest. 8. num. 50. & lim. 2. quest. 2. Barbos. de jur. Ec-clesia univ. lib. I. cap. 4. num. 33. Alban-de Card. quest. 46. per tot. Card. de Luc. de jurisd. disc. 34. num. II. cum seqq. & Card. Albit. ad ipsum, disc. I. num. 3. & seqq. & admittit Rota in Romana Praeminentiarum 16. Junii 1679. §. pre-cipue, & 16. Junii 1681. coram bon. mem. Rondinino.

Et utriusque respondet observantia, & jurisdiction, quam exercent Cardinales in suis Ecclesiis; Iste enim ele-vant Baldachinum, incedunt cum 10 Rocchetto discooperito, visitant, obe-dientiam exigunt, benedictionem dis-pensant, etiam ipsimet Cardinales Dia-coni ex decreto Sacrae Congregationis formiter disputato articulo, ut refert Thomassin. de benef. par. I. lib. 2. cap. 26. num. 8. & Cœhell. cap. 16. privil. II. con-ferunt beneficia, & similia, quæ per extensum continentur, in cap. his qua de majorit. & obedient. & cum omnino correspontent illis, quæ per Episco-pos explicantur, ut in cap. conquerente, de offic. Ordinar. Nullum dubium rema-net, quin jurisdiction, quam habent Car-dinales in suis Ecclesiis Titularibus non minùs ex qualitate personarum, quam ex amplitudine verborum, & intentione Summi Pontificis comparari debeant cum Jurisdictione Episcoporum in eo-rum Cathedralibus, & maximè cum tantum agat hic de sepultura, & an Ecclesia Titularis habeat idem Jus contra Parochialem Ecclesiam pro ha-bendo cadavere Cardinalis, quod habet Ec-

Eccl<sup>esi</sup>a Cathedralis pro suo Episcopo, alia inferior pro Canonico, Parocho, 11 Beneficiato, ac demum pro vidua, & similibus, ex supra deductis, cum etiam Cardinales Titulares nomen sumant à sua Eccl<sup>esi</sup>a, prout facit mulier respectu viri.

Sed nonnulli Doctores descendendo ad hoc particolare examen ex hac potissima ratione tenent, quod Cardinalis

decedens in Urbe, non elegerit sepulchrum, vel illud suorum majorum non

habet, de jure esset sepeliendus in Eccl<sup>esi</sup>a Lateranensi, sed de consuetudine sepelitur in Eccl<sup>esi</sup>a Titulari, & principaliter utriusque dicti rationem reddit,

Cobell. de notis. Cardinal. cap. 16. priv.

38. S. Verum; Quia cūm Eccl<sup>esi</sup>a La-

teranensis sit Cathedralis Urbis, & ibi

13 essent sepeliendi Summi Pontifices, cum Cardinales sint Pontifices fratres,

& Consiliarii, in eadem Eccl<sup>esi</sup>a ipsi quoque essent sepeliendi: Verum quia

hodiē invalidus consuetudo, quod non electa sepultura Summus Pontifex se-

pelitur in Basilica Principis Apostolorum, ita Cardinales sunt sepeliendi in

Ecclesia Titulari, in qua habent jura

Episcopalia, & hanc opinionem sequuntur Samuel de scult. tract. 1. controv. 11.

num. 8. fol. mibi 201. Murg a eod. tit. tract. 8. disquisit. 2. sect. 2. dub. 7. concl. 1. num.

1. cum seq. & Hieronym. Card. Albanus de Cardinalibus quest. 50. vers. vel dicimus eos, ubi dicit, quod si plures obtineret Ecclesiæ, in ea esset sepeliendus,

in qua Defunctus frequentius Divina au-

diverit, vel Sacraenta suscepere, idem que comprobavit Amofaz de priv. pie-

caus. lib. 5. de funer. cap. 8. num. 62. Paf-

ferin. de stat. homin. quest. 187. art. 4.

num. 32. imò Murg. loco sup. cir. concl. 4.

descendit etiam ad casum si Cardinalis de-

cederet antequam ad Urbem perveniret,

& Titulum obtinuerit, & tenet, quod es-

set sepeliendus in Ecclesia majori loci ob-

itus; Ratione enim Dignitas illa Eccle-

sia censeretur Parochialis Cardinalis defun-

cti, sicut censeretur in casu simili obitus

Summi Pontificis.

Nec obstare visum est, quod prædicti Doctores pro majori parte sint exteriores, neque testari possint de consuetudine Ur-

bis, maxime non reddendo causam scientiæ, nec allegando casus particulares, ex quibus inducta dicatur consuetudo, quia cum verum dictum fundatum remaneat ex solidissimis rationibus superius allegatis, & unus illorum sit Cardinalis Hieronymus Albanus, qui agendo de re ad ipsum spectante, supponitur in ea materia versatissimus, venit in judicando se- quendus.

Et quamvis pro consuetudine non

fuissent ab eis allegati casus particula-

res, isti tamen non desunt, ut vide-

re est in quadam adnotacione reperta

in Diariis Servantii Magistri Cæremo-

niarum, ubi referendo per extensum

Historiam Cadaveris Cardinalis Gual-

terii dicit, quod Canonice, & Capitu-

lo Sancti Laurentii in Damaso, sub cu-

jis Parochia mortuus erat, prætendentibus, ut funus celebraretur, & corpus

sepeliretur in prædicta Eccl<sup>esi</sup>a Sancti

Laurentii, audierant tamen a me,

prætensionem non posse subtinere, nec

quoad illud, nec quoad istud, quia cor-

pora Cardinalium defunctorum ab inte-

stato, & sine electione sepulture spectant

ad titulum, non ad Parochiam, eo mo-

do quo cadaver Episci vita sancti spe-

cat ad suam Cathedram, & ultra

plura exempla in nostris Diariis precipue

antiquis resert. Paris. de Grassis Episco-

pus Pisaren. olim peritissimus Cæremo-

niarum Magister sub die 19. Augusti

1519. in morte, & sepulta Card. de

Rubeis Affinis Leonis X. tunc Papæ vi-

ventis, hoc statutum esse à Concilio La-

teranensi, ut in authentica copia hodiæ

exhibitæ, & Parti communicata per Mo-

nasterium; Et ulterius concurrit alias simili casus in obitu Card. Virellii, qui

ex relatione Diaconii in vita Pauli

IV. fol. mibi 863. sepultus fuit in Eccl<sup>esi</sup>a

Titulari S. Mariæ in Via lata, & fa-

ceta diligentia in antiquis Diariis, repe-

titur hoc demandatum fuisse ex eadem ra-

tione, quod Cadavera Cardinalium non

electa sepultura sunt sepelienda in Eccl<sup>esi</sup>a

Titulari, ut videre est in tomo 12.

Diariorum Magistri Cæremoniæ Cornelii Firmani pag. 178. existente in Ar-

chivio Urbano.

Nec dicatur, quod attestatio deduc-

R 2 eti

cta super sepultura cadaveris Cardinalis Gualterii non sit attendenda, quia neque de eo tempore potuit impedire litigium posteā pér concordiam terminatum: Nam sufficit, quod Ecclesia Parochialis acquiecerit, & non habuerit cadaver, ut ex tali acquiescentia illius non jus satis resultare videatur, & quamvis non fuerit formiter examinatus articulus, attamen concurrente ratione, in qua dicta arrestatio fulcitur, & convenit etiam cum ceteris aliis Doctoribus, quod nempē Cardinalis Titularis æquiparatur Episcopo, maximam vim facere debet.

Firmato igitur ex supradictis qualis, & quanta sit dignitas, & qualitas Cardinalis in sua Ecclesia Titulari, nihil diminuta remanet ex quo in pluribus non conveniat cum Episcopo, & præcipue cùm ad istum effectum Cardinales Titulares neque dicantur Sponsi sue Ecclesiæ, neque habeant residenciam, quæ duæ circumstantiae, ut dicebatur ex adverso, & in quibus constituebatur præcipuum Partis fundamentum, sunt causa potissima sepulturæ in Episcopo, Canonico, & Beneficiato, ut videre est in authoritatibus superiùs allegatis in §. Prædictæ due. Imò quod Cardinales Titulares non sint Sponsi suarum Ecclesiarum expressè afferit. Lotter. de re benefic. lib. I. quæst. 8. num. 36.

Nam pro remotione objecti pondatum fuit, quod pro causa sepulturæ considerata videtur dignitas, ac Sedes Episcopalis, ex qua deinde oritur, quod Episcopus dicatur Sponsus sue Ecclesiæ, ac teneatur residere ex Canone ubicumque 13. questione secunda. Undè hæc qualitas Sponsi, quæ venit in sequelam Dignitatis Episcopalis non est principaliter consideranda in electione sepulturæ, prout sola Dignitas considerata fuit in Cardinali in itinere decedente antequam ad Urbem perveniret, qui postposita Parochia, in qua decessit, sepieliendus esset in Ecclesia majori loci obitus, ut firmavit Murga dicta conclusione quarta, quod etiam proce-

dit in Prælato inferiori, qui habet idem jus sepulturæ, licet non sit verus Sponsus suæ Ecclesiæ, ut in cap. cum quas, de sepultur. in 6. & firmat Lavor. variar. lucubr. titul. secundo, cap. undecimo numero sexagesimo primo, nec quia Cardinalis non dicitur Sponsus suæ Ecclesiæ minus considerari debet, quam Episcopus in sua Cathedrali, nam hoc procedit ab Eminentia dignitatis, quia cum Cardinales sint membra Universalis Ecclesiæ, cuius est Caput Summus Pontifex, & illi principaliter inservire debeant, quamvis omnes Christi-fideles dicamur ejus membra; attamen Cardinales, & Summus Pontifex insimul efficiuntur unum Corpus mysticum, & idè Lotterius, ubi supra dicit, quod Cardinalis non est Sponsus alicujus Ecclesiæ, sumpta opinione à Cald. consilio primo, numero secundo, de transaction. Pralat. Cœterum Ecclesia Titularis traditur in Titulum, & per obitum vacare dicitur, ut ex eadem Bulla Sixtina, ac ex speciali, qua unicuique Cardinali perpetuò Titularis Ecclesia assignatur, & hoc hodie melius convincitur, quia, ut diximus totidem sunt Ecclesiæ Titulares, quot sunt Cardinales, & invariabiliter Cathedrales dantur Cardinalibus Episcopis, Titulares Presbyteris, & Diaconiæ Diaconis. Cumque hæc vacatio præsupponat præcedentis vinculi dissolutionem, ad tradita per Card. de Luc. de benefic. discr. 97. num. 18. & Rot. coram Gregor. 25 decr. 48. num. 5. & decr. 142. num. 6. sequitur, ut ratione Tituli, in quo reperiuntur specialiter addicti sint in Ecclesia Titulari sepieliendi, ut distinguendo plures casus comprobat Paffrin. de stat. homin. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 320.

Idem respondeatur, quoad residenciam cum tam Ecclesiæ, quam Cardinales sint in eadem Civitate neque abesse possunt sine licentia Pontificis, nec d. Ecclesiæ habent neque habere possunt omnes propriam habitationem, & nonnullæ etiam, vel ex distantia loci, vel ex qualitate aeris non permettent

- rent commodam , & tutam residen-  
tiam , quia , ut diximus Cardinalis semi-  
27 per deber esse à secretis Summi Ponti-  
fiscis , interesse Congregationibus , Cap-  
pellis , & similibus . Et si ex eisdem cau-  
sis permittitur simplici Episcopo , vel  
aliam Domum habitare , vel etiam à lo-  
co Cathedralis recedere quanto magis  
hoc interpretandum est favore Cardi-  
nalium , qui in eadem Civitate commo-  
runtur , prout de residentia ipsorum Car-  
dinalium Episcoporum , quoad dictas  
sex Ecclesias firmat *Card. Brancacius*  
*in sua dissertatione de option. sex Epis-  
copatum Cardinalium* . Ultra quod ad  
illum effectum sufficit etiam præsum-  
pta habitatio , licet defunctus alibi habi-  
taret , ut tradunt *Lap. alleg. 62. num. 2.*  
C<sup>o</sup> seqq. *Lavor. var. lucubrat. d. tom. 2.*  
*cap. 11. num. 51.* & in specie *Passerin.*  
*de statu homin. quaest. 187. art. 4. nu-  
mer. 320.*
- Minus obstare potest , quod Cardi-  
nales optent inter se Ecclesias Titulari-  
es , obtineant nonnulli , unā cum  
29 Titulo alias Episcopalem , & non  
omnes actus Episcopis competentes  
exerceant in eorum Ecclesias Titulari-  
bus ; Nam optiones ortum habuere  
sub Pontifice *Alexandro V.* ut ob-  
servat *Spondan. continuat. ad annum*  
*1410. num. 2.* & fuit in Consistorio ,  
consentient , & approbante Summo  
Pontifice , imò , si Cardinales post  
certum tempus volunt ab ordine Dia-  
conorum transire inter Presbyteros  
Cardinales , ut deinde ascendere va-  
leant ad Episcopalem gradum , neces-  
sarium est vigore ejusdem Bullæ Sixti ,  
quod dimittant Diaconiam , & assu-  
mant Titulum , & deinde Cathedra-  
lem , ut confusio prima evitetur , &  
30 ordo in omnibus rebus summoperè ne-  
cessarius in Ecclesiasticis præcipue ser-  
vetur . Et habemus in capitulo ex parte  
de Clericis non residentibus , quod An-  
astasius Presbyter Cardinalis *S. Marcelli*  
ob non residentiam fuit depositus . Un-  
de data à principio hac formaliter residen-  
tia , si hodie ex causa benè visa Summis  
Pontificibus , & ex frequentia negotio-  
rum in aliquo immutata est , non potest  
dici , quod amissum sit jus sepulturae ,  
*Monacelli, Formul. Suppl.*
- quod acquisiverunt Ecclesiae Titulares  
ex regula juris jam acquisiti , & quia re-  
gulariter etiam respectu Parochialium  
idem est habere domicilium , vel quod ha-  
bere censeatur , & sufficit residentia habi-  
tualis , ut observat *Lap. dicta alleg. 62.*  
*num. 1.* C<sup>o</sup> domus Titulares gaudent iis-  
dem privilegiis , ac Episcopales , de *Luc.*  
*disc. 70. num. 2. de jure d.*
- De actibus autem particularibus mo-  
dò non est quæstio . Nam si quoad non-  
nullos actus , ita voluit Summus Ponti-  
fex pro meliori regimine , & ad evita-  
dam tantam jurisdictionum scissuram ,  
& varietatem in una eademque Civita-  
te , ut observat idem de *Luc. d. disc. 14.*  
*num. 17.* & ita practicatur , ut scripsit  
idem *Choellius notit. Card. cap. 55.* non  
benè infertur , quod exinde Ecclesiae  
Titulares dici amplius non debeant  
veluti particulares Diœceses , & quod  
Cardinales non habeant jura Episcopa-  
lia , neque gaudeant illis privilegiis ,  
quibus utuntur Episcopi in suis Cathe-  
dralibus , cum ratione universalis Eccle-  
siae , cuius sunt Senatores , & membra ,  
ad edut excellant Dignitate Episcopis ,  
Archiepiscopis , & Patriarchis ; Et  
posset responderi , quod etiam in Epis-  
copis videmus diminutam illorum juris-  
ditionem ex privilegiis à Summis Pon-  
tificibus concessis regularibus Monaste-  
riis , & similibus , & nihilominus Epis-  
copi gaudent ceteris omnibus honoribus ,  
& prærogativis , & illorum Ecclesiae  
Cathdrales conservant jus sepulturae ,  
ut supra probatum fuit .
- Nullius pariter relevanx est alterum Partis objectum , quod jus sepulturae  
emanat ab administratione Sacramen-  
torum , & solutione quartæ . Verùm  
quia Ecclesia Titularis , neque admini-  
strat , neque prætendit administrare Sa-  
cramenta , & exigere quartam , ita ne-  
que prætendere potest tumulationem  
cadaveris . Omisso enim , quod per Scri-  
bentes dicebatur , quod nempe Cardina-  
lis , neque usus sit Parocco per totum  
tempus suæ permanentiæ hic in Urbe ,  
cum proprium Confessarium haberet , ne-  
que Sacramentum Extremæ Unctionis  
ipse petierit , cum loqui minimè potue-  
rit ex vehementi apoplectico insultu ,

R 3 quæ

R. P. D. L A N C E T T A .

Pisana Cappellaniæ .

Veneris 5. Junii 1705.

A R G U M E N T U M .

Litteræ Apostolicæ , quarum medio quis beneficium aliquod impetravit , an , & quando sint exequendæ ? Obreptio satis dicitur resultare ex falsa narrativa . Pluralitas Beneficiorum non impedit consecutionem alterius Beneficii , sed illius retentionem .

S U M M A R I U M .

1 Litteræ Apostolicæ obreptitiae , & subreptitiæ nullam merentur executionem .

2 Obreptio litterarum Apostolicarum clare appetet ex falsa narrativa . Initium anni sumitur à die Incarnationis , ibid. & n. 5.

3 Tempus ad presentandum potest prorogari .

4 Prorogatum Patrono instituere debenti dicitur legitimum .

5 Litteræ Apostolicæ dicuntur subreptitiae , si quid necessarium Pontifici non exponatur .

7 Non exposta Papa in litteris Apostolicis valent impedire concessionem Gratiae .

8 Impedimentum resultans ex pluralitate beneficiorum prohibet alterius beneficii retentionem .

9 Papa potest dispensare retentionem duorum beneficiorum sub eodem tempore .

10 Institutio petita à presentato in actu presentationis excludit quamcumque devolutionem .  
Presentatus ex officio est instituendus , ibid.

11 Tempus ad petendam institutionem non est à jure prefinitam . Nec idem potest præfigi à capitulo , ibid.

12 Litteræ Apostolicæ plenissime justificatae , sunt exequendæ .

D E

## DECISIO XIX.

**V**Acante Cappellania S. Lauren-  
tii Martyris in majori Ecclesia  
Pisarum, ad illam præsentatus fuit à  
Marchione Philippo Corsino uti unico  
Patrono Joannes Corsinus, qui provi-  
sionem Apostolicam in forma gratiola  
desuper obtinuit, postmodum verò Cos-  
mus Venturellus eamdem Cappella-  
niam impetravit sub expressione, quod  
ad S. Sedem devoluta fuisse, ex quo  
Patronus intra præfinitum tempus non  
præsentaverat, & istius litteras Vica-  
rius Generalis executioni demandan-  
das esse per sententiam decrevit, à qua,  
cùm ad instantiam Joannis causa appella-  
tionis mihi commissa fuerit; discep-  
trandum dedi Dubium: *An intret arbitrium pro retardatione, sive potius litterae Joannis sint exequendae?* quod affir-  
mativè in utraque sui parte resolutum  
fuit.

Litteræ namque imperatoriz Ventu-  
relli, utpote manifesto obreptionis,  
& subreptionis vitio laborantes nullam  
executionem merentur, ac pro illa-  
rum retardatione intrat arbitrium, Ro-  
ta coram Pamphil. decis. 611. num. 7.  
C. coram Cerr. decis. 249. num. 2. C.  
coram san. mem. Alexan. VIII. decis. 115.  
num. 2. C. in recent. decis. 543. num. 2.  
par. 18.

Obreptio itaque fatis clara resultata  
vita fuit ex falsa narrativa neglectæ præ-  
sentationis intra tempus Patronis laicis  
præfixa, quia facta combinatione tem-  
porum contrarium apparuit, vacavit  
enim Cappellania die 19. Martii 1703.  
mōre Pisano, juxta quem, initium anni  
sumitur à die Incarnationis, & Patro-  
nus ad quem tunc spectabant duæ ex tri-  
bus vocibus dicti Jurispatronatus, præ-  
sentavit Joannem die 24. ejusdem men-  
sis, & sic non solum intra quadrimestre,  
sed intra paucos dies: Postea verò im-  
petrata prorogatione temporis ad alios  
mensis acquisivit ex donatione sibi fa-  
cta, tertiam vocem, & devenit ad ite-  
ratam præsentationem ejusdem Joannis  
sub die 4. Septembr. anni 1704. ab In-  
carnatione, & per consequens intra sex

menses, quibus durabat facultas præ-  
sentandi, attenta prorogatione ad alios  
duos menses, ut supra reportata; Qua-  
mobrem undique constat primam præ-  
sentationem factam fuisse intra quadri-  
mestre; secundam verò in tempore pro-  
rogato sex mensum, quod semper dicitur  
legitimum, quoties Patrono insti-  
tuere debenti est prorogatum, *Paris. de*  
*resignat. benef. lib. 7. quest. 29. in fin.*  
*Vivian. de Jurepatronatus, par. 2. lib.* 4  
*3. cap. 7. num. 10. C. seqq. C. in Cra-*  
*covien. Canoniciatus 13. Junii 1701. §.*  
*Nihilominus, coram R. P. D. meo An-*  
*saldo.*

Et ex hac animadversione detegit  
æquivocum, quo deducebatur lapsus  
temporis, cum à mense Martii 1703  
usque ad mensem Septembribus 1704, vi-  
deatur intercedere tempus unius anni  
cum dimidio, hoc enim procederet  
si initium anni defumeretur à die Na-  
tivitatis, ut practicatur hic Rome,  
fecis verò si defumatur à die Incarna-  
tionis, ut in Civitate Pisarum; nam  
juxta hanc suppositionem non est lap-  
sus terminus sex mensum, ut supra  
ostensum fuit, quodque hujusmodi sty-  
lus attendi debeat in calculatione tem-  
poris, est de per se clarum, & respon-  
dit Rota in antiquis, decis. 17. de Ju-  
diciis.

Præter obreptionem sunt etiam præ-  
fatæ litteræ à Venturello reportate vi-  
tio subreptionis obnoxiae, quoniam 6  
Summo Pontifici expositorum non fuit,  
quo ad Cappellanam controversam  
ex lege foundationis præsentandi sem-  
per erant proximiores fundatori, & de  
ejus certo genere, quod de Joanne Cor-  
sino benè verificandum remanet, non ve-  
rò de Venturello extraneo; cum autem  
hæc recensita circumstantia potuisset  
gratiam impedire, vel saltem illius con-  
cessione reddere difficultorem, ine-  
vitabilis est obreptio, ut in his ter-  
minis firmavit Rota in Barchinonæ  
beneficii 14. Aprilis 1698. paragr. hinc,  
coram R. P. D. meo Ansaldo, C. ge-  
neraliter in dict. Cracovien. Canoniciatus  
13. Junii 1701. §. opponebat, coram eo-  
dem.

Non obstat prætensa incapacitas Joan-

R. 4. vis

- nis à Marchione præsentati , attento quod ipse tunc temporis duo alia beneficia simplicia possidet ; Quoniam ultrà quod impedimentum resultans ex pluralitate beneficiorum solum obicitur facit retentioni , non asecutioni , Card. 8 de Luc. de benefic. disc. 58. num. 5. & 6. Garz. de benefic. par. 11. cap. 6. num. 65. & 486. Rot. coram Cavaler. decis. 456. num. 6. Difficultas pœnitus cessavit ex facto , cum in litteris suæ provisionis , quas pro præsentato Summo Pontifici reportavit , fuerit etiam dispensatus ad retinendum duo beneficia sub eodem testo , & successivè aliam gratiam perinde valere obtinuerit ad effectum retinendi aliud in diversa Ecclesia situm , ex quibus omnibus exclusa remanet quæcumque prætensa vacatio , seu devolutio , Rebuff. tit. de rescript. te jam , & perinde valere , num. 2. & seqq. Garz. de Benefic. cap. 5. num. 128. lib. II. Rota in recent. decis. 201. num. 2. parte 39.
- Multoque minus adduci meretur altera devolutio , ex quo , transactis sex mensibus post præsentationem Joannes institutionem à Capitulo Pisano repotaverit ; nendum quia in ipso præsentationis actu petita fuit , quod satis est ad excludendam quamcumque devolutio-
- 10 nem , cum ex officio præsentatus , sit instituendus , Lamber. de Jurepatron. lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 12. Verùm etiam quia cum nullum adsit præfinitum tempus à jure ad petendam , & consequam institutionem , nec istud à Capitulo præfigi poterat , ideoque ea
- 11 non requisita , non intrat casus deviationis , Vivian. de Jurepatronatus par. 2. lib. 12. cap. 4. num. 7. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. part. 13. num. 59. Lambert. de Jurepatronatus , lib. 2. par. 2. art. 9. part. 5. principatis , num. 14. Rota coram Penia , decis. 737. num. 4.
- Ex quibus omnibus , sicut intrat arbitrium pro retardatione litterarum Venturelli , ita & contra respondendo ad alteram dubii partem veniant execundæ litteræ Joannis , utpote plenissimè justificet quoad vacationem , valorem , pertinenciam Jurispatronatus , & præsentationem
- ex confessione Venturelli , & ex legitimi documentis , & dispensationibus ab eo exhibitis ad Text. in cap. si Capitulo , de Praben. in 6. Rota , decis. 422. num. 2. & decis. 8. par. 18. recent. & in Cracovien. Cantorie die 11. Martii 1701. in principio , coram R. P. D. meo Caprara .
- Et ita Joanne tantum informante , &c.
- 
- R. P. D. L A N C E T T A .
- Pisana Cappellaniæ .
- Veneris 15. Januarii 1706.
- A R G U M E N T U M .
- præsens decisio est confirmatoria alterius sub die 5. Junii anni præteriti coram eodem emanata , & Argumentum ex Summario desumitur .
- S U M M A R I U M .
- 1 Jus nominandi , & præsentandi ad quævis Beneficia acquiri potest ex donatione .
  - 2 Incapacitas ex pluralitate Beneficiorum resultans non impedit asecutionem alterius Beneficii , sed eorumdem retentionem cum isto post lapsum duorum mensium , & numeri 3.
  - 3 Obtenta à Papa dispensatione super Beneficiorum pluralitate , remanet quodcumque sublatum impedimentum illa retinendi .
  - 4 Verba in Papa dispensatione apposita , & Delegato directa autoritate nostra conferas , & assiges important illam in forma graticia , & à sui principio dicitur perfectissima .
  - 5 Verificatio gratiae obtenta , cum se patetatio præteriti iam existentis , haberetur pro pura , & perfecta ,

facta, & retrotrahitur ad sui principium.

7 *Clausula* dummodo tempore datæ importat non solum gratiam perfectam, sed excludit etiam jus ex aliis gratiis concedendis quærendum.

8 *Gratia* in data posterior preferenda non venit gratia anteriori.

9 *Listere dispensationis obtenta sub falso supposito, dicuntur obreptitiae.*

10 *Gratia* cum clausula Perinde valere operatur idem, ac si omnia in primis litteris fuissent expressa.

11 *Clausula* Perinde valere tollere non potest jus prius quasitum alteri.

12 *Littera Apostolica* ex alio capite reportata nequeunt impedire effectum gratia revalidatoria alicuius.

13 *Jus ex gratia obreptitia proveniens cum sit invalidum, non censemur preservatum in tertii præjudicium.*

14 *Per subreptionis vitium, vel gratia denegatur, vel difficultius conceditur.*

## DECISIO XX.

**R**evocatis ad trutinam fundationis decisionis editæ coram me sub die 5. Junii anni præteriti Domini agnita insubstantia exceptionum, quæ pro obtainenda nova audientia fuerant per Venturellum excitatae, non dubitabant, etiam si in hac propositione ille non informaverit, in decisis persistere.

Constituit enim quod jus nominandi, & præsentandi ad hanc Cappellaniam, sicuti etiam ad cetera beneficia, de quibus in Testamento Antonii Perini fuit translatum, mediante duplice donatione facta per illos de Corsinis de Cascina in Marchionem Philippum Corsinum, ejusque hæredes, & successores, ita ut posita pertinentia Jurispatronatus, clausum remanet vitium obreptionis litterarum, quas à S. Sede reportaverat Venturellus cum supposito, quod Patroni laici intra terminum à jure præfixum

non præsentaverant Joannem; id enim ex combinatione temporum facta in præterita decisione sublatum remanet, absque eo quod replicari posset narrativam conceptam fuisse cum illa circumstantia, quod nimis nulla facta fuerit præsentatio, quæ suum sortiri posset effectum; Ideoque bene verificari possit ratione incapacitatis Joannis, quia possidebat alia duo Beneficia de tempore præsentationis; Quoniam objectum cessat, dum incapacitas resultans ex pluralitate Beneficiorum, non impedit affectionem alterius Beneficii, sed eorumdem retentionem dumtaxat, ut probant authoritates præteritæ decisionis, §. Non obstat, Rota de execut. lit. Apost. c. 4. num. 65. Rot. in Cracovien. Canonicus 13. Junii 1701. §. Certè, coram R. P. D. meo Ansaldo, & retentio illorum ultrà lapsum duorum mensium non facit vacare Beneficium ultimo loco acquistatum, sed alia antecedenter obtenta ad Text. in cap. commissa de elect. in 6. Card. de Luca de Benefic. decis. 155. numer. 20. Rota coram Seraph. dec. 773. numer. 2. & cor. Caval. dec. 450. n. 6. & in recent. dec. 174. num. 18. part. 5. & in omnem casum satis esset, quod Joannes à Sanctissimo reportavit dispensationem ad effectum obtinendi controversum Beneficium, aliaque retinendi, per quam sublatum remansit quodcumque impedimentum, ut præter adductos in alia decisione d. §. Non obstat. Corr. in praxi dispens. lib. 3. cap. 1. n. 16. Rota cor. Bich. dec. 360. n. 18. & in rec. dec. 43. n. 4. p. 16.

Quia dispensatio cum concepta legatur illis verbis præceptivis: Mandamus, quatenus verificatio prius coram te d. Jurispatronatus, &c. eidem Joanni autoritate nostra conseras, & assignes: dicitur in forma gratiofa, &c. à sui principio perfectissima, Cap. de Luc. de benefic. disc. 35. num. 13. Capoz. discept. 46. num. 25. Rota in Melphiten. Cappellania 17. Junii 1692. §. Gratian, autem, coram R. P. D. meo Auto, & 7. Junii 1700. §. In subjecta, coram me. Adeout licet verificatio coram Delegato non fuerit ab initio facta, sed sublequester, tamen retrotrahitur usque ad principium gratie obtentæ, quia cum dicatur simplex paterfa-

refactio præteriti jam existentis, habetur quoad omnes Juris effectus pro pura perfecta, & irrevocabili, Loſter. de re benef. lib. 2. qu. 51. n. 41. & ſeqq. Rota in Barchino-nen. Beneficii 2. Decembris 1701. §. Nullius denique, circa fin. coram R. P. D. meo Caprara.

Maximè quia ibidem adjecta fuit etiam clausula: *dummodo tempore datae presentium, non sit in ea alicui specialiter ius quasitum*: per quam ostenditur Summum Pontificem nedum habuisse gratiam, tamquam perfectam, tempore datae, ſed etiam per præſervationem Juris quæſiti ante datam ejusdem intellexisse excludere ius ex aliis gratiis, in posterum concedendis quærendum, ut eſt illud Venturelli proveniens ex gratia poſteā explicata; Ideoque nullatenus preferenda venit, ut potè in data posterior ad Text. in cap. cum cui, de præben. in 6. Rota, cor. bon. mem. Emerix, dec. 1133. n. 1.

Non obſtat exceptio, quod dictæ litteræ ſecum ferentes dictam gratiam di- 13 ppenſationis ſint obreptitiae, ut potè obtentere ſub falſo ſuppoſito præſentationis per Joannem reportata à majori parte Patronorum, quando de tempore impre- 14 trationis gratia ſolam medietatem vo- cum habebat: Ex facto etenim comper- tum fuit, quod Joannes duplēcē, & in diversis temporibus à Marchione Corsino præſentationem reportavit; Ite- enim prima vice præſentavit, utendo ju- re triū ex quatuor Patronis, à quibus cessionem Juris nominandi reportava- rat, ut in ejus Summ. n. 1. & ſecundo lo- co pro alia vice, cuius cessionem acquisi- vit ex poſt, ut in dicto Summ. n. 2. Unde dum prima præſentatio facta fuit ante imperatam gratiam à Joanne, maniſtē ſequitur, verificatam fuīſe narrativam præſentationis à majori parte Patronorum, ut firmavit præterita decisio, §. Ex quibus.

Maximè quia ab eodem obtenta fuīt alia gratia: *Perinde valere*, quæ ope- ratur idem, ac fi omnia in primis litteris fuissent expreſſa, & ſic cefſat quælibet diſſicultas, Ros. de execut. litter. Apost. par. 1. cap. 6. num. 343. & ſeqq. Rota in recent. dec. 276. nu. 12. p. 19. & in Leo- dien. Canonicius 4. Julii 1698. §. Si quis-

dem, coram R. P. D. meo Anſaldo.

Minimè refragante, quod Venturellus ſuam gratiam reportaverit, antea quam obtinerentur dictæ litteræ; Perinde valere, ideoque per eas tolli non potuerit Jus prius dicto Venturello quæſitum, præſertim quia in gratia revalida- toria additum fuit, quod *A data præſen- tium tantum valeant*; Quoniam cum Venturellus ſuam gratiam non obtinuerit ex præcio capite, quod Joannes de alio beneficio mentionem non fecerit, inde ſequitur quod litteræ ex alio capite reportatae impediſt nequeant effe- ſtum gratia revalidatoriae Joannis, A- mayden. de styl. Dat. lib. 1. cap. 14. nu. 9. Ros. exec. litter. Apostol. part. 1. cap. 5. n. 334. Rota in Aurien. Cantoria 8. Junii 1696. cor. R. P. D. meo de la Tremoille confirmata 10. Decembris ejusdem anni, cor. Reverendissimo Conchien. utrobiisque, §. fin. Fortius quia duri gratia Venturelli manifesto obreptionis vitio laborat, omne Jus ab illa proveniens, remanet inva- lidum, ac proindè in præſervatione facta in litteris ſecundæ gratiae Joannis, illud non cefſetur præſervatum, Gomez. in regul. Cancell. de jur. quæſ. non tollen. q. 1. n. 13. cor. Bich. dec. 289. n. 41. & ſeq. & in rec. dec. 606. n. 6. p. 19.

Ultra obreptionis vitium ſubreptione quoque laborant dictæ litteræ Venturelli, cum non expreſſerit ad controverſam Cappellaniam ex lege fundationis con- tenta in Testamento Fundatoriſ modo in actis producto, quod ſemper præſen- tari debeant proximiōres de Familia, qualis nullo modo dici potest Venturellus, que circumſtantia ſi fuilſet expreſſa, vel Summus Pontifex gratiam denegal- ſet, vel diſſicilius concesſiſet, ut firma- tum fuit in alia decisione, coram me.

Et ita Joanne tantum informante, Venturello autem licet plures lacesſio- non comparent, &c.

R. P. D.

R. P. D. SCOTTO.

Tuden. Cappellæ.

Veneris 23. Junii 1705.

## ARGUMENTUM.

In hac decisione, quæ est confirmatoria alterius, coram R. P. D. Caffarello emanata sub die 25. Aprilis 1704. statuitur nullum jus competere Parocho ad impediendam celebrationem Missæ in Cappella intra ejus Parochiæ limites erecta, concurrentibus tamen requisitis, de quibus in decisione. Cætera patent ex Summario.

## SUMMARIUM.

- 1 Cappella probata, quod fuerit auctoritate Ordinarii erecta, Benedicta, ac dotata, potest in ea Missæ sacrificium celebrari.
- 2 Text. in Can. nullus, & Canon. nemo, de consecrat. dist. 1. Declarat.
- 3 Cappella Parva, seu Oratoria, sanitatis est, quod Divino Cultui sicut dicata, & Episcopi auctoritate benedicta ad differentiam Ecclesie formalem consecrationem requirentis.
- 4 Consensus sacitus operatur idem expressus.
- 5 Consensus obtentus censetur, prout erat de jure obtainendus ad validitatem actus.
- 6 Licentia per Episcopum ad benedicendum concessa præfert licentiam, seu ratificationem edificat.
- 7 Consensus Episcopi non est necessarius, quod constructionem Ecclesia præcedat, sed satis est, ut subsequatur.
- 8 Consensus semel valide præstitus, re infecta, non sit amplius revocabilis.
- 9 Fundatoris obligatio, si proveniat à mera liberalitate, contra eumdem non est ita rigide insistendum, si Cappella non habeat Oratoris requisita, que alias in rigore juris deberet habere.
- 10 Cappella ea dos sufficit, quæ pro ejusdem manutentione necessaria est.
- 11 Cappella si non habeat dotem requisitam, quis supplere teneatur.
- 12 Parochus videns Oratorium construi, & non contradicens consensum ejus erectioni præstissime censemur.
- 13 Consensus in iuste denegatus, potest per Judicem suppleri.
- 14 Intellexus Sac. Tridentina Synodi in sess. 22. de observ. & evitand. in celebrat. Missæ.

## DECISIO XXI.

**I**N gradu appellationis à diversis sententiis de partibus non bene inter se conformibus pronunciavit R. P. D. meus Caffarellus per sententiam latam, prævia decisione emanata sub die 25. Aprilis elapsi anni, licitam esse celebrationem Missatum in Cappella sub invocatione B. Mariæ de Monte Carmelo à Michaele, & Elisabetha conjugibus proprio æra constructa, & propterea nullum jus competere Parocho, intra cuius Parochiæ limites eadem Cappella erecta fuit pro impedienda dicta celebratione, salvis tamen juribus Parochialibus. Cumque in gradu ulteriori appellationis per Signaturam Justitia Mihi delegatam dubitaverim de viribus prælaudatae Sententiae Rotalis, DD. hodie auditio etiam Promotore Fiscale Curiae Episcopalis adhærente instantia dicti Parochi, pro illius confirmatione respondere non dubitarunt.

Basis resolutionis iterum stetit in eo, quod cum hujusmodi Cappella fuerit auctoritate Ordinarii erecta, & ex speciali ejusdem delegatione à P. Matthæo Perez benedicta, ac demum sufficienter dotata, consequens erat, quod in ea posset incurruntum Missæ Sacrificium celebrari cap. hic ergo, & cap. Missarum I de con-

de confecr. distinct. 2. cum aliis cumulatis atis precibus enunciatis, & ab Episcopo per Pignatell. tom. 1. consult. 92. num. 18. ¶ 19. Non attento quod in erectione dictæ Cappellæ non fuerint servata solemnia præscripta in can. nullus, & can. nemo, de confec. dist. 1. Quia requisita per dictos Canones spectant ad formalitatem consecrationis Ecclesie, quæ non est necessaria pro celebratione Missæ, præsertim in hisce parvis Cappellis, & Oratoriis, quæ satis est quod sint Divino Cultui dicata, & Episcopi auctoritate consuetis Ecclesie precibus, & per solam Aquæ Sacrae aspersionem benedicta, ut tradunt Azor. instit. moral. lib. 10. cap. 26. §. 14. Barbos. de Jur. Eccles. Univ. lib. 2. cap. 2. numer. 28. Pasqualig. de Sacrific. Missæ qu. 511. num. 1. Pax. Jord. Lucubrat. 1. lib. 4. tit. 1. sub n. 115.

Quibus positis nequaquam relevare visa sunt tria objecta, quæ per Defensores Parochi proponebantur. Primo nempè quod non constet de dicta licentia Ordinarii. Secundo, quod dos assignata Cappellæ non sit libera, & tertio, quod esset necessarius etiam consensus Parochi in cuius præjudicium non potuerit erigi controversa Cappella. Nam quoad licentiam Ordinarii DD. animadvertebant, quod constructa jam Cappella, prius Fundator supplicavit Reverendissimo Episcopo pro facultate illam benedicendi, & in precibus porrexit exposuit ibi: *Come havendo fabricato con licenza di V. S. Illustriss. una Eremita della Madonna del Carmine.* Quapropter dum Episcopus approbando exposita, gratiosè petitam facultatem benedicendi P. Matthæo Perez in calce precum delegavit; non videbatur posse dubitari de constructione, & erectione facta de ejusdem consensu, qui sufficit etiam tacitus, Azor. instit. mor. part. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 6. Barbos. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 26. numer. 2. Pasqualig. de Sacrif. novæ legis, quest. 441. numer. 2. Pax Jordan. lucubrat. tom. 1. lib. 5. tit. 8. numer. 52.

Neque obstat, quod ex Constitutionibus Synodalibus licentia in scriptis requiratur; Tum quia consensus in di-

tis precibus enunciatis, & ab Episcopo tunc admissis præsumitur obtentus; prout erat de jure obtaindus ad validitatem actus, & sic ad formam dictæ Constitutionis Synodalnis, Rota dec. 883. numer. 10. & decis. 1158. num. 6. cor. Emerix jun. tum etiam quia licentia in scriptis concessa ad benedicendum præfert tamquam necessarium antecedens licentiam in scriptis, seu ratificationem adificationis jam factæ, quod sufficit, ut plenè dicatur satisfactum formæ præscriptæ à Constitutione prædicta, cum Ordinarii consensu, seu licentia non sit necesse, quod constructionem Ecclesie præcedat; sed satis superque, sit, quod subsequatur, etiam illa perfecta, ut probat Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. q. 5. Barbos. de offic. & potest. Episcopi, par. 2. allegat. 26. numer. 2. & de Jur. Eccles. univ. lib. 2. capit. 2. numer. 5. Pax Jordan. lucubr. d. libr. 5. tit. 8. numer. 51. Amostaz. de caus. ppiis, lib. 5. de Eccles. adific. cap. 2. numer. 2.

Non relevante, quod dicta delegatio ad benedicendam Ecclesiam fuerit postmodum per Episcopum revocata: Nam cum ante revocationem Delegatus jam devenisset ad benedictionem Oratorii: revocatio facta, re amplius non integra, non poterat obstare, cum consensus semel validè præstitus, re infecta, non sit amplius revocabilis, Grat. disc. forens. cap. 191. n. 9. Cardin. de Luc. de Canon. & Capit. disc. 1. numer. 9.

Quo verò ad dōtem Cappellæ DD. de illa latis constare censuerunt ex Instrumento assignationis plurium bonorum per dd. Conjuges factæ; Quanvis enim objiceretur, quod dd. bona essent emphyteutica, & devolutioni subjecta, ita ut proprietæ dos non possit dici perpetua, tamen ex lectura Instrumenti Dominis apparuit non omnia esse dicto onerisfecta, sed plurima ex eis enunciari absque dicta qualitate emphyteutica, & de jure libera præsumi; Unde cum agatur de simplici Oratorio, seu Cappella, non erat ita rigidè insistendum contra fundatorem, cuius obligatio provenit à liberalitate, ut inquit Abb. in cap. 8. nn.

8. numer. 4. de Consecr. Eccles. vel Altar. Et sufficit quod dos in ea quantitate subsistat, quæ possit sufficere pro manu-  
tentione ejusdem Oratorii, & sacrorum suppellectilium, Abb. d. cap. 8. numer. 4. Vivian. de Jurepatronatus lib. 2. cap. 4. nu.  
35. & 39. Panimol. decis. 9. adnot. 2. nu. 2.  
& 3. Pax. Jordan. lucubr. tom. 1. lib. 5. tit.  
8. n. 23.

Et in omnem casum ponderabant PP. quod quatenus Dos non subsistat in quantitate sufficienti, potuerit Reverendissimus Dominus Episcopus, cuius satis nota est vigilancia in respicien-  
tibus Divinum Cultum, & Beneficium proprii Gregis, cogere fundatores in vi-  
sitatione, ad illam in congrua quantita-  
te assignandam, ut tradunt Abbas in  
cap. cum scut. numer. 3. de consecr. Ec-  
cles. vel Altar. Vivian. de Jurepatrona-  
tus part. 2. lib. 2. capit. 4. numer. 26. &  
seqq. Panimoll. dicta decis. 9. adnotat. 2.  
num. 6.

Respectu demum consensus Parochi, cùm ille eatenus requiratur, ne scilicet præjudicium inferatur juribus Parochialibus, & hujusmodi jura expreßè facta serventur in sententia Rotali, & omnibus aliis per eamdem confirmatis, vel sufficienter intervenisse dicitur, cùm viderit Oratorium construi, & non con-  
tradixerit, immò potius annuerit, ut deponunt Testes, & in fortioribus ter-  
minis tradunt Barbos. de offic. & Po-  
test. Episcopi part. 2. alleg. 26. num. 2. Pas-  
qualiz. de Sacrif. nova legis quæst. 441. nu.  
4. Amostaz. de Causis Piis lib. 5. cap. 2. nu.  
27. in fin. vel in omnem casum cùm in-  
justè denegeretur, potest per Ordinarium, vel per sententiam Judicis suppleri, ut  
concordantibus allegatis, latè firmatum fuit in Romana Oratoriis 13. Januarii  
1698. §. Reliqui, & 26. Junii 1699. §. Hoc  
autem cum duobus seqq. coram R. P. D. meo  
Priolo.

Hinc denique nullatenus applicabilis  
vita fuit dispositio Sacrae Ecumenicæ  
Synod. Tridentinæ allegata per Infor-  
mantes pro Parocho in sess. 22. de obser. &  
evitand. in celebrat. Missæ; Super ne-  
cessaria visitatione, & designatione  
14 Ordinarii: Quia cùm hic agatur de Ora-  
torio publico, non applicatur disposi-

tio prædicta, quæ tantum procedit  
quoad Oratoria in particularium do-  
minibus existentia, ut relatis pluribus re-  
solutionibus Sacr. Congregation. fir-  
mat Barbos. ad idem Conc. loc. cit. nu.  
21. & 22.

Et ita utraque, &c.

### R. P. D. MOLINES.

Romana Funeralium.

Luna 15. Junii 1699.

### ARGUMENTUM.

Funerale non factum, & taxandum  
ex consuetudine totum debetur Pa-  
rocho.

### S U M M A R I U M .

- 1 In Urbe viget consuetudo taxandi Funerale à Testatore nullo modo præordinatum, & ab heredibus non factum.
- 2 Consuetudo in materia funeris multum operatur.
- 3 Ritus ab Ecclesia ordinati in sepe- liendis mortuis, quid denotent, ostenditur.
- 4 Ultima defunctorum voluntas in ea parte, in qua præscribitur eorum corpus humani sine honorificentia, non est exequitioni demandanda etiam si contraria consuetudo, n. 5.
- 5 Parochi non possunt omittere in exequiis mortuorum ritus à rituali Ro- mano præscriptos.
- 6 Heredes tenentur consueto Ritu cada- vera deferre, & exponere.
- 7 Ritus in Funeralibus frustra essent ab Ecclesia instituti, si non obser- varentur.
- 8 Episcopus potest taxare aliquam potentem summam applicandam

pro

- pro anima defuncti ab intestato, quando nihil disposuerit circa funeris impensam, maximè si ad sit consuetudo, & n. 10.
- 11 Pro Ecclesiastica sepultura nihil recipi debet, nec pro officio, quod impenditur in humandis corporibus, n. 12.
- 13 Oblatio spontanea pro funeribus potest recipi, imo laudabilis est consuetudo, aliquid offerendi pro sepultura, & exequiis, n. 14. 15., & Populus officio Iudicis potest adstringi ad servandam hanc consuetudinem, n. 16.
- 17 Cap. cùm in Ecclesia de Symon. quod non afficiatur ad tollendam dictam consuetudinem, offenditur.
- 18 Consuetudo introducta ex libera fidelium voluntate aliquid pro sepultura exigendi, laudabilis est.
- 19 Funerale non factum, rotum debetur Parochio.
- 20 De jure antiquo soli Parochi habent jus sepeliendi, & numer. 21.
- 22 Ecclesia Regularium habentes jus sepeliendi ex privilegio, numer. 23.
- 24 Authoritates tenentes Regularibus permisam esse potestatem sepeliendi ex juris communis dispositione refelluntur, n. 25.
- 26 Privilegia à regularibus obtenta sepeliendi in suis Ecclesiis fidelium cadavera, sunt intelligenda sine prajudicio jurium Parochialium.
- 27 Semota privilegio regularibus concessa, jus sepeliendi competit privative Parochis.
- 28 Emolumenta Funeralia computantur inter jura Parochialia, & n. 29.
- 30 Habens pro se juris regulam, dicitur habere intentionem plusquam semiplenè fundatam.
- 31 Allegans aliquod privilegium, debet illud probare.
- 32 Ecclesia non Parochialis sepeliens cadavera mortuorum, tenetur præstare Parochio portionem Ca-
- nonicam, n. 35.
- 33 Porro Canonica est tertia, vel quarta pars funeris, vel aliorum legatorum intuitu sepultura relatorum, nisi alia consuetudo vigeat, n. 34.
- 36 Privilegia concedentia Ecclesiis regularium sepelientibus funerum emolumenta, deducta quarta Canonica, non intenduntur ad Funeralia non facta, & ex consuetudine taxanda.
- 37 Privilegia ex identitate rationis non sunt extendenda de casu ad casum.
- 38 Clementina dudum in iis, que adversantur juri communi, exstrictè intelligenda, n. 39.
- 40 Funerale à Testatore relatum, vel ab heredibus factum, differt à Funerali non facto, & ex consuetudine taxando, n. 44.
- 41 Dispositio defunctorum omnino est servanda.
- 42 Ex omnibus emolumentis, & oblationibus Ecclesiae sepeliendi factis, detrahenda est quarta favore Parochi, & n. 43.
- 45 Emolumentum labore funeris præstantum, ipso non facto, nullatenus debetur.
- 46 Jus sepeliendi, in quo differat à jure funerandi, ostenditur.
- 47 Quarta Canonica debetur Parochio etiam contra voluntatem defuncti, & n. 48.
- 49 Ecclesia sepeliens præcindendo à funere relitto, vel in ea facto, nullum jus prærendere potest pro taxatione non facti.
- 50 Consuetudo ex actibus contrariis interrupta, non est attendenda.
- 51 Ecclesia Lateranensis est caput omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis.
- 52 Vicarius perpetuus Ecclesia Lateranen. habet suam Curam distinctam & separatam.

DE

## DECISIO XXII.

**A**ntiquissima viget in Urbe consuetudo taxandi Funerale à defunctis nullo modo præordinatum, aut ab eorum Hæredibus non factum juxta singulorum Dignitatem, gradum, & facultates; quod semper integrum exigit Parochus, quando corpora mortuorum tumulata fuerunt in propria Ecclesia Parochiali; eis tamen in alia sepultis controversum extitit, an etiam totum ad illum spectaret, seu contentus esse deberet sua Quarta Canonica, remanente residuo pro Ecclesia sepeliente, eo modo, quo sit, quando in ipsa verè, & realiter factum esset. Anno tamen 1690. delata hujusmodi controversia ad hoc Sacrum Tribunal occasione non facti, & taxati Funeris R. P. D. Rotæ, prodit coram R. P. D. meo Caprara Decisio totum, & integrum competere Parochio; cui resolutioni Patres Sancti Augustini succumbentes, acieverunt, litigie solemniter renunciarunt.

Verum hac re judicata non obstante, ob non factum Funus claræ mem. Principis Don Flavii Ursini, renovata fuit similis contentio inter Parochum Sanctoæ Basilice Lateranensis, ubi in sepulchro præclaræ hujus Familia illius cadaver humatum est, & Parochum Ecclesia Sancti Eustachii, in cuius septis idem Princeps natura debitum reddidit, super pertinentia dicti Funeris à Camerario Cleri Romani taxati, utque semel hujusmodi disputationes frequenter contingibles amputarentur, placuit Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnanti præsentem Causam definitam remittere ad Sacram Congregationem Concilii, exquisito Voto nostri Auditoris, cœteris Urbis Parocho pro omni eorum jure, & interesse vocatis, & auditis. Quamobrem cum ad hujus Rescripti normam hodie dubitaverim: *An Funerale non factum debetur integrum Ecclesia Parochiali, quando defunctus fuit sepultus in alia Ecclesia, Domini, diviso Dubio in duas partes an scilicet Funerale non factum debeat*

tur, justèque exigi valeat; Et quatenus affirmativè an tantum à Parocho; ita ut ipsi totum, & integrum sit adjudicandum. Re naturè, & funditus examinata responsum dederunt *Funerale non factum deberi, & quidem totum, & integrum Parocho.*

Prima pars resolutionis solidum visa fuit recipere præsidium, non solum ex efficacia consuetudinis numquam in dubium revocatæ, quæ in hac, de qua agitur, materia multum operatur, arguento, cap. Certificari, de sepult. Innoc. in cap. Dilectus, num. 4. de Cappell. Monach. & in cap. Ad audientiam, ubi etiam Ancharan. n. 9. vers. Quartò quoero, de Eccles. adfisc. Rot. dec. 373. nu. 2. part. I. recent.

Sed etiam, & principaliter quia Ecclesia Catholica oblitteratis, & proscripsis innumeris superstitionis, & deridens Ethnicorum Funerum ritibus, nec non ambitionis, & superfluis expensis, quæ in hanc causam effundebantur, sequentia exempla Veteris, & Novi Testamenti, instructaque Beatorum Apostolorum Sanctorumque Patrum regulis pios ac religiosos constabilivit Ritus in sepeliendis corporibus mortuorum servandos, instituendo scilicet, ut eorum Funus prosequeretur cum piis precibus, Psalmis, & Missis, associatione Clericorum, candelis, cereis ardentibus, alia que hujusc generis pompa, & celebitate; Idque tam in suffragium animarum, solariumque vivorum, quam ad significandum animas a corpore separatas vivere, & immortalitatis dono gaudere, defunctos obiisse in Fide, resurrectionem, ac fruitionem æternæ gloriae expectare, ut ex Divo Augustino in libro de agenda cura pro mortuis, Hieronymo, Ambroso, & aliis probant cap. non estimandum 19. cap. Animæ 22. cap. Tempus 23. cap. Quia 24. & cap. Qui Divina 28. casu 13. quæst. 2. & explicant latè Card. Bellarm. tom. I. controvers. lib. 2. de funer. cap. 9. & 10. Gulielm. Benedictus in c. Raynatus, verb. Mortuo itaque Testatore, il 1. nu. 54. de testam. Durand. de ritibus Ecclesie Catholice, lib. I. cap. 23. à n. 10. ad 16. Casian. in Catalog. glor. mund. par. 2. considerat.

derat. 5. Julius Lavor. elucubrat. variar. tit. 2. cap. 3. à numer. 32. ad numer. 17. & cap. 14. per totum, Beyerlink in theatro vita humana, vers. Sepultura Ecclesiastica cum sequentibus, Frances. de Ecc. Cathedral. cap. 16. numer. 117. ad numer. 156. Passerin. de offic. & stat. homin. tom. 2. quæst. 587. artic. 4. numer. 24. & 35. Lar. de annivers. lib. 1. capit. 1. d. num. 52. ad 58. Amostaz. de causis piis, lib. 6. cap. 1. à numer. 1. ad n. 27.

Invaluitque adeò in toto Otbe Catholico hujusmodi vetus Ecclesiae institutum, ut receptissimum sit inter nostri Juris Interpretes, quod mandari non beat executioni ultima defunctorum voluntas in ea parte, in qua præscriberent eorum corpus humari sine ulla honorificentia ab Ecclesia instituta, ut probant Valenz. tom. 3. distict. 3. qu. 2. Bannez. 2. 2. question. 32. art. 3. Lavor. var. elucubr. tit. 2. cap. 16. num. 18. Ventrigl. in præx. rer. notab. for. Ecel. annot. 52. §. unic. numer. 16. Frances. de Eccles. Cathedral. capit. 17. numer. 153. Amostaz. de causis piis, libr. 6. cap. 5. numer. 13. Passerin. dict. art. 4. num. 36. in fine. Non obstante qualibet contraria consuetudine, quia hanc tamquam iurationabilem, omniq[ue] honestati repugnantem eliminandam, & extirpandam esse, ex cap. final. de consuetud. aliisque probat Pignatell. conf. 229. num. 17. tom. 4.

6 Hancque ob causam Ritualem Romanum à san. mem. Paulo V. approbatum ad compescendam hæredum impietatem negligentium prosequi solemni more funus Defunctorum, distictè in Rubrica de exequiis monet Parochos, ne hujusmodi Ritus omittantur, sinantque in desuetudinem abire ibi: *Sacras ceremonias, ac Ritus; quibus ex antiquissima traditione, & Summorum Pontificum Institutis Sancta Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam vera Religionis mysteria, Christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia Parochi summo studio servare debent atque usu retinere, & parum infra ibi, Cum autem antiquissimi Ritus Ecclesiastici sint Ce-*

reos accensos in exequiis, ac funeribus deferre, caveant Parochi, ne hujusmodi Ritus omittatur, ac ne quid indigne in eo committatur, & Divus Carolus Borromæus inter Constitutiones Concilii Provincialis præcepit etiam, sunt ejus verba, ut vetus Ecclesiæ institutum mortuorum funus piis precibus, & officiis solemnem more prosequendi multis in locis avariitia, ambitione, vel negligenter depravatum ad pristinam pietatis rationem revoetur. Et mox subjungit ibi, si mortuorum heredes ita se impie gesserint, ut Religiosum exequiarum Institutum negligentes Crucis, Clericis, & funeri debita lumen adhiberi noluerint ab Episcopo eccl[esi] cogantur comparare, qua necessaria videbuntur.

Stante proinde præfata Ecclesiæ vetustissima Institutione deferendi ad tumulum cum debito funere corpora Fidelium, improbatione contraria consuetudinis, voluntatisque Testatorum illud prohibentium, ac denum onere Parochis injuncto, ut hujusmodi usus retineatur; & omnino servetur, bene, & secundum Juris regulas sanctum est Rome speciali Cleri Romani Statuto; ut Defunctorum hæredes cogantur consueto Ritu funerali deferre, & exponere Cadavera, negligentibusque hanc pompa, & honorem mortuis exhibere, idem funus non factum taxetur per Cleri Romani Camerarium, juxta illorum qualitatem, & substantiam, frustra enim Ecclesia pios, & laudabiles institueret Ritus, si ad observantiam non deducerentur, omnesque non arcerentur fraudes illam impudentes, ut omissis generalibus, quæ congeri possent, in terminis funeralium, ait Text. in cap. officiis, §. Si vero, & c. final. de Testam. cap. ex parte in fine, de ver. signific. & concord. Rituale Romanum in prædicto tit. de exequiis, §. Sacro, & §. Caveant cum autem, & infra latius.

Quæ ommnia mirificè confirmantur ex communi opinione Doctorum dicentium, quod quando aliquis moritur ab intestato nihil disponens circa funeris impensam, Missas, vel alia pia suffragia pro ejus anima posse, & debere Episcopum ad istos effectus taxare, & applica-

plicate aliquam summam moderatam Veiiissimum pariter est, & numquam ve-  
juxta illius statum, qualitatem, & fa-  
cultates, & obstringere hæredes ad il-  
lam solvendam, maximè stante consue-  
tudine, quæ valdè rationabilis est, ut  
tenent Genuens. in prax. Archiepiscop. c.  
79. Nicol. Elucubr. tom. I. lib. 2. tit.  
10. de Testament. num. 16. pag. 172. Cor-  
tiad. decif. 258. num. 45. 46. & 47. Car-  
dinal. de Luca de Testam. discurs. 24. A-  
mostazzo de caus. piis lib. 6. cap. 6. an. 55.  
ad 74. ubi hoc ipsum comprobat ex le-  
gibus Castellæ; Imò, quod magis est  
10 a num. 75. cum duob. seqq. etiam probat,  
quod si aliquis cum Testamento dece-  
dat, nihil tamen disponendo de expen-  
sis funeris, & suffragiis pro ejus anima,  
quatenus hæredes sponte eas facere re-  
querint, posse Episcopum eos cogere  
ad distributendam partem bonorum pro-  
portionatam qualitati, & substantiæ De-  
functi, idemque tuetur Spino de Test.  
gloss. 2. n. 54.

Neque dicatur hanc Urbis consuetu-  
dinem taxandi funerale non factum ad-  
versari Sacrorum Canonum dispositio-  
ni prohibentium pro sepultura in Ec-  
clesia præstanta, & pro officio, quod im-  
penditur in Corporibus humandis ul-  
lum pretium exigi per Tex. in cap. abo-  
lende 13. de sepult. cap. qu. 12. cap. Post-  
quam 13. cap. in Ecclesiastica 14. cap. præ-  
cipendum 15. caus. 13. qu. 2. capit. Ple-  
rique 7. de Pætis, cap. ad Apostolicam,  
cap. suam, cap. dilectus, de simonia. Ne  
aut venalis fortasse, quod absit, dicatur  
Ecclesia, aut Presbyteri de humanis  
videantur mortibus gratulari, si ex  
corum Cadaveribus studeant querere  
quolibet modo stipendium, ut rotidem  
verbis scribens ad Episcopos Messanen.  
& Calaritanum exclamabat S. Gregorius  
Magnus, lib. 7. epist. 4. & 56. cum aliis  
concordantibus late deductis per Gonzal. in  
dicto capitul. abolenda, de sepult. & Pa-  
trem Tomassin. in veter. & nov. Eccl. di-  
scipl. part. 3. libr. I. capit. 65. & 66. per  
tot.

Nam sicuti innegabile est, quod San-  
cti Patres, Canones, & Concilia nul-  
lo tempore passi fuerint, quod Clerici, &  
Presbyteri administrarent sepulturas cum  
aliqua pactione, & coacta solutione:

Monacelli, Formul. Suppl.

Veiiissimum pariter est, & numquam ve-  
tuisse, ne spontaneas oblationes in hanc  
causam factas reciperent, ut prælauda-  
tus Sanctus Gregorius protestatur in di-  
cta epistol. 56. ibi, si quando aliquem in  
Ecclesia vestra sepeliri conceditis, si-  
quidem Parentes ipsius Proximi, vel ha-  
redes pro luminaribus sponte quid offerre  
voluerint, accipere non vetamus, & con-  
cordant omnes Canones in objecto al-  
legati, & in hunc sensum intelligendus  
est Tex. alias difficultis in capitul. secun-  
dam Canonicam 24. caus. 23. quest. 8.  
ut notat Gonzalez. in dict. capitul. abo-  
lenda, n. 8.

Cumque consuetudo offerendi aliquid  
pro sepulturis, & exequiis funerum la-  
tissimè, & ubique effusa fuerit, atque  
alias talis usus in se ipso sit pius, & lau-  
dabilis ob rationes supra expensas, nunc  
ne restigesceret pietas, aut Religiosa  
consuetudo alicujus malitia obsolesce-  
ret, Concilia, & Synodica statuta jube-  
re, & præcipere cæperunt consuetudi-  
nes hujusmodi omnino servari debere,  
ut præ cæteris Honorius Papa III. nec-  
non Innocentius III. ut benè notat  
Gonzal. in cap. absolvenda 13. de sepult. 15  
injungit Magalonensi Episcopo, sunt  
præcisa verba: Laudabilem consuetudi-  
nem erga Dei Ecclesiam pia devotione fi-  
delium introductam observent, nè fer-  
mento heretica pravitatis illam erumpere  
videantur sub praetextu Ecclesiastica puri-  
tatis, & Alexander III. in Cap. Ad Apo-  
stolicam id ipsum districtius præcipit  
ibi: Quapropter super his parvas exactio-  
nes fieri prohibemus, & pias consuetudi-  
nes præcipimus observari, ut libere confe-  
rantur Ecclesiastica Sacramenta, sed per  
Episcopum loci veritate cognita compen-  
santur, qui maliciose nituntur laudabilem  
consuetudinem immutare. Et ita docuit  
S. Thomas 2. 2. q. 100. art. 2. in corpore,  
ad 4. & art. 3. in corpore, & ad secundum  
& latè tradunt Grarian. discept. 110.  
n. 10. & in dec. Marchia 26. n. 14. & 15.  
Lara de annivers. & Capell. lib. 1. c. 27.  
n. 17. Amostazzo de caus. piis, l. 6. c. 7. n.  
27. Antonell. de regim. Eccles. l. 2. c. 12.  
n. 55. Gonzalez. in d. c. abolenda, num. 9. &  
solide Thomassin. d. libr. 3. capit. 68. per  
tot.

S Qua-

- Quamobrem *Gloss. in d. Cap. Ad. Apostolicam* in verb. nituntur landabilem, de Simon. & in cap. suam 29. verb. pro exequiis, eod. tit. & in cap. abolenda 13. ver. exigere, de sepult. docet Populum, si non 16 Jure actionis, officio Judicis adstringi posse ad servandam talen consuetudinem pia devotione fidelium introductam, & comprobant Cap. ex parte de cens. & Auren. de Sanctis Episcopis, §. Pro consuetudine, Abb. in d. C. Ad. Apostolicam, Baldus consult. 58. part. 2. Caſtren. cons. 363. libr. 1. circa primum quæſitum, Grat. diſcept. 210. numer. 24. Lavor. var. elucubrat. tit. 2. cap. 10. num. 23.
- 17 Quod nullatenus officiat, quod Alexander III. in Concilio Turonensi relatio à Gratiano in cap. non satis 8. §. pro sepultura, & Concilium Lateranense relatum in cap. cum in Ecclesia 9. de Simon. ipsam improbent consuetudinem aliquid exigendi pro sepulturis, & exequiis funerum; Quoniam, ut recte distinguit *Gloss. in d. cap. cum Ecclesia*, verbo consuetudine, in antedictis Conciliis reprobatur consuetudo originem desumens ex coactis solutionibus factis, mediante pacto antecedenter ad datam defunctis sepulturam conuento; Secus vero confuetudo introducta ex pluribus, & frequentatis actibus omnino liberis, & voluntariis incæptis, & prosecutis ex pia, & laudabili devotione fidelium in augmentum Cultus Divini, & ad decentem, & congruam substantiationem Parochorum, aliorumque Ministeriorum Ecclesie; Prima enim ut potè trahens exordium à pacto, & coactione à jure prohibita, potius corruptela dijudicanda est quam profecto diuturnitas temporis non diminuit, sed auget; Secunda vero quia profluit ex actibus sponte factis, & permisssis, alijsque in se valde piis, & laudabilibus bene dicitur introducta, ut explicat S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 2. in corpore, & ad quartum, & arr. 3. in corpore, & ad secundum, Abbas in cap. suam 29. de Simonia, & in dicto cap. ad Apostolicam, Caſtren. d. cons. 363. num. 2. vers. 3. requiritur, & cons. 344. numer. 1. & 2. & singul. 433. Gratian. diſcept. 216. à numer. 33. ad num. 39. La-
- vor. var. elucubrat. tit. 2. cap. 10. num. 22. & 23. Lara de annivers. & Capell. lib. 1. cap. 25. num. 17. Amofaz. de canſipiis, lib. 6. capit. 7. numer. 27. Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. capit. 12. num. 55.
- Hæc quoad primam partem resolutionis, aggrediendo secundam, quod funerale non factum, totum, & integrum debeatur Parocho. Ratio sic decidendi fuit duplex, quarum prima stet in eo, quod attenta juris veteris Canonici censura, ius sepeliendi solum spectabat ad Parochium satione sua Ecclesiæ, quæ eo ipso, quod est erecta in Parochiale, habet proprium Territorium, Populum, & Cæmeterium, & cum his qualitatibus fuerint divisæ Parochiæ, ut Parochi suis terminis, & districtibus contenti scirent, quibus haberent ministrare Sacra menta, & concedere sepulturam, cap. Ecclesiæ, caus. 13. q. 1. capit. Pastoralis 9. de his, quæ ſiunt à majori parte Capituli, Concil. Trid. ſess. 24. de reformat. cap. 13. vers. In iis quoque. Et quia de jure solum Ecclesiæ Parochiales habebant populum, & Cæmeterium, idèò ex eadem juris dispositione illis tantum competebat ius sepeliendi, *Gloss. in Clement. dudum, de sepult. verba Sepulturam Innocent. in cap. 1. de sepult.* Abbas in c. fraternitatem 3. vers. Sed ego, eodem tit. de sepulturis, Archidiaconus in cap. certificari 9. num. 89. eodem tit. & in cap. I. pariter eodem tit. in 6. Fagnanus in d. cap. fraternitatem, numer. 4. & 6. & Labor. var. elucubr. tit. 2. capit. 9. numer. 2. 3. & 7. Frances. de Eccles. Cathedral. capit. 17. numer. 7. Amofazo de cauſpiis lib. 6. cap. 2. à num. 15. ad num. 19.
- Adeout communis sit antiquorum Canonistarum sententia Ecclesiæ non Parochiales, & præcipue illas Monachorum, & Regulatium, quia de jure non habebant populum, solumque retinebant Cæmeterium pro se ipsis, non potuisse niſi proprios Monachos sepelire ad expressum Text. in cap. placuit i. caus. 16. q. 1. Jusquæ illud, quo gaudent tumulandi alios, qui in eorum Ecclesiæ elegerint sepulturam, non ob-

- obtinere ex juris communis dispositio-  
ne, sed ex privilegio S. Sedis Apostoli-  
cæ, ut probatur *ex capit. certificari 9.*  
*cap. in nostra 10. versic. E contra, ubi*  
*gloss. versic. nisi dolo, ibi. & sic propter do-*  
*lum cessat privilegium, de sepultur. cap. 1.*  
*de palt. in 6. Et magis aperte convinci-*  
*tur ex Clemen. dudam, vers. huiusmodi*  
*quoque Statuto, de sepult. ubi per privile-*  
*gium Sedis Apostolicae conceditur Fra-*  
*tribus Prædicatoribus, & Minoribus,*  
*ut in suorum Ordinum Ecclesiis ubili-*  
*ber constitutis, liberam habeant sepul-*  
*turam ad tumulandos eos, qui in illis hu-*  
*mari voluerint, & ita tenet Abbas in*  
*cap. fraternitatem 3. de sepultura dicens*  
*se numquam aliquam Constitutionem*  
*legisse, in qua caveatur, Monasteria*  
*habere de jure Cemeteria, nisi pro suis,*  
*& comprobant Federic. de Senis, cons.*  
*135. num. 19. Navar. conf. 1. num. 1. de se-*  
*pultur. in novis, Cironius in c. 2. de sepul-*  
*in 5. compilat. Lavor. d. tit. 2. cap. 9. nu-*  
*mer. 10. Samuel. de sepult. pralud. 10. nu-*  
*mer. 2. Lezan. vers. Sepultura, num. 4.*  
*Gonzal. in cap. fraternitatem 3. num. 7. &*  
*in cap. super 8. n. 11. vers. pro cuius Tex-*  
*tus expositione, de sepult. Amostaz. de*  
*causis ppiis, l. 6. c. 3. n. 1. & n. 38. vers. &*  
*postea Pontifices.*
- 24 Quin attendendi sint aliqui recentio-  
res, videlicet Fagnan. in d. cap. frater-  
nitatem num. 5. & 6. Passerin. de stat. ho-  
min. tom. 2. quest. 187. art. 4. à nn. 137.  
ad num. 142. Bordon. resolut. 51. numer.  
6. tenentes etiam Regularibus permis-  
sam esse potestatem sepeliendi in suis  
Ecclesiis ex juris communis dispositio-  
ne; Tum quia contra illos stat communis  
omnium antiquorum, & gravissi-  
morum Canonistarum Sententia; Tum  
quia Textus per illos citati potius fa-  
vent, quam adversentur contraria com-  
muni opinioni; Nam dictum *cap. fra-*  
*ternitatem 3. de sepult.* explicat *Abbas*  
*in vers. unde intelligo*, dicens esse in-  
telligendum de Monasteriis habentibus  
populum, vel jus sepeliendi ex privile-  
gio. Et in hoc etiam sensu intelligenda  
esse, *cap. ubicumque 6. 13. quest. 2. & c.*  
*Agapitus 23. 16. quest. prima*, ait *Gloss.*  
*in cod. cap. Agapitus, verb. Missas, in*  
*cap. Interdicimus, verb. ab Episcopis 15.*
- quest. prima: Quamobrem Innocent. in  
cap. 1. de sepult. statuendo in hac ma-  
teria regulam generalem, omib[us] ca-  
vendum esse monet ( sunt ejus verba )  
quod non omnis Ecclesia habet Ceme-  
terium, seu illæ tantum, que habent Popu-  
lum, vel illæ, quibus concessum est ex pri-  
vilegio.
- Unde ex quo de Jure communi Mo-  
nachi, aliique Regulares non poterant  
recipere alios fideles in suarum Eccle-  
siarum sepulturis, impetrabant privile-  
gia Apostolica, quæ ne in totum essent  
præjudicia Ecclesiis Parochialibus,  
in eis appotiebatur clausula *salva justitia* 26  
*illarum Ecclesiærum, à quibus mortuorum*  
*corpora assumuntur*, per quam clausu-  
lam Pontifices præservare semper intel-  
lexerunt portionem Canonicam debiti-  
am Ecclesiæ Parochiali, ex quo ipsis  
de jure, semotis dictis privilegiis, jus  
sepeliendi suos Parochianos compete-  
bat privativè quoad omnes Regulares,  
ut dicitur in dicto *cap. certificari 9.* cum 27  
*Gloss. de sepult. &c. notat Gonzal. in cap.*  
*cum super 8. num. 11. eodem tit. Lavor.*  
*var. elucubr. tit. 2. cap. 9. num. 5. Bar-*  
*bos. de offic. Paroch. p. 3. cap. 25. num.*  
*10. Rot. dec. 83. post Tamburin. de Jur.*  
*Abbat.*
- Secundam rationem petierunt Domini-  
ni ex ipsius juris communis censura,  
juxta quam emolumenta funeralia re-  
cenissentur inter jura Parochialia, solis  
que Parochis exercentibus curam Ani-  
marum tributum est jus illa perendi,  
non jam ratione laboris in corporibus  
fidelium humandis adhibiti, sed in com-  
pensatione oneris Officii Cutati, &  
administrationis Sacramentorum: De-  
cet enim presbyteros, qui populum  
prædicatione instruunt, divina cele-  
brant Officia, nocte, dieque Sacra-  
menta ministrant, precesque pro po-  
pulo effundunt, inter alias obventiones  
necessariis pro illorum congrua, &  
decenti substantiatione recipient etiam 29  
istam emolumenterum funeralium, ut  
habetur ex *cap. primo*, 4. & 10. *de se-*  
*pult. Clem. dudam, §. Verum, eodem tit.*  
*ubi latè Vitalin. num. 5. Federic. de Senis,*  
*conf. 3. num. 8. & 9. Roman. conf. 342.*  
*num. 1. & 2. Petrus de Ubald. in tract.*

S 2 de

de Canonic. parochial. cap. 2. per rot. & cap. 6. num. primo, & cap. 7. eodem numero, Barbos. de paroch. cap. 25. numer. 19. & 32. Amostazz. de causis piis, lib. 6. cap. 3. num. 39. & 42. Rotacoram Mantaica, decis. 294. numer. primo, & coram Caval. dec. 101. num. primo, cor. Meulino, decis. 19. num. 2. & decis. 480. n. 5. cum seqq. & dec. 99. n. 6. coram Manzana. & decis. 402. num. 5. cum seq. par. 5. recent. tom. I. & decis. 552. numer. 8. eadem p. tom. 2.

Posito autem, quod jus sepeliendi, ac funerandi, exigendique funeris emolumenta de jure communi spectet ad Parochum, & non nisi ex privilegio, & Sedis Apostolicæ concessione competat Ecclesiis non Parochialibus, & Regularibus, in quibus defuncti sepulturam elegerint, sequitur de plano, quod ubi non constet de privilegio concessio Ecclesiis non Parochialibus sepelientibus consequendi funerale non factum; istud circā ullam ambigendi rationem debetur Parochō juris assistentia suffulto ex notis principiis, quod habens pro se juris regulam, dicitur habere intentionem plusquam fundatam, ex relatis in decis. 151. num. 7. & 8. par. 6. recent. & allegans privilegium debet illud probare, & taliter, ut de eo hæstari non possit, ex congestis per Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 194. Rota coram Burat. decis. 140. n. 1. & decis. 185. n. 9. coram san. mem. Alexandro VIII.

Hujusmodi porro privilegium usque modò non fuit ostensum in corpore juris existere, non suffragante deducto ex cap. relatum 2. cap. cum super, & c. In nostra, de sepult. Clementin. dudum eodem titulo; Nam quamvis ibi disponatur, quod humatis defunctis extra Parochialem Ecclesiam, teneatur Ecclesia sepeliens præstare Patochis tantummodo suam portionem Canonicam, quæ a Clemente III. in cap. certificari de sepult. est taxata in tertia, vel quarta parte emolumentorum funeris, aliorumque legatorum intuitu sepulturae relictorum, vel etiam in medietate juxta peculiares locorum, Regnorumque consuetudines, ut pluribus aliis deduc-

Etis latè differit Amostazz. de causis piis, l. 6. cap. 3. à num. 37. ad 42. quæ in Urbe viget solvendi medietatem, redactaque est in legem per Statutum Cleri Romani confirmatum à san. mem. Urbano VIII. anno 1629. sub c. 4. per ea, 34 quæ tradunt Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 25. numer. 41. & 42. Passerin. de stat. Homin. quæst. 187. art. 3. num. 487. in fine.

Loquuntur tamen relatæ Decretales, & Conciliares dispositiones de funere facto, & legatis expressè in eorum ultimis tabulis Ecclesiæ sepelienti reliatis, ut litteraliter patet ex cap. 1. de sepult. ibi, sed quia dignus est Operarius mercede sua, tertiam partem sui judicii illi Ecclesiæ dari censemus, in qua celesti pabulo refici consuevit, ex quo verbo iudicii sui clare deprehenditur, Pontificem loquutum fuisse de relictis Ecclesiæ sepelienti, & explicat benè Gloss. ibi in verbo iudicii: Idemque statuitur in cap. relatum 2. ibi: Omnia rerum, & possessionum, quas pro salute Anima sua decreverit disponere, medietatem Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pervenire, relinquat; Et concordat cap. cum super 8. ibi: Praesertim auctoritate statuimus, ut si aliquæ Parochianorum vestrorum alibi contingit eligere sepulturam, de testamento ipius quartæ vobis portio relinquatur; Rursus in cap. In nostra 10. ibi: Talem super his duximus sententiam proferendam, quod predicti Hospitalarii de cetero non recipiant Parochianos Ecclesiæ supradictæ, nisi apud eos elegerint sepeliri, & tunc Parochialis Eccl. de oblationibus letis & aliis, quæ defunctus inductus fuerit ad dispositionem hujusmodi faciendam; Idipsum demum cavetur in Clem. Dudson, §. Verum ibi: ne Parochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, sive Rectores, quimodo habent Ecclesiastica Sacramenta, debitiss, & necessariis beneficiis defraudentur, auctoritate Apostolica constitui mus, & ordinamus, fratres de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscumque relictis distincte, & quomodo cumque relictis, &c. necnon de datis, vel qualitercumque donatis in mortis articulo, & quartam partem auctoritate Apostolica taxamus.

Si

- Si igitur recensita privilegia concedentia Ecclesiae non Parochialibus, & Regularibus sepelientibus funerum obventiones, deducta Canonica portione pro Parochis, restricta dignoscantur ad funerales oblationes, & legata à Testatoribus relicta, nullo modo extendi possunt ad emolumenta funeris non facti, & ex consuetudine taxandi, resistente natura privilegiorum, quæ sunt strictissimi juris cap. privilegium dist. 3. c. Abbate, §. Contra quod de verb. signif. l. quia personale, ff. de solut. matrimon. Surd. dec. 30. num. 4. & tantum suffragantur, quantum litteraliter sonant. Innoc. in cap. dilectio de Offic. Archidiacon. cap. auditio, ubi Felic. num. 10. de praescript. Frances. de Eccles. Cathedral. cap. 30. nu. 37 171. & 185. Rot. decis. 2242. n. 7. coram Coccino.
- Minime refragante identitate ratiōnis, quæ pretendit intercedere inter funerale factum, quia etiam hoc concurrēt, privilegia extendenda non sunt de casu ad casum similem cap. suggestione decim. lib. I. Cap. de legib. latè Giron. de privileg. & exempt. explic. ex num. 53. Carol. T apia ad rubr. ff. de Constit. princ. c. 6. per tot. Hortig. in patrocin. Gymnas. Cesaraugstan. part. 3. num. 16. cum seqq. Fontanell. decis. 476. num. 7. Rota decis. 8. n. 3. & 4. part. 8. & decis. 287. numer. 6. part. 18. Et in specie, quod Clementina dudum in iis, quæ adversantur juri communi, sint strictè intelligenda ait ibidem gloss. in verb. de jure Petr. de Ubald. de Canonic. portion. cap. 4. num. 15. Passer. dicta quas. 187. n. 512. & individualiter, quod hæc Clementina, utpotè loquens de funeralibus relictis non comprehendat funus non factum tradit Pignatell. tom. 6. consult. 88. n. 2. & 3. Rota in dicta Romana Funeralium 24. Aprilis 1690. §. visa est coram R. P. D. meo Caprara.
- Cæterū pro effectu, de quo agitur, notabile intercedit discrimen inter funerale à Testatoribus relictum, vel ab hæredibus factum, & funerale non factum, atque ex consuetudine taxandum. Eatenus enim Sacri Canones ex funerali relicto Ecclesiae sepelienti quartam tantum separaverunt in beneficium Monacelli, Formul. Suppl.
- Ecclesiae Parochialis, in quantum ex una parte omnia jura clamant Defunctorum Judicia servanda esse, l. meminirent Cod. undē vi, & auth. de hæredib. & Falcidio in fine. Ex alia verò parte valde durum apparuit, quod morientes oblii Ecclesiae Parochialis, à qua tamquam filii spirituales pabulum salutis æternæ receperunt, debuissent Ecclesiæ matrem exhiberedare, & fraudare, ad favendum Ecclesiae sepelienti extraneæ. Inde tributa potestate unicuique ad suum Beneplacitum, & arbitrium eligendi sepulturam, eodem contextu caverunt ex omnibus emolumenis, & oblationibus Ecclesiae sepelienti factis quartam detrahendam esse favore Ecclesiae Parochialis, ut sicuti hujus Ministri fuerunt socii passionis fidelium sub ea viventium, sic etiam in morte fierent Comparticipes Consolationis juxta dictum Apostoli in cap. I. ad Corinthios relatum in cap. I. de sepult. & tradunt ibi Abbas nu. 3. Hostiens. & Jo. Andr. magis latè Gonzal. in cap. Cum super de sepult. Pignatell. conf. 229. n. 10. tom. 4. & conf. 88. n. 6. tom. 6. ubi adducit pulchrum locum S. Augustini relatum cap. placuit 7. §. Sed non videtur libera, & cap. Si quis irascitur 15. q. 2.
- Cessante autem hominis dispositione, quia scilicet funus nec relinquitur à Testatore, nec fit ab hærede, nullum jus, neque ratio suadet emolumenta funeris non facti competere Ecclesiae non Parochiali sepelienti, non Jus, quia si attendatur antiquum Sacrorum Canonum, istud ( ut dictum est ) Jus sepeliendi, & funerandi solum concedebat Ecclesiae Parochiali. Neque jus novum posteriorum Canonum, quia hoc ex privilegio permisit Ecclesiae non Parochialibus, & Regularibus posse sepelire, & recipere emolumenta funeris expressè relictæ, & facti, ut etiam probatum est; Neque ratio, quia si fundatur in labore, qui substatinetur in funeris celebratione, & isto non facto, cessat labor, ac per consequens nullatenus debetur emolumendum ejus occasione præstandum, ut notavit Rota in dicta Romana Funeralium 24. Aprilis 1690. §. Idque comprobatur, minusque

ratione datæ sepulturæ, nam aut sermo est de habentibus sepulturam majorum, & illi habent Jus ibidem se humandi; Aut de non habentibus, & in hoc casu solùm Ecclesia sepeliens pro praesita sepultura prætendere potest, quod est solitum, vel voluntati oblatum, nunquam tamen funerale non factum excludum juxta dignitatem, & facultates defuncti, quia hoc Jus est solius Ecclesiae Parochialis: Aliud enim est Jus sepeliendi, & aliud Jus funerandi; Illud ex privilegio competit aliis Ecclesiis non Parochialibus, istud vero semper competit Parocho ex notatis per *Lapum, alleg. 59. n. 3. ubi citat. cap. 2. de sepulturis in 6. & sequitur Pignatell. tom. consult. 88. n. 8.*

46 E contra verò Jus, & ratio militant favore Parochorum: Jus enim vetus eisdem tribuit tam jus sepeliendi, quam exigendi funus. Novum pariter, quia ex rebus occasione Sepulturæ relictis Ecclesiae sepelienti quartam ad illorum favorem separavit contra ipsius Testatoris voluntatem, ut tradit *Roman. conf. 343. num. primo, & secundo, Federic. de Senis, conf. 3. num. & 9. Ancharan. in cap. Officii de Testam. & ibidem Abb. num. 3 & 5. Petr. de Ubald. de Funeral. port. cap. 3. num. 2.* Ratio quia Parochi, ut ait Concilium Viennense in toties citata *Clement.* Dudum, habent ministrare Ecclesiastica Sacra menta, prædicare, & proponere Verbum Dei, confessiones audire fidelium. Justum propterea, & conveniens est, ut sicuti quando Testatores disponunt favore Ecclesiae sepelientis, recipiunt Canonica portionem, sic quando decedunt, nulla facta dispositione, & eorum heredes impiè, vel negligenter cum eis se gerant, non faciendo solitum funerale in integro ejus emolumento ex consuetudine taxando succedat Ecclesia Parochialis uti mater suis filiis Spiritualibus ab intestato; Sicuti succedit in ipsa quarta Canonica, quoties à Testatore non relinquatur, ut ait *Federicus de Senis dicto conf. 3. num. 8. Roman. conf. 343. num. primo, & 2. Pignatell. consult. 229. num. 10. tom. 4. & consult. 38. num. 6. tom. 6.*

Merito proinde in Statuto Cleri Romani cap. 4. tit. de Canonica portione §. Quarto, quinto, & septimo, considerando casum, quo funeralia celebrarentur in alia Ecclesia, quam sepeliente cautum legitur, ut illorum obventiones dividantur inter Ecclesiam Parochialem, & illam in qua funus celebratum fuit, quia revera hæc, præscindendo à funere relicto, vel in ea facto, nullum 49 Jus prætendere valet pro taxatione non facti, illiusque petitione, ut notavit *Rota in dicta Romana Funeralium coram R. P. D. Caprara, §. Idque comprobatur.*

Stabilito ex hac tenus deductis funerale non factum, attenta Juris dispositione, torum, & integrum spectare ad Parochum, nullam promeruit animadversionem consuetudo in contrarium per Parochum Lateranensem allegara, & subnixa pluribus extrajudicialibus attestationibus, quia cum ex parte illius Sancti Eustachii, aliorumque Parochorum Urbis exhibita fuerint plures aliae oppositum comprobantes, nullum solidum constitui potest fundamentum super observantia adeo disformi, & ex actibus contrariis hinc inde interrupta, 50 ideoque recurrendum solummodo est ad juris censuram ex traditis per *Alex. conf. 173. per tor. lib. 6. Dec. conf. 214. fere per totum, Bich. dec. 48. numer. 15. & in dicta Romana Funeralium coram R. P. D. meo Caprara, §. penultimo.*

Demum Vicario perpetuo, seu Parocho Basilicæ Lateranen. ad effectum consequendi funerale non factum parum suffragari visa sunt ea, quæ cum labantur circa superioritatem, & præminentiam qualitatem dictæ Sacrosanctæ Basilicæ, quia hujusmodi superioritas, & præminentia consistit in eo, quod sit Sede Summorum Pontificum, caput omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis, & inter eas primum locum obtineat *cap. Constantinus 13. 51 distinct. 96. & declararunt Gregorius XI. Sanctus Pius V. in constit. 94. & Sixtus V. constit. 19.* quæ præminentia non operantur, quod illius Vicarius exercere valeat aliquod jus Parochiale in sub-

subditos aliorum Parochorum. In urbe enim Parochiae sunt distinctæ, siveque habent districtus, & limites, quos Parochi egredi nequeunt, & ipsemet Vicarius perpetius Lateranen. habet suam curam distinctam, & separatam cum assignatione emolumentorum provenientium tantum à servitio actuali sue Parochie, ut patet ex institutione Vicarii Lateranensis, & aliarum Ecclesiarum  
 52 Urbis facta à bon. mem. Pio V. in consti. 139. & tradit Pignatell. tom. 7. consult. 89. tota, & signanter n. 16. cum seqq. Sicque prefato Vicario permisum non est in exercitio Curæ, neque in hac materia funerum ponere falcam in messem alienam.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. A N S A L D O.

Mediolanen. præminentiarum.

Mercurii 20. Decembris 1705.

#### ARGUMENTUM.

Manutentio datur successori in dignitate constituto de possessione penes ultimum Antecessorem, si illius Personam induat, si autem veniat ex Persona propria, & nomine dignitatis, ultimi Antecessoris factum non minuit ipsam dignitatem, quæ possessionem tribuit, reliqua patent ex Summario.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Manutentio numquam denegatur habenti possessionem, seu quasi.
- 3 Successori in dignitate competit manutentio ex sola possessione antecessoris.
- 4 Manutentio concedi debet in eo statu ac eo modo quo quis possidebat ante motam litem.
- 5 Testes quomodolibet inducti in Judicio manutentionis sufficiunt.
- 6 Probationes etiam leves in Judicio

- manutentionis sufficiunt.
- 7 Possessio praecario nomine adepta non est manutentibilis, & de ratione.
- 8 De stylo Congregationis Rituum.
- 9 Dignitas respectu manutentionis minor non potest per factum, seu negligentiam illius antecessoris, quæ eam possidebat.
- 10 Possessio, quam quis ex propria persona, ac ratione alicuius dignitatis acquisivit, est omnino independens à facto aliorum Antecessorum.
- 11 Index potest ad se evocare possessionem ad rivis, & Jurgia evitanda.
- 12 Avocatio possessionis penes Judicem non privat possessione.
- 14 Possessio potiori suffulta titulo prærenda est.
- 15 Decretum in dubio potius diffinitivum, quam provisionale censendum est.
- 16 In judicio manutentionis solum factum attenditur.
- 17 Attestationes, quæ proveniunt ab habentibus interesse parvipenduntur.
- 18 Si vincovincentem te, eo magis vincote.
- 19 Praeminentia debetur magis laboranti.
- 20 Garz. de Benef. par. 5. cap. 4. num. 111. declaratur.
- 21 Lex particularis prevaleat Universalis, sicut statutum iuri communi.
- 22 Ordo antepositionis importat præcelentiam.
- 23 Determinatio una aquo passu determinat similitudinariæ determinabilia.
- 24 Judicio Ordinarii Sacr. Rota semper defert in ambiguitate casus.
- 25 Præcellentiarum materia dicitur relata custodie, ac religioni Ordinarii.

## DECISIO XXIII.

**C**Oelestis Urbs Hierusalem ad differentiam inferne mansionis, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, habet suos gradus, suam Hierarchiam, suosque Chotos undique distinctos, sive Angelorum, sive Beatorum Spirituum. Quapropter non minus terrena Syon in militanti Ecclesia congruum distribuit ordinem præcedendi, presertim inter suos Ministros, inter quos licet forenses audiantur sæpe sibi discrepantes, quia tamen Mater Ecclesia, ad quam recurunt, tribuens unicuique locum suum, omnia curat componere; Ita accidit in præsenti causa, in qua exorta ambiguitate, sive contentione, quinam in functionibus præcedere deberet, utrum scilicet Joannes Jacobus Theologus, sive Scolasticus Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi, vel Terræ Besutii, aut potius reliqui Canonicici, & Capitulum ejusdem Collegiatæ, excepto semper illius Capite, seu Præposito; Vicarius Metropolitanæ Ecclesiæ censuit manutentionem dāndam esse Joanni Jacobo reservata inspectione, si quæ erat, boni juris in alio, ut nuncupant possessorio plenario, atque Judicio petitorio, idque adeò justè, ut eidem Judicato superaccesserit oraculum Sacrae Rotæ dijudicans idipsum favore Joannis Jacobi.

2 Compertum etenim fuit, quod tam ipse Joannes Jacobus, quam illius Præcessores semper, atque constanter post Præpositum præcesserint Capitulo Canonorum, quare veniebat in consequentiam, quod ipsi Joanni Jacobo negari non posset manutentio in hac possessione, seu quasi, vel nomine Dignitatis, quam induebat, vel etiam nomine proprio, cum ex utroque, vel alterutro capite competat semper, & citra scrupulum manutentio actuali successori, & respectivè possessori, signanter 3 de tempore motæ litis, quoad actum, vel rem controversam, ut in proposito successoris in dignitate habetur apud Card. de Lue. de alien. disc. 70. num. 15. de Judic. disc. 44. sub num. 101. Posth. de

manutent. observ. 55. num. 90. & seqq. Rot. posthum, dec. 166. n. 1. dec. 194. n. 13. dec. 330. n. 24. & 25. coram Mantic. dec. 150. numer. 3. in recent. decis. 535. numer. 3. part. 2. decis. 35. in fine par. 5. coram Cavalier. decis. 655. n. 9. Emerix Jun. dec. 148. num. 1. & respectu existentis in qua possessione etiam ex propria persona de tempore suscitatae controversiae dixit Rot. coram Gregor. decis. 569. num. 3. in rec. decisione 270. numer. 1. part. 12. & in Novarien. Interventus in Pontificibus super manutentione 27. Junii 1704. §. prout, coram R. P. Domino meo Omanno.

Ad ostendendum verò, quod tam dignitas, vel Officium Theologiae, sive Scholastice, quam ipsem Jacobus personaliter versarerit in hac quasi possessione præcedendi, registrabantur in ejus Summario sufficientissima documenta sub n. 5. & 6. (quæve abstractivè confitebantur, & non negabant Scribentes pro Capitulo) nam ultra extra judicialia superabundantia Testimonia, afferabantur Testes formiter examinati, absque eo, quod in contrarium ulla daretur, vel minima justificatio, quando tamen in summarissimo manutentionis Judicio Testes quomodolibet inducti, levioresque probations admittuntur, ut seorsim affirmant quicad primam conclusionem Rota coram Emerix jun. decis. 644. nu. 1. & in Pampilonen. Præminentiarum 7. Martii 1701. §. Fuisse, coram Illustriss. Domino de Olmo Legionen. decimarum super manutentione 3. Julii 1705. Neque, coram R. P. D. meo Omanno, & Civitatis Plebis Jurium Parochialium super manutentione 3. Julii 1705. §. In quorum, coram Reverendissimo Domino meo Decano, & quoad secundum Rota de manutent. observ. 28. numer. 31. Rota in recent. decis. 95. num. 7. & seqq. p. 18. & in dict. Pampilonen. præminentiarum 7. Martii 1701. §. Fuisse, & in Tarraconen. Insignium super manutentione 3. Julii 1702. §. Præmisso R. P. D. meo Caffarello, Ternolen. manutentionis 15. Februarii 1705. §. Et tamen, & §. Et quoniam, cor. Reverendissimo Domino meo Decano Novar. interventus in Pontificibus super manutentione 27. Junii

Junii 1704. §. Illorum , coram R.P.D. meo  
Omanna , Vicen. juris sedendi in Choro  
26. Junii 1704. §. Nec obstat , coram R.  
P. D. meo Muto , & Civitatis plebis  
Iurium Parochialium super manutentione  
3. Julii 1705. §. in quorum , coram Re  
verendissimo Domino meo Decano , &  
in citata Legionem. Decimorum 1705. pa  
rag. Necne , coram R. P. D. meo O  
manna .

Neutquam adversante , quod Ale  
xander Prædecessor Joannis Jacobi hu  
jusmodi præcedentiam post Præpositum  
adeptus esset ex mera tolerantia , & be  
nignitate , ac titulo Precarii Canonic  
orum , & Capituli , quemadmodum litt  
eraliter constabat ex publico Instrumento  
exhibitio pro parte Canonicorum *Summa  
rio Joannis Jacobi* , num. 14. undē talis de  
cantata quasi possessio Theologi , sive  
Scholastici ex claro facto , & confessione  
sui Antecessoris minimè foret manuteni  
bilis , quemadmodum in ordine ad pos  
sessionem precariam , quæ civiliter in  
hoc casu non avellitur ab ossibus con  
cedentis , absque contradicente affirmarunt  
*Menoch. de rerinen. posses. remed. 2. num.  
7. 19. Card. de Luc. de servitut. disc. 34.  
num. 3. Posth. de manut. observ. 5 2. num.  
21. Rot. post eum, dec. 1144. num. 6. &  
Decis. 235. num. 2. & 3.*

Siquidem licet de hac petitione Ale  
xandri dubitari non posset , adhuc hu  
juscmodi solus actus effulgit inefficax  
pro exclusione hodierni Joannis Jacobi ,  
nedum quia idem actus ex semetipso vi  
debat improprius , cùm nesciretur ,  
quare reliqui Canonici potuerint , aut  
valuerint per hanc assertam precariam  
concessionem deturbare Hyerarchiam  
Capitularem , quod non de facili audi  
tur in materia Rituum , quorum de  
terminatio pendere solet à Papa , vel  
alatem Ordinario loci , Teste *Pignatell.*  
consult. 14. num. 11. Card. de Luca in re  
latione Romana Curiae , disc. 17. num. 1.  
& seqq.

Et quare Alexander demonstraverit  
hanc modestam audaciam , ni dicamus ,  
ambitionem , exoptandi , implorandi  
que præcedentiam , quæ sibi non com  
petebat , ac propterā videbatur eadem  
potius formula loquendi , tribuenda for

fan affectatæ moderationi , & cæremon  
ia , quād quod importare valuerit agni  
tionem incompetentiæ loci , quem de  
facto occupabat , ut passim videmus de  
Creditore , qui solet prius rogare debito  
rem verbis humanissimis , ut sibi sol  
vat , quād deveniat ad verba judicia  
lia per viam petitionis , & relaxationis  
mandatorum ex iis , quæ lepidè anno  
tantur in Romana multiplicorum 6. Junii  
1701. §. Minusque , & §. Accident , co  
ram Reverendissimo Domino Magna Can  
cellario Mediolani .

Cæterum hic actus non erat capax of  
fuscani aliorum Prædecessorum ante  
cellentiam , dum quando tractatur de  
manutentione nomine dignitatis , sive  
Officii , parum curatur , si aliquis de me  
dio actum gesserit contrarium ; Digni  
tas quippè semper est eadem , nec mi  
nuitur per alicujus Antecessoris factum ,  
sive negligentiam ad tradita respectu ma  
nutentionis , *Rota in Tarac. iurium Pa  
rochialium 28. Apr. 1702. §. fin. coram  
bon. mem. Pio , Turritana Decimorum  
21. Decembri 1703. §. Denique , coram  
me , Asturicen. Praeminentiarum 2. Jun  
1705. §. coram me , Urgellen. Admini  
strationis super collectione elemosynarum  
13. Januarii 1705. §. Stante coram R.  
P. D. meo Caprara.*

Fortius ex quo Jo. Jacobus in capta  
nate possessione præfatæ Dignitatis , sive  
Officii non repetit hanc precariam pe  
titionem , ac propterā cum præter fa  
ctum aliorum Antecessorum , excepto  
Alexandro , existeret de per se , sive ex  
persona in hac quasi possessione præce  
dendi , meritò expostulabat in ea ma  
nuteneri , sicuti præter superioris allatos  
prosequuntur *Garz. de re benefic. par. 5. 10  
cap. 5. num. 9. & seqq. Posth. de ma  
nut. observ. 56. num. 19. de Luca de Ju  
repatri. disc. 63. num. 36. Rot. in recent.  
decis. 35. in fine, par. 5. coram Cavalier.  
decis. 655. num. 9. Emerix. Jun. decis.  
& seqg.*

Quod si occasione cuiusdam proce  
ssionis , sive associationis cadaveris reli  
qui Canonici contenderent præceden  
tiā , quia toleraverant Joanni Jacobo ,  
& Vicarius Mediolanen. avocavit ad  
se possessionem , & controversiam , uti  
juri-

<sup>nat.</sup> juridicè practicatur ad rixas, & iurgias <sup>observat.</sup> 42. num. 95. Rota post evitanda ex collectis per Curt. senior. cons. 60. num. 2. Menoch. de retinen. remed. ultim. num. 45. Desiderium Guido cons. 44. num. 7. Rotam Dunoz. Jun. decis. 74. num. 11. & seqq. & decis. 763. num. 9. & in recent. decis. 681. ex num. 3. par. 19. & in Romana Majoratus. & Primogenitura de Cesarinis 17. Junii 1686. parag. Verum quia, & seqq. coram bon. mem. Alber-

gato.

<sup>12</sup> Non tamen idcirco deaudivit cumdem Jacobum sua quasi possessione, quia similis avocatio, prout, & sequestrum non privat possessorem sua possessione, ut est notorium, & firmant Alex. cons. 119. num. 15. Desiderius Guido, cons. 44. num. 8. Rot. coram Ubald. decis. 300. num. 58. & in recent. dicta decis. 681. num. 6. par. 19. tom. 2. coram Buratto, decis. 185. num. 16. Gregor. decis. 9. num. 11. & 12. & in Viterbien. manut. II. Maii 1696. §. Prout, coram R. P. D. meo Scoto.

<sup>13</sup> Maximè dum idem Vicarius Generalis seriò postmodum Partibus auditis decrevit manutentionem Joanni Jacobo, quod fieri non solet, nisi favore habentis potiora jura, ut ait Rota in recent. decis. 150. num. 21. par. 16. ubi alios allegat, & in prophanis practicatum fuit in illa celebri Romana Primogenitura de Cesarinis cum similibus. Sicque retorquendo objectionem, potius presumendum erat pro decreto definitivo, quam pro mere provisionali ipsius Vicarii Mediolanensis ad regulam, de qua

<sup>14</sup> Posth. de manut. observat. 106. numero 63. & seqq. Rota coram Priol. decis. 365. num. 22. & in recentior. decis. 315. num. 9. & 10. part. 19. tom. primo.

<sup>15</sup> Et ob id superflua erat responsio ad quasdam assertiones quatuor Canonorum super eo quod, & ipse Joannes Jacobus exorasset Capitulum pro obtainenda præminentia; Facilius quippe hujusmodi assertio reterquebatur, quoniam jam haec assertio involvebat superius facti actualis precedentiae, & in judicio manutentionis attenditur solum factum, ut inquit Posth. de ma-

decis. 516. num. 3. in recent. decis. 496. num. 6. par. 4. & decis. 661. num. 4. par. 18.

Circa autem qualificationem, seu qualitatem ejusdem facti non poterant attendi tales assertiones quatuor Canonorum, nisi à fortiori referantur ad quandam urbanitatem, & moderationem Joannis Jacobi, non erat quippe verisimile, quod Capitulum omisisset confici Instrumentum hujus rei, sicuti diligens fuit in praetensa depreciatione Alexandri, ut patet ad sensum, etiam omissa propositione, quod hæ attestations, nisi aliud adsit, parvipenduntur, tamquam provenientes ab habentibus interesse, juxta congesta ad Text. l. omnibus, Cod. de testib. l. nullus, ff. eodem per Rot. in recent. decis. 220. num. 7. par. 17. Illerden. Vigesima, seu salarii 24. Novembris 1702. §. Quo enim, coram R. P. D. meo Lancetta, Camerinnen: Decimmarum 2. Junii 1704. §. Alii, coram eodem Illerden. Juris votandi super manutentione 27. Junii ejusdem anni, §. Minus, coram R. P. D. meo Scoto.

Fulciebatur possessorum militans pro Joanne Jacobo fortasse non tantum ex substantia boni juris, Divus siquidem Carolus Borromaeus, qui post impletum grande officium primi Administri, & Nepotis san. mem. Pii IV. ejus Avunculi, sancta ejus manus dederat insigni operi terminationem Conc. Tridentini, toto animo, totis præcordiis invigilans ejusdem Tridentinæ Synodi exequutioni, mandaverit in suo Provinciali, & celebri Conventu Archiepiscopatus Mediolanensis, usque de anno 1584. Quod in unaquaque Ecclesia Cathedrali, sive Collegiata ejus. Diocesis, nisi ad mentem ejusdem Concilii Tridentini eripi posset duplex præbenda Theologi, ac Scholastici, sed una dimittaxat ut ibi: *Ubi tamen una tantummodo præbenda constitui potest, ea Scholastico attribuatur: procedendo autem cum supposito Theologalis clare determinaverit. Quod haec sive Theologus primarium locum in Canonicatibus obtineret, adeout, qui illam obtinuerit, hanc pri-*

primam Chori sedem post Dignitates eo loci consistat perpetuo. Proindeque dum ex toto literali contextu liquebat Scholastriam esse præferendam etiam ipsi Theologali, quodque eadem Theologalis habere deberet superiorum sedem, parum videbatur dubitandum, quod Scholastria ex vi Synodi Provincialis D. Caroli deberet post Dignitates implere primam sedem ex noto axiomate, saltem ad hunc effectum applicabili, quantumvis in aliis casibus dispari, si vincovincentem Te, &c. de quo Oldrad. cons. 198. num. 6. Aretin. cons. 27. num. 1. & cons. 118. num. 1. Socc. jun. cons. 10. num. 17. lib. 2. Mant. de conjectur. ult. vol. lib. 10. tit. 7. num. 6. Castill. controv. jur. lib. 3. cap. 30. num. 1. & seqq. Rot. in recent. decis. 284. num. 25. par. 18.

18 Eoque magis, quia revera ante celebrationem hujus Synodi Provincialis, idem D. Carolus in visita visitatione præsentia cuncta loca suæ Metropolitanæ Jurisdictionis usque ad Rethos, & Helvetios, etiam hanc Terram, sive Oppidum Besutii; Sacrosanctè erexit in ista Ecclesia Collegiata SS. Tiburtii, & Alexandri Scholastricam, seu Præbendam Theologalem, & Magistralem, Summario Joannis Jacobi, num. 1. Proindeque dum ex una parte Synodus ab eodem Sancto celebrara clare præferebat post Dignitates Capitulorum Canonicum, seu Præbendam Theologalem, & perantea in visitatione hujus Ecclesiae SS. Tiburtii, & Alexandri promiscue usus apparebat nomine Scholastræ, ac Præbenda Theologalis, de plano evincebatur quod semper völuerit præcellere eos, qui vel in una, vel in altera ad opportunitatem, & angustiam loci insignirentur præbenda, ex ipsa motivata forsitan ratione, quod semper mereantur anteferentiam, qui majore insudant labore l. contra publicam in fine Cod. de re militar. Dec. ik l. cum quid, num. 19. in prima lectura, & num. 34. in secunda lectura, ff. si certa petat. Boer. de authorit. Magn. Consilii, num. 145. Pignatell. consult. canonic. 12. num. 30. tom. 5. Rota coram Pamphil. decis. 92. num. 4. & seqq.

Atque hinc obstat nequibat, sive

applicari Garzias de Benefic. p. 3. cap. 4. num. 11. §. Congregatio in fin. authu. mans ex Sacrosancto præscripto Congregationis Rituum, Canonicum Theologalem præcedere non debere ceteris Canoniciis, sed state debere in loco, & ordine suo; Nam ultra quod hujusmodi decretum loquebatur inter Canonicos, quotum aliquis esset decoratus Præbenda Theologali, & ideo non ira facilè congruebat in casu, quo D. Carolus erigendo hanc novam Præbendam Scholastricam, sive Theologalem, unitis ad hunc effectum nonnullis Beneficiis de consensu Patronorum, & sic verisimiliter de eorumdem Patronorum assensu hanc præcedentiam indulserat; demonstrabatur tamen, quod Sac. Congregat. Concilii forsitan inspectis hisce particularibus circumstantiis in concreto Dicecisis per D. Carolum restauratæ approbaverat, canonizaverat hanc Synodum Dicecesanam, Sum. ditti Joannis, Jacobi num. 12. quæ sanè particula-  
ris lex prævalebat legi universali, sicuti videmus in Statutis derogantibus juri  
communi, quod semper illis deferrunt,  
Baldo cons. 174. in fine lib. 2. Handed.  
cons. 12. num. 4. lib. 1. Desiderius Guido  
cons. 40. num. 76. ubi de Statuto Aculi,  
in forma specifica confirmato, Gratian.  
discept. 418. num. 2. Rot. in Reatina suc-  
cessionis 16. Jan. 1705. & 15. Junii ejusd.  
annii, §. Quoad primam, coram R. P. D.  
meo Muto, & in specie Constitut. Syno-  
dalium præcipue editarum, prout hic à  
S. Legislatore, & approbatum à S. Sede  
monuerunt. Messobr. de Synod. c. 5. num.  
7. seqq. Rot. coram Zarat. decis. 74. num.  
20. & 38. & in Calaguritana Decima-  
rum de Mastrillis 18. Martii 1595. §.  
Quinimò, coram Reverendissimo D. meo  
Decano Illerden. Processionum super ma-  
numentione 21. Martii 1703. §. Facilius  
coram R. P. D. meo Kaunitz. Hortana  
Præminentiarum 16. Junii 1704. §. fin.  
coram eodem.

Accedebat his omnibus pluries suc-  
cessivè expleta visitatio Archiepiscopo-  
rum Mediolanensem, quod ita deinceps subcensuerunt post D. Carolum  
ceteri Archiepiscopi, & Visitatores  
hujus loci, de quibus in d. Summario Ja-  
cobi

<sup>22</sup> *Jacobi num. 8. 9. & 10.* inter quas visitationes potissima insurgebat illa expleta de anno 1664. in qua clarè post Præpositum deveniebatur ante Capitulum, & Canonicos ad nuncupationem Theologi, sive Scholastici dicit. *Summ. num. 10.* Quapropter non erat credendum, quod tot Visitatores illum anteposuissent ceteris Canonicis, & capitulo, cum ipse ordo antepositionis importet præcellentiam & suaptè natura antelationem, ut admonet *Fabius de Anna*, *conf. 40. num. 12. lib. 1.* & *conf. 136. num. 3. lib. 2.* *Jo. Franc. à Ponte* consult. *14. num. 58.* *Decian. conf. 7. num. 8. lib. 3.* *Menoch. conf. 902. num. 18.* & *64. Capyc. Galeott. contr. 45. num. 14. to. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. qu. 15. nu. 48. Gamma decis. 1. num. 40.* *Rovit. decis. 65. num. 13.* *Rot. in Eugubina Preminentiarum 20. Februarii 1702. §. Eoque, coram R. P. D. meo Priolo.*

Hac autem præcedentia, & antelatio ad normam Dubii per *Me* propositi sufficiebat satis evidenter in omnibus actibus processionalibus, aliisque quibuscumque, tam in Choro, quam extra Chorum, cum non foret assignabilis differentia circa hos, vel illos, immò monstruosum esset contrarium, ut quis præcederet in Choro, & non præcederet extra, si vera erat regula, quod una determinatio æquo passu determinat similitudinariè determinabilia ad l. jam hoc jure, ff. de vulgar. & pupill. *Menoch. conf. 1209. num. 20.* & *21. Rot. in rec. decis. 135. num. 24. p. 8.* & *decis. 98. num. 14. par. 18.*

<sup>23</sup> Denique ad hæc Domini facile descendederunt, quia præter quasi possessionem justificatam ex parte Joannis Jacobi, & præter exuberantem calorem petitorii, scilicet boni juris aderat de medio Judicium Ordinarii, cui Sacra Rota semper defert in ambiguitate casus controversi, tamquam informati de oibus, quas despascit, sicuti observat *Rot. post Urcol. de transact. decis. 86. num. 38.* & in Tarraconen. *Præcedentia 13. Junii 1698. §. fin. coram Me, Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Super accedebat, coram Me, Camerinen. Decimarum 2. Junii 1704. Sed Domini, coram R. P. D. meo Scotto, & in specie in Eugu-*

bina Preminentiarum 20. Febr. 1702. §. validitas, coram R. P. D. meo Priolo, & præcipue in hac materia præcedentiarum, ac processionum, quarum commendatio relata de jure est (præcisivè à factis particularibus) illius custodiæ, ac Religioni, ut sancivit *Sacrosancta Tridentina Synodus*, cap. 13. sess. 25. de Regularib. ibique *Barbos. num. 43. Pignatell. consult. Canon. 138. num. 18. tom. 1. Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 23. num. 32. select. Canc. c. 110. num. 31. de Luca ad Conciol. disc. 38. num. 1.*

Et ita utraque Parte efficaciter jura sua deducente resolutum fuit, &c.

### R. P. D. L A N C E T T A.

Valentina Beneficii.

Veneris 22. Junii 1703.

### A R G U M E N T U M:

Desumitur ex Summario.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Littera, que justificatione carent, non sunt exequenda.*
- 3 *Presentatus a Patronis habentibus possessionem presentandi, est preferendus.*
- 4 *Status ultimus, ut excludat antecedentem, debet esse ita concludenter probatus, ut nullam pati possit dubietatem.*
- 5 *Donatio Juri patronatus sine consensu Ordinarii, non sustinetur.*
- 6 *Vicarius non habens speciale Instru- mentum Procura Episcopi, talem donationem approbare non valet.*
- 7 *Justificationem preferre debent que à solo fatto dependent.*
- 8 *Ordinarius non potest confirmare do-*

donationem prejudicium juris tertio quasi.

9 Confirmatio Ordinarii retrotrahitur ad diem donationis.

10 Retractio non potest habere locum, ubi quis medio tempore jus acquisivit.

11 Nemo plus juris, quam habet in alium potest transferre.

12 Legatum à legatario non acceptatum remanet in hereditate.

13 Et talis acceptatio per legatarium est probanda.

## DECISIO XXIV.

**A**ngela, & Helena Sorores de Perez fundarunt anno 1552. perpetuum simplex Beneficium sub Invocatione Beatissimæ Virginis, & S. Joannis Baptiste in Ecclesia Parochiali S. Bartholomxi Civitatis Valentine, cum reservatione jurispatronatus pro se suisque heredibus, & successoribus. Post obitum autem illarum in duas voces Julpatronatus divisum remansit, & pro una in Michaelm Angelum Perez heredem, & Nepotem dictæ Angelæ, & pro alia in Franciscum Ambrosium Gradi heredem Helenæ transitum fuit, qui unà cum dicto Michaeli Angelo, & deinde cum ejus Successoribus, & heredibus semper ad d. Beneficium præsentarunt usque ad annum 1609. de quo tempore cum dictus Gradi dictum jus præsentandi Joanni Domenech donaverit, & donatio nulla remanserit, utpote ab Episcopo Valentino non confirmata. Ideò in successivis vacationibus uti unus Patronus continuò præsentavit Marcus Antonius Perez d. Michaelis Angeli heres usque ad annum 1681. in quo Joseph Gaudiosum præsentavit, sed cum per obitum ejusdem anno 1700. secutum dictum Beneficium vacaverit, Joannes della Vega uti heres mediatus d. Marci Antonii illico ad illud Franciscum Micò præsentavit, cui in termino affixionis edictorum Joseph Escortell. se opposuit, & deinde uti præsentatus à Rectore Parochialis Ecclesiae S. Martini Legatio Euphrasie Domenech heredis Joan-

nis Domenech literas Apostolicas cum derogatione medietatis vocum obtinuit, instruendoque Judicio coram Ordinario Valentino, Josepho Sententia favorabilis emanavit, sed per appellationem à Francisco interpositam commissa mihi causa contingit disputari dubium: *An intret arbitrium, vel potius Beneficium sit adjudicandum Francisco?* Et DD. affirmativè in omnibus responderunt.

Fundamentum resolutionis stetit in eo, quod Rector S. Martini, qui Josephum nominavit, nullam penitus possessionem habebat præsentandi: nam à centum annis retro exclusivè quoad alios præsentarunt successores Angelæ Perez, quorum modernus, & ultimus Franciscum præsentavit. Deficiente itaque hujusmodi possessione consequens est, quod litteræ à Josepho cum derogatione medietatis vocum impenetratae justificatione careant, & proinde intrare debet arbitrium pro illatum executione retardanda, ut in his præcis terminis, *Lotter. de re benefic. lib.2. 2 quæst.8. num.106. Rot. coram Duroz. jun. decis. 107. num.5. & coram Celso decis. 256. num.6. & in recent. decis. 293. num. 8. par.10.*

Et è converso Beneficium venit adjudicandum Francisco tamquam præsentando à Joanne de la Vega causam habente ab illis, qui nedum in ultimo statu, sed in aliis quamplurimis antecedentibus præsentarunt, & illorum presentationes tamquam à veris Patronis factæ, fuerunt effectum sortitæ, quoties enim agitur inter præsentatos, res ad limites possessionis est definienda juxta dispositionem *Text. in cap. consul. de jur. patron. Dec. cons. 134. num. 1. Rot. coram Merl. decis. 541. num. 8. versio. Cumque contentio, & coram Celso, decis. 245. num. 1. & in recentior. decis. 167. num. 8. p.2. & decis. 315. num. 13. part. 18.*

Nec contra ultimum statum attendi meretur donatio, usque de anno 1609. facta Joanni Domenechi mediato Rectoris Sancti Martini actori per Franciscum Ambrosium Gradi, ad quem medietas dicti jurispatronatus spectabat.

Præ-

Præmissa namque responsione, quicod statutus antecedens ad hoc, ut excludere valeat ultimum statutum, debet esse iura clausus, & concludenter probatus, ut nullum umquam pati valeat dubietatem, ad notata per Butta in cap. ex litteris, num. 8. de Jurepatr. Rot. coram Merl. decis. 6411. num. 9. & seqq. & in recent. decis. 345. num. 4. par. 2. & decis. 20. num. 12. & 13. par. 12. & dicta decis. 315. num. 9. par. 18. & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. Primo, coram Reverendissimo Domino meo Decano.

Talis utique dici nequid illi defumptus ex præcitate donatione; quoniam non legitur facta cum approbatione Ordinarii; Cujus defectus operatur, ne de illa aliqua sit habenda ratio, *Lambertin. de Jur. patron. part. 2. question. prima*, 5. art. 2. num. 5. libro primo, *Rota coram Coccino*, decis. 652. num. 3. bon. mem. *Emerix*, decis. 594. num. 1. quamvis de anno 1675. appareat approbata, attamen cum iste actus gestus fuerit à Vicario non habente speciale mandatum ab Episcopo, utique semper nullum remanebit, *Calderin. cons. I. num. 1. de offic. Vicar. Grat. discept. 303. num. 10. Barbos. de jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 12. Cardinalis de Luca*, de Jur. patronat. disc. 28. num. 13. *Rot. coram Bichio*, dec. 277. num. 20. & seqq. & in recent. decis. 5737. num. 5. par. 2.

Non attenta replicatione, quod Vicarius solitus fuerit hujusmodi donationes absque ullo præcedenti mandato approbare; Siquidem hujusmodi prænarratum solitum nulla penitus in facto probatione justificatur, prout necessarium esset, *Rota in recent. decis. 630. num. 19. par. 4. tom. 3. & decis. 159. num. 5. par. 18.*

Semperque magis inefficax dignoscitur exceptio dictæ Confirmationis, non solum ex quo post lapsum 66. annorum à die factæ Donationis emanavit, & sic post mortem, tam Donatarii, quam Donatarii, quo casu remanet inefficax, ut advertit *Rota coram Dunoze*. jun. decis. 76. num. 1. verum etiam, quia cum hoc medio tempore successores Angelæ Perez in totum Jus dandi scipserunt, 3 non poterat Ordinarius, aut ejus Vicarius in præjudicium Juri tertio hoc me-

dio tempore quesiti donationem confirmare, *Lambert. de jurepatron. par. 2. lib. I. art. 17. par. 1. num. 2. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 4. num. 74. vers. Sed alias, &c. Rota coram Coccin. decis. 2166. num. 12. & seqq. & coram Bich. decis. 377. num. 8. & seqq. & in Mediolanen. Jurispatr. 4. Julii 1698. §. Nec ad evitandam, coram me; Ea quidem validissima ratione, quia cum subsecuta Ordinarii confirmatio ad diem Donationis retrorrahitur, ac si in ipsomet actu interposita fuisset, ut medio tempore alter jus acquisivit, non potest talis retractatio locum habere, *Rota coram Dur. decis. 463. num. 8. & cor. Bich. 10. decis. 277. num. 13. & in dicta Mediol. Jurispatronatus*, §. Quin urgeat, coram me.*

Posita ex prædictis nullitate donationis, curandum non est de Legato facto Rectori anno 1645. ab hereditibus quoniam Joannis Domenech Donatarii, quia sicut illi nullum poterat Jus acquiri, ita nec ejus hereditibus, qui proinde nec habuerunt quid in Rectori mediante donatione transferrent ad *Text. in l. nemo plus Juris*, ff. de Regula Juris, *Rota*, 11. decis. 688. num. 1. coram Dunoze. Jun. Maximè quia nec constat, quod Rector legatum præscriptum de Jurepatronatus 12 sibi factum acceptaverit, cùm imd termini ad deliberandum perierit, ita ut etiam ex hac circumstantia repellendus esset Successor, nisi probaret acceptationem, quæ de jure requiritur, *Rota*, decis. 13. 84. num. 3. par. 18. recent.

Quæ omnia, vel absolute de medio tollunt anteriorem statutum, vel saltē illum adeo turbidum reddunt, ut frēqueat ullo umquam modo posteriores status incontinenti probatos absorbere, & legimus Patronos in quasi possessione existentes ex allegatis.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. RAUNITZ.

Balneoregien. Beneficii.

Veneris 21. Januarii 1707.

## ARGUMENTUM.

In hac decisione latè discutitur an, & quando Juspatronatus censeatur familiare defensivum, seu potius agnatitium, Verbum Familia comprehendit etiam fœminas. Familia an, & quando dicatur considerata absolute, & de per se, seu potius consequitivè. Fœmina dicitur conservare agnationem quoisque vivit. Juspatronatus familiare agnatitium, deficientibus Masculis, sit hæreditarium.

In Jurepatronatus mixto satis est verificatio qualitatis hæreditarie in habitu, & potentia.

## SUMMARIUM.

- 1 Facli series.
- 2 Patronus quando habeat novum tempus ad præsentandum.
- 3 Juspatronatus an, & quando censeatur familiare defensivum, seu potius agnatitium.
- 4 Verbum Familia aliquando stat consequitivè, maxime stantibus dictiōnibus universalibus.
- 5 Verbum Familia importat predilectionem linea masculine.
- 6 In sensu tamen magis amplio; & per posterius comprehendit etiam fœminas.
- 7 Verbum Familia aliquando stat potius ad designandam originem hæredum, quam ad restringendam dispositiōnem ad solos agnatos.
- 8 De absurdo, quod sequeretur, si hoc casu fœminæ non admitterentur saltem per posterius.
- 9 Appellatione suorum veniunt omnes etiam per agnationem descendentes.

- 10 Interpretatio quilibet sumenda est favore descendantium, ac consanguineorum Testatoris, quando lis non est cum agnato, sed cum extraneo.
- 11 Vocatio hæredum, & successorum quorumcumque in infinitum portat tractam successorum usque ad continuationem sanguinis etiam per viam cognationis, & num. 12.
- 13 Explicatur celebris decisio in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. §. 1. coram Rever. P. D. Priolo.
- 14 Generalitas verborum denotat Testatorem structam agnationem non considerasse.
- 15 Fœmina conservat agnationem quoisque vivit.
- 16 Juspatronatus familiare deficientibus masculis sit hæreditarium.
- 17 Juspatronatus non potest esse pro una parte Gentilium, & pro altera hæreditarium, & n. 18.
- 19 In jurepatronatus mixto satis est verificatio qualitatis hæreditarie in habitu, & potentia.
- 20 Cessante ratione, cessat & dispositio.
- 21 Juspatronatus mixtum defertur jure sanguinis.
- 22 Confessio Partis, ac publicum instrumentum nullano admittunt exceptionem.
- 23 Beneficia non debent longevam pati vacationem.
- 24 Possibilitas in contrarium sufficit ad excludendam obseruantiam, n. 24. & 25.

## DECISIO XXIV.

**F**undavit Fœlix Tenalia simplex Beneficium sub Invocatione Sanctissimæ Annunciationis in Ecclesia Parochiali SS. Jacobi, & Philippi Castilionis per subsequentia verba: Reliquit dicta Venerabili Capella infra scripta Bona, &c. que bona ipse Testator vult, & intendit, quod conservenur pro Offi-

Officiatura Capellæ Sanctiss. Annunciationis prædictæ pro jurepatronatus Domus ipsius Testatoris, ejusque hæredum, & successorum quorumcumque de familia Tenaliorum in infinitum, quibus heredibus, & suis prædictis semper, & perpetuis futuris temporibus competat, & competere debeat jus præsentandi ad dictam Capellam, & juspatriotatus, reservavitque ulterius juspatriotatus passivum favore illorum de familia Tenaliorum, quam voluit cæteris aliis in dicta præsentatione præferri, nominando pro prima vice Vincentium Tenaliam Pronepotem.

I Hæredes autem universales instituit Andronicum fratrem germanum, & Andream ex alio fratre Læpido nepotem, posthabita Flaminia filia jam dotata. Ex Andronico ortus est Dominicus, qui per obitum Andreæ alterius Cohæredis absque filiis masculis post obitum Vincentii primi Beneficiati, primo loco præsentavit Benedictum de Benedictis, & ex post Hieronymum Ciancam, quo defuncto de anno 1691. defecto prius Dominicō ablique filiis, Maria Buschetti neptis ex Flaminia filia Fundatoris præsentavit Tullium Piciarellum, & ex alia parte Dominicus Jannutius tanquam filius Portiæ filia Andreæ Cohæredis fundatoris nominavit Gabrielem Ciojam, ac instructa causa coram Ordinatio, citato etiam Promotore Fiscali prætendentem libertatem Beneficii, emanavit sententia, decernens constare de jurepatronatus, ac Beneficium esse adjudicandum Picciarello; indè Gabriel Cioja satis duxit obtinere provisionem Apostolicam sub narrativa, quod ad Capellaniam, uti de jurepatronatus adhuc existente, tam ipse, quam Tullius fuissent nulliter præsentati à Patronis, & executionem litterarum obtinuit ab R. P. D. Thoma cum subsequuta possessione, quam tamen semper reuinuit ob obitum fortasse Tullii, licet Signatura justitiæ illam circumscriptisset ad instantiam ejusdem Tullii; obiit die 9. Decembris 1705. prædictus Cioja, unde Dominicus Jannutius, ac sorores 11. Decembris ejusdem anni præsentarunt

Hieronymum Picciarellum, qui 7. Januarii 1706. instetit coram Ordinario pro institutione, & concessione Editorum, comparente tamen Promotore Fisci, ac afferente jus præsentandi fuisse restrictum ad familiam Tenaliorum, insimulque per ejus extinctionem effectum fuisse liberum, Episcopus sub die 12. Januarii ejusdem anni non citatis nec Patronis præsentantibus, nec præsentato, Beneficium contulit iamquam de libero Petro Antonio de Gregoriis, & licet Picciarellus appellasset, suæ tamen præsentationi renunciavit die 2. Aprilis 1706. quare iidem Dominicus Jannutius, & sorores sub die 8. ejusdem mensis Aprilis præsentarunt Abb. Dominicum de Archangelis, qui licet instetisset coram Episcopo pro institutione, fuit tamen rejectus: idcirco delegata Mihi à Signatura justitiæ ad instantiam Dominici Causa, dubitavi, an illi esset danda Institutio, vel potius Beneficium esset adjudicandum Petro Antonio de Gregoriis, & responsum habui, Institutionem esse dandam Dominico.

Pro ipso quidem militavit existentia, ac duratio jurispatronatus in Jannutio, & sororibus, qui illum præsentarunt, durante adhuc quatrimestre è die obitus ultimi possessoris, licet novum tempus posset desumi à Die renunciationis primi præsentati, ad Text. in cap. si elect. de elekt. Vivian. de jurepatr. l. 7. cap. 4. nn. 30. Rot. decis. 91. coram Priol. quamvis enim non descendant ab Andrea uno ex primis Compatronis, nisi per lineam fœmininam, hoc est per Portiam matrem filiam prædicti Andreæ, cum tamen idem jus fuerit reservatum pro domo ipsius Testatoris, ejusque hæredum, & successorum quorumcumque de familia Tenaliorum in infinitum, defectis omnibus descendantibus masculinis per lineam masculinam admitti debent fœminæ, ejusque descendentes cum appellatione hæredum, ac successorum quorumcumque de familia veniant omnes, & quicumque descendentes ex familia etiam per medium fœmininum, & jurepatronatus, licet propter mentionem familie censeatur familiare, propter am-

amplitudinem tamen descensivæ vocationis comprehendentis tam agnatos, quam cognatos, dicitur potius familiae descendivum, quam rigorosè agnatiuum, *Tor. de Primog. Ital. p. 1. c. 28. n. 273. Rot. in Mediolan. Propositurae 3. Martii 1704. §. Quaties itaque, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

- Ratio autem est satis aperta, quia quandocumque familia non fuit considerata absolute, & de per se, sed consecutivè ad vocationem hæredum, & successorum quorumcumque, quæ in materia restricta ad illos de sanguine extenditur ad agnatos æquè, ac cognatos,
- <sup>4</sup> præcipiè stante distinctione universalissima quorumcumque, *Menoch. de presump. lib. 3. presump. 103. num. 14. Card. de Luca de fideicomm. disc. 36. sub nro. 2. Torr. de primog. Ital. par. 1. cap. 25. §. 5. sub 5 num. 52. Rot. decis. 482. num. 17. par. 19. recent.* Tunc accepto ejus significatu in sensu magis amplio, & naturali per posterius detectis illis de linea masculina, quorum prædilectionem præferunt
- <sup>6</sup> solùm verba illa de familia Tenaliorum, comprehendere deber fœminas, earumque descendentes, *Eugen. consil. 41. num. 42. lib. 1. Menoch. consil. 680. sub num. 24. Panimol. decis. 10. adnot. 3. num. 80. Rot. decis. 46. num. 9. coram Bich. in Pisana Beneficii 25. Januarii 1706. §. Ceterum, cum seqq. coram Reverendiss. D. meo Decano, & nullius, seu Orbitellen. jurispatron. 17. Januarii 1696. §. Benè, coram R. P. D. meo Scotto, & in Interamen. jurispatron. 22. Martii 1706. §. Eendum, & 10. Decembri ejusdem anni coram eod.*

Multoque magis, quando nedum versamur in materia indifferenti, ac favorabili, qualis est illa jurispatronatus, & quæ ob id operatur, ut verbum de familia Tenaliorum sit potius ad designandam originem hæredum, & successorum quorumcumque, quam ad restringendam dispositionem ad solos agnatos, *Card. de Luc. de præmin. disc. 13. num. 12. & de jurepatr. disc. 60. num. 31. Rot. in Auximana jurispatr. 9. Martii 1703. §. Non obstante, & §. Probato, cor. bon. mem. Muto, & in Romana Capellanie 25. Novembr. 1705. §. Quia, coram Monacelli, Formul. Suppl.*

*R. P. D. meo Ansaldo; Verum etiam quia Testator fundavit juspatronatus pro hæredibus, & successoribus quibuscumque familiæ Tenaliorum in infinitum, adeoque elicetur ejus mentem fuisse, ut juspatronatus deberet durare in perpetuum, ex quo evidenter assequimur nomen familiæ non accepisse in suo sensu stricto, ac rigoroso, sed magis lato, & aptum importare etiam cognatos per posterius, ne alioquin ejus enixa voluntas perpetuandi tale jus citius evanesceret per solani agnatorum comprehensionem, ut in simili arguit Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 6. sub num. 29. Grat. discept. 648. num. 14. & 16. Mart. Medic. decis. Senen. 1. num. 43. Rota decis. 728. num. 3. par. 2. recent. præsertim cum idem Testator in subsequenti parte Testamenti verbi magis prægnantibus, ac propriis talem comprehensionem denotaverit, dum repetendo competentiam juris præsentandi subnectit, quibus hæredibus, & suis prædictis semper competat, & competere debet jus præsentandi, appellatione enim suorum, certum est venire omnes descendentes sanguinis in infinitum, omnesque consanguineos per cognitionem descendentes, *Rebuff. in leg. librorum 229. in fine verfic. hodie tamen, ff. de verb. signific. Fusar. de substit. quest. 338. num. 1. & seqq. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 9. 38. Barbos. appell. 257. num. 1. & 2. Matric. de conjectur. lib. 8. tit. 14. num. 19. Ant. Fabr. in suo C. lib. 6. tit. 19. de fin.**

Quod ita propensius accipi debet, quia controversia non insurgit cum agnato, sed agitur de inducenda libertate Beneficii, ac proinde tam in sequendo præsumptam mentem Testatoris, quam ad effectum alliciendi Fundatores ad similes pias dispositiones, verba interpretari debent in sensu magis lato ad favorem descendantium de sanguine Fundatoris, ac ejus consanguineorum in exclusione extranei, & Ordinarii Collatoris, *Lambert. de jurepatr. lib. 1. par. 1. quest. 1. art. 4. num. 11. Rota in Asten. Jurispatr. 14. Febr. 1698. §. Cum itaque, coram Eminentiss. D. Cardinali Caprara apud Balducc. decis. & res judicat. tit. 3. decis. 2. num. 15.*

T Nec

Nec pro arguenda contemplatione agnationis propriæ ac rigorosæ vim facere debet, Fundatorem posthabuisse ab initio propriani filiam illanque amplius non restituisse, seu invitasse ad successionem præsentis Jurispatronatus, quippe argumentum ad summum urgebat ad effectum ostendendi Fundatorem in ingressu habuisse aliquem respectum ad agnationem prælignendo ad jupatronym actuum Andronicum fratrem, & Andream ex Lepido altero fratre nepotem, id tamen non arguit, ut in progressu constituerit jupatronym rigorose agnatum, exclusa qualitate descendiva in sui latitudine cum admissione foeminarum per posterius, dum enim vocatio heredum, & successorum quorumcumque in infinitum importat tractum successivum usque ad continuationem sanguinis de descendente in descendentem etiam per viam cognitionis, Capon. discept. 12. num. 24. Rota consul. 42. num. 4. Carol. Anton. de Luca, de Franch. decis. 633. num. 13. Rot. decis. 90. num. 14. apud Baldac. ad Ramon. & in Romana jurispatronatus 3. Julii 1705. §. Profligata, & in confirmatoria 14. Decembris ejusdem Anni, coram Domino meo Decano, Evidenter datur intelligi in progressu non fuisse habitam respectu ad agnationem strictè, & rigorosè sumptam, ut habitum fuit in ingressu per solam vocationem masculorum, quemadmodum animadvertisit Rot. in Avenionen. seu Carpenteraten. Fideicomissi de Tertullis 27. Februarii 1704. §. Etenim, & 21. Novembris ejusdem anni, coram R. P. D. meo Lancetta, & 5. Junii 1705. §. Nec ex quo, coram R. P. D. meo Caffarello Alma Urbis Gubernatore.

Neque contrarium firmavit Rota in Mediolanen. Prioratus super mixta, & filiis familias 13. Junii 1705. §. 1. coram R. P. D. meo Priolo, quia pro desumenda qualitate familiaritatem vim fecerit in reservatione pro Domo, & familia de Mantegatiis, & sic in familia considerata de per se, & strictè sumpta, & licet etiam ibi reservatio legatur in posterioribus Brevibus Sixti IV. & Innocentii VIII. pro posteris, & successoribus, nihilominus habita fuerat relatio ad illud Pauli Secundi, in quo apparet jupatronym fuisse reservatum pro illis de Domo Mantegatia, eorumque posteris & descendantibus, & sic verbum successores non fuisse accipiendum in tota sua latitudine, sed restrictum ex subjecta materia, & ab antecedenti Brevi Pauli II. ut declarat eadem est decisio, §. Absque eo quod, ac altera 29. Januarii anni præteriti, §. Siquidem, coram R. P. D. meo Caffarello, quod non sic est, quando reservatio fuit facta pro heredibus, & successoribus quibuscumque de familia in infinitum, cum nunc generalitas verborum apta in te comprehendere quoescumque heredes sanguinis magis confirmet verbum Domus, & Familia non esse accipiendum in rigorosa quiditate, & essentia, sed in sensu magis latuente importante tam agnatos, quam cognatos, saltem per posterius in defectum agnatorum, Rot. decis. 80. num. 4. & seq. coram Cerro, & decis. 311. num. 1. coram Peuting. & decis. 546. num. 9. coram Bich.

Quatenus tamen admittendum fuisse, Testatorem habuisse respectum ad agnationem, ac constituisse jupatronym familiare agnatitium propriæ & strictè sumptum, nihilominus indubitanter apparuit instituendum fuisse Dominicum quandoquidem Jannutius, & sorores, qui illum præsentarunt sunt filii, & heredes Portiae, que tanquam ultima de familia Tenaliorum jam vocata, erat comprehensa in jurepatronatus, quamvis gentilitio ratione agnationis, quam femina orta ex familia conservata quoque vivit, ut firmat Modern. Roman. discept. Ecclesiast. 26. num. 1. par. 1. Rot. in Marsicana Beneficii 3. Junii 1689. §. A secus, coram bon. mom. Ursino, & in Comen. Capellaniae 4. Maii 1702. §. Sublata coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana Capellania 25. Novembris 1705. §. Quoniam, coram R. P. D. meo Ansaldo; Ex quo sequitur in eadem tanquam ultima de agnatione, & linea vocata effectum fuisse hereditarium, & spectare ad Jannutium, & sorores, ejusque filios, juxta vulgatum consilium Anchurani 81. Rot. decis. 667. num. II. p. 18. recent. & in d. Asten. jurispatronatus 14. Januarii 1698.

coram Eminentiss. Caprara penes Balducc. decis. & res indic. tit. 3. decis. 2. num. 22. & 23. & in d. Romana Cappellania, §. Addito, coram R. P. D. meo Ansaldo.

Nec refert Portiae supervixisse Dominicum Agnatum, cuius non probant Jannutii se esse hæredes; quia quicquid sit, quoad vocem Andronici delatam Dominico, quoad vocem tamen Andreæ jupatronatus effectum fuit hæreditarium in Portia, transmissum in ejus hæredes, quoniam licet unus, & idem Patronus non possit diversimodè judicari, & esse prouina parte gentilium, & pro altera hæreditarium; Cùm dictæ qualitates pugnant inter se, & una alteram destruat Rocc. disput. jur. 193. num. 13. Rot. decis. 102. num. 4. coram Cerro; Nihilominus quandocumque jupatronatus usque ab initio non exitit penes unum, vel penes plures ex eodem fonte provenientes, eademque vocem Constituentes, ut est in præsenti, nunc non repugnat, ut in una linea, & voce efficiatur hæreditarium, ac in alia remaneat gentilium: cum tali casu, & si ipsius iuris substantia habitualiter, & in abstracto sit individua, quoad exercitium tamen, aliosque effectus tot sunt diversa jura, quot sunt distinctæ voices, aut vocum Partes, quæ tamen dari non possunt, quandocumque usque ab initio in jure patronatu gentilicio sequuta non fuisset divisio in Partes, sed unum exitit, in quo non licet constituere, seu dividere portiones, aut ratas, Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 60. num. 29. Palma Ne-  
pos alleg. 159. num. 29. Rot. decis. 798. num. 26. coram Merl. decis. 288. num. 4. par. 5. recent.

Qualitas autem hæreditaria respectu Portiae remansit probata ex præsentatione aliæ factæ usque de anno 1691. titulo hæreditario, quo verò ad Portiam respectu Andreæ procedendo juxta suppositum provisi ab Ordinario; Quo res sit in jure patronatus mixto; satis est verificatio, qualitatis hæreditarie in habitu, & in potentia, Rot. in Romana Beneficiatus S. Laurent. in Damaso 6. Feb. 1688. Non refragante, coram Card. Caccia, & in Mantuana Beneficii 3. Ju-

xiiii 1686. §. Quin ad effectum, coram bon. mem. Ursino, & in Romana, seu Parmen. jurispatronatus 13. Decembris 1790. §. Ex his probat. coram Reverendiss. D. meo Decano, quæ qualitas habitualis hæreditaria non potest censeri sublata ex Statuto Calrensi fœminarum exclusivo, nedum quia Andreas Pater Portiae nullum reliquit masculorum, sed solummodò Bernardinam, & Portiam, quocasu cessat dispositio Statuti cessante concursu, & intuitu masculorum, Rot. decis. 111. num. 31. coram Othobon. & decis. 165. num. 7. p. 191. recent. verum etiam quia similia Statuta non habent locum in jurepatronatus mixto, quod desertur jure sanguinis ex mera Institutoris præordinatione, Modern. Rom. discepr. Eccles. 4. num. 16. f. 82. p. 1. Rot. in d. Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. §. Nec subsistit, coram bon. mem. Ursino confirmata 20. Maii 1690. coram Card. Caccia.

Tandem non obfuit ultimum statum esse uti de libero ex postrema collatione Sedis Apostolicæ effectuata usque ad obitum Ciojæ postremi Beneficiati, ita ut collatio infringi non possit nisi clare constet de Patronatu per tria clara illa documenta rei judicari videlicet Confessionis Partis, aut Publici Instrumenti nullaria admittentia exceptionem, Rot. decis. 435. sub num. 4. p. 2. recent. & decis. 641. num. 9. & coram Merl. decis. 497. num. 13. coram Cerro, & in Mediol. Cappellania 22. Junii 1703. coram Reverend. D. meo Decano; Quia ultra quod ex supradictis duratio, ac competencia patronatus clare constet ex Instrumento fundationis ad favorem Jannutii, & soro rum nihilominus remanet æquivocum, nec præstare valet normam pro futuris vacationibus, pro quo stabiliendo, DD. animadverterunt gratiam Apostolicam emanasse sub duplice narrativa, prima quod jupatronatus ex fundatione, vel donatione olim existebat, nunc verò liberæ collationis erat. Altera autem eundem Ciojam supplicantem, & quondam Tullium Andream Picciarellum diversimodè, & nulliter præsentatos fuisse, ac quod occasione præsentationum hujusmodi inter eos, ac etiam prætensus patronum lis adhuc pendebat indecisa,

T 2. & sub.

& sub hac tamen narrativa emanavit gratia cum solita clausula, dummodo lis pendeat indecisa, & tempore presentium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum; Ideoque cum gratia initiatitur litipendenti inter Patronos, dum in parte dispositiva Beneficium confertur, quatenus lis pendeat, que conditio est tota substantia gratiae, non potest oriri ulla firmatio status tamquam de libero, vel quia gratia solum processit occasione jurispatronatus litigiosi, ne interim Beneficia ex diuturnitate litis longeavam patientur vacationem, Rot. decif. 35. num. 1. & 2. coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Vercellen. Canonicatus 30. Junii 1704. coram R. P. D. meo Caffarello Alma Urbis Gouvernere, & in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1704. §. Lis quippe, coram me; Precepit cum super existentia Patronatus 24 jam præcessisset sententia Ordinarii, vel ex quo remansit incertum, an A. C. tunc Thomatus fuerit exequuntis literas Apostolicas potius ex una, quam altera Causa, Rot. decif. 241. num. 26. & decif. 367. num. 11. coram Bich. & decif. 152. num. 10. p. 10. recent.

Imò cum prædicta sententia lata ab Ordinario in contradictorio judicio cum Promotore Fisci declarasset constare de jurepatronatus ad exclusionem libertatis Beneficii unà cum transitu in rem judicatam, iste potius visum fuit, quod esset ultimus status contra libertatem Beneficii tamquam certus, & servatis servandis emanatus, nullatenus autem sententia A. C. Thomati tamquam, ut prædictum est, incerta, & æquivoca, Rota decif. 290. num. 21. p. 18. & decif. 268. num. 14. & 15. p. 11. & in Florentina Canonicatus 2. Julii 1705. §. Hinc non obstat, coram R. P. D. meo Priolo.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. A N S A L D O.

Romana Capellaniæ.

Merc. 25. Novemb. 1705.

#### A R G U M E N T U M.

In Jure presentandi per Testatorem relictio arbitrio Seniorum de familia, preferenda sunt Masculis Fœminæ, si tamen ista talem qualitatem per Testatorem requisitam possideant. Sub nomine familia comprehenduntur etiam fœminæ. Jus patronatus fraternizat cum terminis Fideicommissariis; presentatio à Laicis facienda est intra quadrimestre ad differentiam jurispatronatus Ecclesiastici, quod progrediunt ad semestrum; Hæc autem tempora currere incipiunt à die scientiæ.

#### S U M M A R I U M.

1 Faicti series.

2 Qualitas à Testatore requisita semper est attendenda.

3 Doctrina Doctoris punctualis in dubium habet vim legis.

4 Jus patronatus fraternizat cum fideicommissis, & n. 7.

5 De distinctione quando agitur de linearili quæstione, an sit preferendus habens prærogativam linea, vel potius maiorem aratam.

6 Fœmina quandoque solent esse sagacitatem, & consilio præstantiores viris.

8 Inter Masculos, & Fœminas omnis sexus differentia hodie est sublata.

9 Fœmina venient sub vocabulo seniorum.

10 Fœmina sunt capaces jurispatronatus activi.

11 Moniales etiam sunt capaces jurispatronatus activi.

12 Adjunctum ejusdem familie concorditans dispositionem, inducit contemplationem agnationis, & fœ-

- 13 Fæmina tunc admittuntur si masculi non concurrant, n.13.
- 14 Fæmina dicuntur etiam de familia.
- 15 Fæmina etiam in casu vere agnitionis, comprehenduntur in vocabulo Familia.
- 16 Verbum ejusdem est repetitivum qualitatis superiorius expresse.
- 17 Verbum Familia comprehendit etiam cognatos.
- 18 Jus patronatus activum magis latè prægreditur, quām passivum, & de ratione, n.19.
- 20 In jure patronatus activo, extincto genere vocato, ius præsentandi transfit in extraneos.
- 21 Discretiva est attendenda.
- 22 Celebris decisio in Lucana Beneficiis 13. Junii 1701. coram R.P.D. Muto declaratur.
- 23 Verba è domo de talibus dispositioni adjuncta, important contemplationem agnationis, & n.24.
- 25 Observantia ultimi status in subjecto juris patr. maxime confert.
- 26 Præsentatio à laicis fieri debet intra quadrimestre ad differentiam juris patronatus Ecclesiastici, quod prægreditur ad semestre, & n.27.
- 28 Quadrimestre ad præsentandum datum currere incipit à die scientiae, & de absurdo, quod alias sequetur, n.29.
- 30 Fundans se in scientia, tenetur illam probare.
- 31 Distantia loci inducit probabilitatem ignorantiae.
- 32 Præsentatus à dimidia parte Patronorum, si habet gratiam Apostolicam cum derogatione juris patronatus pro altera dimidia, debet præferri sis, qui sunt præsentati à dimidia parte, & n.33.
- 34 Tutor exercet omnia iura pupilli.
- 35 Mandatum ad præsentandum Beneficio pleno pro contingentis vacatione est attendendum.
- 36 Ratificatio equipollent mandato.
- 37 Instrumento publico summa fides est adhibenda.
- 38 Notario propriam detegenti turpitudinem non creditur.
- Monacelli, Formul. Suppl.
- 39 Profatō habetur, quod fieri fuit prohibitum.
- 40 Laicus non potest variare à præsentatione jam facta; Maxime concurrente juramento de non variando, n.41.

## DECISIO XXVI.

**E**rexerat in suo Testamento Claudio Durafort quamdam Capellaniam, diviso prudenter jure præsentationis, seu Patronatus tam activè, quām passivè; Activum siquidem exercitium; sive jus præsentandi reliquerat atbitio duorum seniorum ejusdem familie de Durafort; passivum vero laudabiliter arctaverat intra Cancellos Agnationis, & Familiae ipsius Testatoris: Sed quia neque volentis, neque currentis, sed misarentis omnia sunt Dei; & persæpe reperiuntur mendaces filii hominum in stateris, fermè incontinenter defecit quoad jus passivum masculis capax assecutionis ejusdem Capellaniæ; Quapropter de errante illa ad extraneos, extitit ad eam præsentatus Jacobus de Regard, per cuius obitum subsequutum de Anno 1703. partiterque deficiente masculo capaci, revoluta est quæstio ad alterum jus activum præsentandi; Scissis etenim suffragiis hujusmodi jus activum habere prætentientium in Philippum, & Franciscum, Tribunal Eminentissimi Vicarii, sive illius Reverendissimus P. Dominus Vicesgerens tribuit Philippo nudam manutentionem, & ex opposito formalem institutionem Francisco, donec sub hodierna die reassumpta disputatione coram Sacro Auditorio, ad quod fuerat à Partibus provocatum, Philippus, qui vicerat tantum in Curia Eminentissimi Vicarii super possessorio, triumphavit plenariè in hodierna Audientia, eriam super ipso Petitorio, à quo fuerat depulitus, rescribentibus mibi Dominis, Capellaniam in omnibus, & per omnia esse adjudicandam Philippo.

T 3 Fun.

Fundamenta hujus plenarie Victoriae pluribus innitebantur rationibus, atque fulcimentis; Primo quidem, quia ostendebat Philippus literam manifestam Fundatoris; Cum etenim illum presentassent Joanna Maria, & Philippa Sorores de Durafort, & haec furent respectu Antonii pariter de Durafort (qui Franciscum in hodierna collatione Contradictem präsentaverat) in aetate Seniores, haec profecto qualitas Senioritatis in activo jure präsentandi requisita, & enixè volita per fundatorem utique in abstracto secum ferebat præcellentiam in präsentantibus ipsum Philippum, cum qualitas à Fundatore requisita à jurepatronatus semper sit attendenda, ubi non sit contraria Sacris Canonibus aliæve juridicæ resistentia, ut generaliter tradidunt Grat. discept. for. cap. 645. num. 7. Tondut. quest. & resolut. benefic. par. 3. cap. 157. num. 23. latissime Ciarl. controv. for. lib. 3. cap. 232. num. 34. & seq. per tot. Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 55. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 11. num. 93. Rot. decis. 315. sub num. 4. coram Dunoz. Sen. Et in individuo ex Card. Florent. cons. 48. Rocc. de Curt. in tract. de Jurepatr. vers. ipse vel is, num. 77. Lambert. eodem tract. 8. art. 2. quest. principali, parte secunda, in principio, resolutum apparebat in Curia Episcopali Avellinen. apud Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. p. 4. decis. 109. per tot.

Et quidem, ut diximus, in individuo cum in casu recensito apud Riccium loco de quo supra, adamussim ageretur de concurru seminarum Seniorum cum masculo Juniore; Quapropter cum Doctrina punctualis in dubio habeat quodammodo vim legis, teste Vincen-  
tio de Franch. decis. 363. num. 4. non erat necesse convolare ad finitimos terminos fideicommissorum, qui utique fraternizant cum illis jupatronatus ad ea quæ abundè differuit Sac. Rot. in Au-

ximana juri/patronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam, cum seqq. coram Me. Sed nihilominus etiam in eisdem terminis fideicommissariis tanta est potentia senioritatis expressæ per Testatorem, ut

in majoratibus, vel primogenituris, quando agitur de quæstione lineali, an sit præferendus habens prærogativam lineæ, vel potius majorem aetatem, recepta distinctio est, quod si tractetur de simplici fruitione honorum regulariter prærogativa lineæ superemineat, si vero tractetur de actu, seu re exigente jus honorificum, & administrationem prudentialem, anteponatur ille, qui præest aetate magis matura, quemadmodum videre est apud Calder. cons. 48. Bero cons. 71. lib. 1. Handed. cons. 70. lib. 2. Castill. controv. jur. cap. 93. §. I. num. 13. Grat. discept. 645. num. 7. Ciarl. controv. 222. à num. 31. ad seqq. & per tot. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 11. num. 93. Card. de Luc. de fideicom. disc. 1. num. 19. & disc. 3. per tot. alter de Luc. de linea legal. art. 8. sub num. 26. Torr. de success. de primog. & major. Ital. p. 1. cap. 41. §. 8. à num. 18. ad seq. vot. bon. mem. Seraph. & Hieron. Pamphil. impress. post eundem Torr. de Primogen. Ital. tom. 3. decis. 19. num. 5. Rot. Florent. penes Maris. consult. 99. per tot. Rot. Januen. penes Palm. Nep. alleg. 396. num. 121. decis. 91. num. 12. inter recollect. per Balducc. ad cons. Ramon. tom. 4. Rota nostra, decis. 362. num. 10. & 11. par. 5. recent. & in Melevitana benefic. 19. Junii 1702. §. Viceversa, coram me.

Cum igitur versaremur in jure præsentandi Capellanum, & Fundator expresserit, jus activum pertinere debebe ad Seniores; videbatur satisuti conforme, sc̄minas, licet sc̄minas, quandoque tamen sagacitate, & consilio præstantiores, cap. Vdus 27. quest. 1. canon. si aliquid 22. quest. 4. l. cum prator. ff. de jud. leg. bene a Zenone, §. penul. in fin. Cod. de quadrien. præscr. Imperator. Justinianus in auth. ut judic. fin. quoque suffrag. §. hac autem omnia, col. 2. Joan. Andr. in c. qui prior. de reg. jur. in 6. Hosten. in summ. tit. de Matrim. §. 1. col. 2. vers. in eo habent, Plutarch. in l. de virtutib. mulier. Tholosan. de Repub. l. 7. cap. 12. Tiraq. ad l. Connubial. p. 11. gloss. 1. nu. 25. & seqq. Chassaneus in Catal. glor. Mund. p. 2. consider. 10. & consider. 19. Mart. Mager. de Advocat. armat. cap. 7. num.

num. 220. Molin. de majorat. & pri-  
mogenit. Ital. par. 1. cap. 35. sub num.  
262. majorem posse habere prudentiam  
in seligendo Capellatum, quām ma-  
sculum, maximē, prout hic, in in-  
fantili, vel pupillari aetate versantem,  
unde punctualissimae auctoritati supe-  
rius allegatae superacecedebat etiam ra-  
tio, quæ in his casibus efficit contra  
regulas ordinarias majoratum etiam  
saltuarium de una, ad alteram lineam,  
in qua Senior aetate inveniatur, itaut  
applicando ad nostram limitropham  
Thesim dubitandum non esset, quod  
Testator vocans Seniores, voluerit se  
se conformare distinctioni, seu dispo-  
sitioni Juris stabilicæ respectu succe-  
sionum in fideicommissis, & majora-  
tibus fraternizantibus, ut præmisimus,  
cum terminis jurispatronatus, secun-  
dūm vulgaria principia, de quibus,  
Bartol. aliisque Doctores in leg. bareades  
mei, §. cum ita, ff. de Trebell. Ruin. conf.  
169. num. 7. lib. 2. Menoch. confil. 555.  
num. 8. Alexand. confil. 55. num. 2. lib. 4.  
Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. num.  
15. Rot. decis. 177. num. 17. coram  
Cels. decis. 345. num. 18. part. 16. decis.  
80. num. 8. & decis. 453. num. 1. par.  
19. recent.

Potissimum quia, ut dicebat Riccius  
abi supra in ordine ad Juspatronatus,  
quod à Iola Sanctoancta Ecclesia beni-  
gnè procedit, per Textum in cap. si  
quis Episcoporum 16. quæst. 5. ubi gloss.  
in figuratione casus, vers. Sed hoc de  
gratia sibi tamquam Patrono reservatur,  
Abbas in cap. 1. num. 4. de preben. Ge-  
minian. confil. 50. in princip. Aegidius  
conf. 10. num. 10. in fin. Vivian. de ju-  
repator. par. 1. lib. 1. cap. 1. sub num. 5.  
non adinvenitur ulla distinctio inter  
masculos, & foeminas, que etiam de  
Jure communī sublata differentia le-  
xus, indifferenter eliminantur ex no-  
tissima lege maximum vitium, Cod. de  
liber. praterit. siveque, nisi aliud deter-  
minet voluntas fundatoris, & respecti-  
vè Testatoris, foeminae, quæ veniunt  
sub vocabulo indifferenti, quale est il-  
lud Seniorum in materia quoque fidei-  
commissaria, juxta annotata per Bald.  
conf. 6. num. 1. lib. 2. Alexand. confil.

106. num. 4. Decian. conf. 7. num. 11.  
Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num.  
55. Cardinalis de Luc. eodem tractat.  
disc. 46. num. 4. Rot. decis. 1036. num.  
13. coram Coccin. decis. 864. num. 21.  
coram Merl. decis. 1262. num. 1. co-  
ram Emerix junior. & decis. 683. num.  
1. par. 19. recent. & in terminis verbis  
Senioris de Domo, Torr. de success. ma-  
jorat. & primoz. Vital. par. 1. cap. 25. §. 5.  
num. 49.

Eo magis venire poterant, & debe-  
bant in activo Jurepatronatus, cuius  
(ad normam aliarum successionum)  
existunt capaces generaliter, & indi-  
stinctim, tam Masculi, quām Fœmi-  
nae, sicuti in individuo doctè prosequi-  
tur Riccius dicit. decis. 109. num. 4. & 5.  
Tondut. resolut. benefic. part. 3. cap. 157.  
num. 23. Palm. Neap. allegat. 101. sub  
num. 26. versic. & in punto, Baldusc.  
ad Roman. conf. 16. num. 36. lib. 1. Rot.  
decis. 313. num. 16. coram Pamphil.  
decis. 820. sub num. 10. & decis. 1000.  
sub num. 2. coram Emerix junior. & de-  
cis. 462. num. 19. par. 14. recent. & ge-  
neraliter uno de ore dicunt Joan. Andr.  
in cap. nobis, sub num. 2. de jurepatr. Cal-  
derin. confil. 1. eodem tit. Castald. consul.  
forens. 250. num. 2. Ricc. in praxi for.  
Eccles. part. 1. resolut. 169. num. 2. & se-  
quent. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst.  
11. num. 68. Panimol. decis. 137. num.  
11. Rot. 563. num. 14. coram Merl. &  
in Mantuanæ beneficii 3. Janii 1689. §.  
At secus, coram bon. mem. Ursino, &  
in Majoricen. beneficii 19. Februarii  
1691. §. fin. coram R. P. D. meo de la  
Tremoille, quantumvis etiam sint Mo-  
niales, & à seculo abscede, ut in cele-  
bri decis. 40. num. 6. & 7. post Censal. ad  
Peregr. de fideicom.

Parum ob id adversante, quod Fun-  
dator reliquerit hoc Jus præsentandi  
duobus quidem Senioribus, sed sub ad-  
jurato ejusdem familie, quasi quod ex  
hoc videretur contemplasse rigorosam  
agnationem, quæ stante contempla-  
tione, foeminae remanent exclusæ, vel  
absolutæ ex ponderatis in mea annota-  
tione ad decis. 46. sub num. 23. & seqq.  
cum quibus concordant idem Ricc. in  
praxi, par. 3. resolut. 576. num. 3. Anto-  
nelli.

nell. de regim. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 13. vel saltem admittunt solum per posterias, & citra concursum masculorum, ut est casus dicta decis. 40. post Censal. ad Peregr. de fideicom. & tradunt Covar. lib. 3. var. resol. cap. 50. num. 5. Card. de Luca, de jure patron. disc. 28. num. 8. Cassador. decis. 1. de jurepatr. Rot. decis. 69. num. 3. post Vivian. de jurepatr. decis. 348. sub num. 3. coram Royas, decis. 313. num. 4. & seqq. coram Pamphilio decis. 329. num. 5. & 6. coram Penia, decis. 581. num. 6. & 8. coram Bich. decis. 667. num. 9. par. 18. recent. aliquie relati in Mantuana beneficij 21. Junii 1688. & 3. Junii 1698. §. At secus quidem, coram R. P. Domino meo Muto, & in Comen. Capellanie 4. Maii 1703. §. Subsistere, & §. Sublata, coram R. P. D. meo Priolo.

Quoniam illa verba Seniorum ejusdem Familiae suaptè natura non excludunt foeminas jam habentes pro se qualitatem Senioritatis, quamvis non habeat masculus Infans, vel Pupillus, cum æquè dicantur de Familia nedum masculi, sed etiam foemina, teste Gabriel. conf. 195. num. 3. lib. 1. Roce. disput. jur. selectar. cap. 26. num. 4. ubi concordantes: Imò magis uirto progredientes Doctores, authument, quod in easu quoque agnationis veræ, foeminae que vita durante sunt agnatae, & de sanguine Testatoris, adhuc comprehendantur sub hoc ipso vocabulo Familiae, quemadmodum concors est Sententia Scriptorum, de qua Bald. in leg. volumus, num. 2. Cod. de fideicom. Gabriel. conf. 195. sub num. 3. vers. quia foemina, Giugnon. conf. 39. num. 9. lib. 1. Cyriac. controvers. 271. num. 9. Altograd. junior. contr. 38. num. 16. lib. 1. Barbat. de fideicom. cap. 4. num. 74. Torr. de success. in primogen. & majorat. Ital. cap. 37. num. 77. tom. 1. Panimoll. decis. 137. num. 14. Rot. decis. 363. num. 15. coram Merl. decis. 313. num. 7. & 8. & coram Pamph. decis. 394. num. 6. coram Ludovis. & decis. 166. num. 5. par. 6.

Robustius observando, quod Fundator quidem in Jurepatronatus passivo voluit praesentari, vel praeferti prætentem, qui esset agnationis, & Fa-

milie ipsius testatoris, sed postea magis late habendas relaxando in activo contentus fuerat relinquere Jus praesentandi arbitrio duorum ejusdem Familiae Seniorum, unde licet verbum ejusdem sit repetitivum qualitatis anterius expressæ, quodammodo identificans id ipsum, ut ait Bald. conf. 94. num. 2. lib. 3. Altograd. sen. conf. 69. num. 12. volum. 2. Palm. Neap. alleg. 256. num. 20. Grat. de dictio. dictio. 49. num. 2. Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 173. num. 20. Surd. decis. 125. sub num. 1. Rot. decis. 207. num. 18. coram Coccin. decis. 174. num. 4. coram Cerr. decis. 273. num. 7. coram Peutinger. & decis. 323. num. 10. part. 13. recent.

Quia tamen idem verbum ejusdem suit appositum Familiae, non autem Agnationi. Hinc conjiciebatur ex hoc adjuncto Familiae, non autem Agnationis fimbrias potius voluisse Fundatorem dilatare in vocatione activa, quam foret in passiva, dum prætermissa replicatione vocabuli Agnationis adhibuit repetitionem Familiae magis latam, & de Jure comprehendentis ultra foeminas quoslibet Cognatos, ceterosque contentos sub nomine Familiae, ut per Text. in leg. pronunciatio, §. Familiae, ff. de verb. signific. ubi Alciat. verb. Agnatorum, num. 5c. Bald. in leg. fin. Cod. eodem, Caphal. conf. 510. num. 6. Altograd. Jun. conf. 38. num. 11. Balducc. ad Roman. conf. 16. num. 54. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 26. Card. de Lue de premin. disc. 13. num. 7. alter de Lue. de lin. legal. lib. 1. art. 12. num. 6. Rot. decis. 101. num. 13. par. 6. recent. & in Comen. Capellanie 31. Martii 1702. §. Verum, coram R. P. D. meo de la Tremoille.

Addito quod suaptè natura magis diffusè progreditur Juspatronatus activum, quam passivum ad ea, quæ considerat Card. de Lue. de jurepatron. disc. 29. sub num. 7. sub ea forsan ratione, quod Ecclesia non favet æquo modo juripatronatus passivo, sicuti pro sua intemitate favet activo. Jus quippe passivum redigit in servitatem, tamen Patronos, quam Ecclesiam, ut accipiant illos qui deteguntur taxativè comprehensi.

hensi in eodem jurepatronatus passivo, quantumvis plerumque existant parum capaces, respectu autem activi contentatur Ecclesia, non minus ad allicendos Christifideles ad fundanda opera pia, quam abhorrens ullo modo ditari alieno, ut extincto quoque genere vocato, & familia, ac linea patrimoniorum prorsus deficiente jus presentandi transcat in extraneos, etiam heredes ad celebre Consil. Ancharen. 81. de quo in fortioribus terminis, Calderin. conf. 4. de jurepatr. Ferret. conf. 131. numer. 1. lib. 1. Paris. conf. 47. numer. 21. lib. 4. Ciarlin. contr. 153. num. 22. Rota, decis. 354. num. 9. coram Seraphin. dec. 581. num. 6. coram Bich. & dec. 362. numer. 14. part. 5. dec. 166. num. 16. & 17. part. 6. dec. 221. numer. 2. part. 8. decis. 462. num. 11. & decis. 427. numer. 58. part. 14. decis. 667. numer. 11. part. 18. & in Bononiens. bonorum 28. Januarii 1692. §. Et late quidem, coram bon. memor. Urino.

Et ex his de plano recurrebant mox animadversa circa memoratam dictio-  
nem ejusdem videlicet, quod ista potius retoquebatur, quia dum fundator in passivo jurepatronatus nominaverat Agnationem, & insimul Familiam, & in activo repetierat solum Familiam, subinde oriebatur, quod ad normam juris, pleniū in hujusmodi jurepatro-  
natus activo providere voluerit per hoc vocabulum indifferens Familia citra repetitionem Agnationis in usurpatione dilectionis ejusdem, cum idem vocabu-  
lum Familia, ut annotavimus, existat complexivum extra dubium etiam sce-  
minarum ex illa patent, & efficaci vi  
discretivae, quam in proximis, per  
Text. in l. unica, §. Sin autem ad deficien-  
Cod. de caduc. tollen. considerant Anan-  
eonf. 22. numer. 3. vers. Est etiam mul-  
tum ponderandus, Card. de Luc. de ju-  
repatr. disc. 5. numer. 14. Rota penes Vi-  
vian. de jurepatr. lib. 4. cap. 2. sub num.  
81. §. Prasertim, fol. 102. repetit. post  
secundum volum. Conf. Farinac. decis. 350.  
num. 3. & in recent. dec. 36. n. 11. part.  
16. & in Gerunden. beneficij de Olot. 7.  
Maies 1703. §. Quarto, coram R. P. D.  
meo Priolo,

Et ob id nullibi applicari poterat de-  
cisiō in illa Lucana Beneficii 13. Junii  
1701. coram R. P. D. meo Muto, in  
qua fuerant exclusae foemine, quan-  
tumvis Seniores in concursu masculo-  
rum, siquidem ultra quod apparebat,  
Sacrum Auditorium recessisse ab hoc  
peculiari fundamento in secunda De-  
cisiō edita sub die 21. Martii 1703. co-  
ram eodem R. P. D. meo Muto, dum de-  
hoc fundamento amplius non memi-  
nit; nihilominus casus erat diversus,  
quia ibidem electi, & vocati equi-  
dem erant ad juspatronatus activum  
duo Seniores de Familia, sed insimul  
adziebatur, & Domo Sandoninis,  
quo casu ceteris praecipue circumstan-  
tiis adstipulantibus censeri valebat ag-  
natio contemplata in sensu quoque  
rigoroso; cum etenim foemina tran-  
sire solet in alienas familias, quae  
non sunt, ut in ea hypothefi de San-  
doninis per ea, quae stante adjuncto  
cognomine de talibus plerumque ra-  
tiocinantur Ancharen. conf. 154. nu-  
mer. 4. Ruin. conf. 158. numer. 10. &  
24. lib. 2. Roland. conf. 70. num. 25. &  
seqq. lib. 3. Ciarlin. controv. 107. num.  
46. & 79. Gratian. discept. 645. numer.  
1. Rot. decis. 46. numer. 8. & decis. 159.  
num. 7. & seqq. coram Priol. decis. 174.  
num. 17. part. 11. & decis. 204. numer.  
5. & 6. part. 12. recentior. cum aliis in  
Auximana Jurispatronatus 27. Junii  
1701. paragraph. Absque eo quo refragari valere, coram me, & in Bituntina  
jurispatronatus 28. Novembris 1704. §.  
Ratio qua ipsos suscit, coram R. P. D. meo  
Caprara.

Hinc juremerito concutrente hu-  
jusmodi pronomine Doctores, & Sa-  
cra Rota in suis casibus censuerunt fo-  
minas excludi ab appellatione Senio-  
rum, sive ageretur in materia Juris-  
patronatus, sive, ut frequentius ac-  
cidit, in illa fideicommissorum, ut 24  
recte observabant scribentes pro Phi-  
lippo ex lectura autoritatum, nem-  
pe Ciarlin. controv. 102. numer. 43. &  
78. & seqq. Rocc. disputat. Jur. select.  
cap. 23. num. 8. Peregrin. de fideicom.  
articul. 22. sub numer. 26. Simon. de  
Pret. de interpretat. ultima voluntat.  
lib. 3.

lib. 3. foliat. II. num. 25. Rot. decis. 910. num. II. coram Cerr. dec. 536. num. 208. part. 14. dec. 69. num. 17. & decis. 27. num. 6. part. 18. recent. & in Asculana fideicommissi 29. Maii 1693. §. Harum autem, cor. Reveren. P. D. meo Caprara, & in Romana Fideicommissi de Goris 9. Maii 1701. §. Ejusdem efficacie, coram me.

Corroborabat hunc eundem intellectum ( quatenus oportuisset ) observantia practicata in ultimo statu, quando Jacobus, per cuius obitum vacaverat Capellania, extitit ad illam præsentatus ; Nam ad exercendum idem Jus præsentandi noscatur admissa quædam Pernetta, licet concurredent in facienda præsentatione etiam masculi, videlicet Joannes, & Franciscus ejusdem Pernettæ Consobrini Nepotes ; Unde hic status, sive observantia præcilia favore Pernettæ non parum roboris adjiciebat ( & si per exuberantiam ) intelligentiae, quod appellatione Seniorum veniret etiam foemina in hoc Jurepatronatus activo, secundum ea, quæ passim in proposito, observantæ circa subjectum jurif. patronatus animadverterunt, Venturin. conf. 43. num. 46. Peregrin. conf. 33. num. 21. & 25. lib. I. Gratian. discept. 521. num. 7. & 19. Vivian. de jur. patr. part. I. cap. 9. num. 30. Cardin. de Luca eodem tract. disc. 60. num. 9. Rot. dec. 563. num. 9. & seqq. coram Merlin. dec. 106. num. 8. coram Cels. dec. 364. num. 1. coram Emerix jun. dec. 374. numer. 21. part. II. aliisque relati in Lauretana Canoniciatus 13. Februarii 1693. §. Corrobatur, cor. bon. mem. Ursino, & in Melphiten. Capellania 7. Junii 1700. §. Tollebatque, licet ad exuberantiam, coram me, in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Si quidem ultra quod pariter, coram me, & in Florentina Canoniciatus 8. Maii currentis anni §. Etenim Domini, cor. R. P. D. meo Lancetta.

Sentiebant vim hujus primi fundamenti Scribentes pro Francisco contradicte Philippi ; quapropter subiungere conabantur, quod Philippa altera ex Sororibus Senioribus deve-

nisset ad præsentationem favore Philippi post jam delapsum intervallum quartuor mensium à die vacationis, indè inferentes, quod ejus vox, seu præsentatio non foret computanda, resistente censura Sacrorum Canonum, quæ jubet præsentationem à Laicis, fieri debere intra quadrimestre ad distinctionem jurispruronatus Ecclesiastici, quod pro-greditur ad semestre ad litteram Text. 27 in cap. quoniam, cap. cum propter, & cap. eam te, de Jurepatron. cap. unico, §. Verum eodem, in 6. & ibi Abbas, cat. que Canonicæ, communis. Lap. alleg. 75. num. 3. & 6. ibique Mandos. in addition. litt. A, & E, Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap. I. num. 1. Card. de Luc. eodem tract. disc. 59. num. 19. disc. 64. num. 3. Rot. dec. 3. de Jurepatr. in nov. dec. 4. num. 3. & decis. 12. num. 4. vers. Nec dubium, coram Peña, & in Nolana beneficij 30 Januarij 1690. §. Nec refrazatur, & per rot. cor. R. P. D. meo Caprara, & in Mediolan. Præpositura 23. Januarij labentis anni 1705. §. Firmata, ex hucque coram R. D. meo Molines Decano.

Verum neque visum est Dominis abolendam esse vocem, seu præsentationem Philippæ ; Et si etenim Jacobus ultimus possessor obierit die 9. Septembris anni 1703, & Philippa præsentaverit de subsequenti mense Junii 1704, prænominatum Philippum, ac proinde evidenter ultra quadrimestre, nihilominus arrisit responsio, quod nullibi probatur, Philippam scivisse obitum Jacobi, & consequenter vacationem Capellania ; sicque non erat demenda illius vox, seu præsentatio, cum quadrimestre præscriptum à legibus Pontificiis per successivam benignam interpretationem Doctorum & defumatur tantummodo à die habitæ notitie vacationis Beneficij, alias Patroni: nimium facile degenderent iuris sua ex proprio ære, ut ita dicamus permittente Ecclesia acquisita, si simplex lapsus materialis quadrimestris sufficeret ad eos arcendos à jure præsentandi, & induceret jus devolutionis, de quo loquitur revera Text. in capit. quoniam de Jurepatron. superius ad-

adductus cum aliis inibi allegatis concordanibus, ex concordi sententia Canonistarum, de qua Abb. in capit. cum propter, de concess. Preben. Gabriel cons. 185. num. 9. lib. 2. Flores de Mena var. lib. 1. quæst. 3. à num. 20. Rocc. de Curt. de Jurepatr. verb. honorific. qu. 27. nu. 57. Vivian. eodem tract. part. 2. lib. 5. cap. 2. num. 20. Card. de Luca pariter eodem tract. disc. 1. num. 5. & decis. 47. num. 9. Rot. dec. 1105. num. 9. & 10. cor. Coccin. dec. 459. num. 7. coram Burat. dec. 221. num. 10. p. 7. rec. & in Barchion. beneficij 24. Martii 1702. Non obstat. coram R. P. D. meo Caprara.

Validius autem, quia Philippa degabat de tempore obitus Jacobi ultimi possessoris in ulterioribus partibus Marfilie, & sic nimium probabiliter ignorare poterat quid actum fuerit Roma, sive quando Jacobus obierit, ideoque licet scientia vacationis contra Patronum habentem Jus præsentandi, probanda semper per se veniat ab illam præsumente, sive allegante ex traditis per Alphons. de Leone de offic. Capellan. qu. 4. prax. 5. numer. 79. Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 145. Rot. dec. 64. num. 5. post. Tondut. de pension. decis. 160. num. 2. & seqq. cor. Mantic. dec. 220. num. final. coram Merlin. dec. 21. num. 10. part. 7. & decis. 459. num. 28. part. 19. recent. & in Melavitana Beneficiorum 5. Decembbris 1671. §. Multoque minus, cor. bon. mem. Card. Matthæo.

Fortius in præsenti ex opposito incalcebat præsumptio adverlativæ ignorantiae per distantiam loci, in quo comorabatur fœmina Patrona; etenim magis excluditur scientia, ubi major viget ex facto probabilitas ignorantia ad ea, quæ in consumilibus terminis observarunt Imol. in cap. ad nostram in fine reb. Ecclis. non alienan. Curt. Sen. cons. 72. numer. 6. colum. 8. vers. Restant. Rulin. cons. 10. num. 15. libr. 3. Cardin. de Luca de Jurepatr. disc. 1. n. 9. Rot. decis. 93. num. 5. & seqq. part. 18. decis. 677. num. 13. & seqq. part. 19. recent.

Atque ex his cum Philippus numeraret duas Fœminas Seniores de Familia

Tutoris, credi letunt Domini non esse discurrendum de voce Antonii Papilli, quia cum ipse foret Infans, vel Pupillus, illius vox in sequelam erat omnino spernenda, cum proculdubio non foret de Senioribus Familiae Fundatoribus, quibus ipse reliquerat Jus activum præsentandi, sed quando etiam per hypothesim considerati valueret hujus Papilli præsentatio eomodo, de quo infra dicemus, utique superabundasset Gratia Apostolica, quam impetraverat Philippus super derogatione medietatis vocum, quæ efficiebat in hoc trino Præsentantium, ut habens idem Philippus, vel duas voces ex Joanna Maria, & Philippa, vel exclusa etiam Philippa paritatem cum Francisco, foret omnino anterendus eidem Francisco, uti 32 sine contradicatore, & ex praxi quotidiana affirmarunt Garz. de Benefic. part. 5. cap. 3. numer. 14. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 8. à num. 97. & seqq. præcipue numer. 101. Cardin. de Luca de Jurepatr. disc. 65. numer. 55. de Ros. de execut. litter. Apostol. capit. 9. numer. 130. & seqq. & sapè sapius firmavit Rot. signanter, decis. 148. num. 3. coram Mantic. decis. 2318. numer. 6. coram Coccin. decis. 150. numer. 4. coram Dunozett. Jun. decis. 16. numer. 5. & sequent. coram Ottobon. decis. 305. numer. 15. coram Priol. & in recent. decis. 275. numer. 2. & decis. 280. numer. 16. & par. 7. decis. 303. numer. 6. part. 9. & decisione 274. numer. 3. part. 10. cum aliis in annot. ad decisionem 52. numero 36. inter haec tenus impressas coram Me.

Cæterum, quod pejus erat, etiam tertio loco patet faciebat Philippus militare pro se vocem quoque præfati Antonii Durafort infantis, seu Pupilli, prætermissa etenim quæstione, quæ solum cadit, ubi Pupillus unum præsentet, & Tutor præsentet alterum, de qua Joan. Andr. in cap. ex eo de Cleric. in 6. Vivian. de Jurepatr. libr. 5. capit. 2. numer. 39. & cap. 3. numer. 17. Lagunez. de fructib. part. 1. cap. 31. §. 6. à numer. 20. ad seqq. & numer. 5. ad 20. Panimoll. decis. 10. adnot. 3. num. 50. Rot. dec. 6. de Jurepatr. in antiq. decis. 140. num. 11. coram Man-

Mantic. & decis. 772. numer. 2. coram Merlin. & late discussum fuit in Pam-pilonen. Parochialis 6. Martii 1702. paragrap. Minusque cassari poterat, coram me.

Utique in præsenti nulla concurrebat, vel concurrere poterat formalis præsentatio Antonii tunc Infantis, si-  
ve Pupilli, sub cuius velamine posset prætendere Franciscus aliquam paritatem, quæ nihilominus etiam in hoc casu adamussim scilicet paritatis, suffo-  
cata remansisset, dum gratia derogato-  
ria per Philippum reportata, supposi-

ta eadem paritate triumphasset ex au-  
thoritatibus superiùs laudatis in §. At-  
que ex his, in fine, quibus addi possunt  
Paris. de resignat. lib. 1. qu. 4. nu. 55. Rot.  
decis. 419. n. 8. coram Bichio, decis. 298.  
num. 19. par. 16. & decis. 153. n. fin. part.  
18. recent.

